

DISPV TATIONVM
R O B E R T I
B E L L A R M I N I
P O L I T I A N I C A R D I N A L I S ,
S . R . E . T I T . S . M A R I A E i n v i a .

*De Controuersiis Christiane fidei aduersus
huius temporis hereticos.*

E P I T H O M E
Labore Fr. I. BAPTISTAE DES-BOIS
Ordinis Minimorum.
TOMVS SECUNDVS.



P A R I S I I S ,
Apud Viduam G V I L E L M I C H A Y D I E R E via
Iacobæ, sub signo temporis, & hominis Siluetris.

M. DCIL
CVM PRIVILEGIO REGIS.



S V M M O P O N T I F I C I
C L E M E N T I V I I I .

EA S mihi sit (beatissime Pater)
è profundo tenebrarum ergastulo
mearum, ad summam tui Solis
amplitudinem assurgere paulu-
lum. Equidē ingenuē fateor mei
concius pulueris, extre morum preponderata dis-
criminatione mihi fore potius latendum. Verū
examinata rerum inclinatione, qua imperfēcta
delineationibus perfectorum, obscura lucidorum
irradiationibus, ima obtutibus summorum, mi-
sera misericordiarum irrigationibus delectātur,
quis ad tui nominis, & luminis splendorem deli-
tescere vellet, quin potius niteretur tuis, quātum
liceat, fulgoribus illustrari? Ego certè humillime
conditionis persona vererer, quantulumcumque
ante maiestatis gloriam Apostolici Pontificatus
apparere, ni probè intelligerem, tantam celsi-
tudinē dulcissimis clementiæ devotionibus gau-
dere. Ergo tue beatitudinis pedibus hoc munus-
culū seu magis debitum, dignitate materiæ ma-

gnum, ingenio BELLARMINI mirandum,
noſtri cōtemplatione modicum, proſtratus offero.
Vt tuis inauguраtis auſpiciis, tua potentia fre-
tus, tuis auxiliis adiutus commodiori, & que fau-
ſtiori luce pariam huius operis, ſine preludij Fra-
tres: qui proculdubio in ipſa concepcione peribunt,
niſi tu qui tot potes, me miſellum qui nihil poſ-
ſum, ac tantis oppreſſum gratis aſpicias oculis,
manu potentiſtib[us] ſubleues, benigna excipias dextra.
Vt tu Eccleſiae caput, ad cuius lancem omnis de-
ſide ratio ſeipſam reuocat, qui ſcriptorum in car-
po formicantem pulſum à temperato ſupremè di-
ſcernis, & indicem & Patrem huius opuſculi, te
preſtare digneris. Plurimos plurimiſt tuis vir-
tutibus

Beatiſſime Pater Deus augeat fælices annos.
Pariſius è fraterna domo octauo Kalend.
Septembris an. Christi 1602.

Tuus Minimorum Minimus

F. IOANNES BAPTISTA DES-BOIS.

INDEX

LIBRORVM, ET

CAPITVM.

PRIMÆ CONTROVERSIÆ

Secundi Tomi.

LIBER PRIMVS.

De Conciliis & Ecclesia.

- Cap. i. **O**rdo disputationis, & qui de
& 2. Conciliis scripsierint.
3. De nomine Concilij, & Origine.
4. & 5. Partitio Conciliorum, & de gene-
ralibus Conciliis.
6. Concilia generalia probata.
7. & 8. Concilia partim confirmata, partim
reprobata, & de nec reprobato
nec confirmato.
9. De causa finali Conciliorum.
10. Et si Concil generalia utilia sint, &
suo quodam modo necessaria, no
tamen absolute.
11. Concilia Episcoporum aliqua sim-
pliciter esse necessaria.
12. De causa efficiente concilij: siue
cuius sit congregare Concilium.
13. Solvantur argumenta aduersariorū.
14. Explicantur dubia quedam.

Tom. II.

*

INDEX

15. *De causa quasi materiali cōciliij: siue quinā sint ad Concil. connocādi.*
 16. *Soluuntur obiectiones.*
 17. *Quot Episcopi requirantur ad generale concilium.*
 18. *De causa formalī Episcopos in concilis nō cōfiliarios sed iudices esse.*
 19. *Cuius sit generali Concil. præsidere.*
 20. *Soluuntur obiectiones.*
 21. *Refellūtur cōditiones, quas Lutherani requirūt in Cōcil. celebrādo.*
-

LIBER SECUNDVS.

De Conciliorum Authoritate.

PRIMA PROPOSITIO.

- Cap. I. **C**oncilia Generalia à Pontifice & 2. *confirmata errare non posse.*
3. *Probatur ex patribus.*
 4. *Idem ratione probatur.*
 5. *Secunda propositio.*
 6. & 7. *Soluuntur argumenta ex scripturis & patribus.*
 8. *Soluuntur ex Concil. erratis petita.*
 9. *Soluuntur obiectiones ex ratione.*
 10. *Tertia propositio.*
 11. *Quarta propositio.*
 12. *An sit maior authoritas Concilij, quam scripture.*
 13. & 14. *An Concilium sine Papa, sit supra*

L I B . E T C A P .

Papam, ita ut Papa teneatur illi
obedire.

15. *Prima Propositio.*
 16. *Secunda Propositio.*
 17. *Tertia Propositio.*
 18. *Quarta Propositio.*
 19. *Soluuntur Argumenta.*
-

L I B R T E R T I V S .

D E E C C L E S I A M I L I T A N T E .

Cap. I. **D**e nomine Ecclesie.

2. *De definitione Ecclesie.*
3. *Non Baptizati, excluduntur i. ab Ecclesie definitione.*
4. *2. Hæretici & Apostatae.*
5. *3. Schismatici.*
6. *4. Excommunicati.*
7. *Non solum prædestinatos, sed etiam reprobos posse ad Eccle. pertinere.*
8. *Non perfectos, id est, qui aliqua leuia peccata habet, esse de Ecclesia.*
9. *Magnos peccatores esse de Ecclesia.*
10. *Infideles occultos ad Ecclesiam Dei pertinere.*
11. & 12. *Prima Propositio, de visibilitate, & certitudine Ecclesie.*
13. *Secunda Propositio, Ecclesia visibilis deficere non potest.*
14. *Tertia Propositio, Ecclesia non po-*

INDEX LIB. ET CAP.

test errare.

15. Soluuntur Argumenta pro iniustitate Ecclesie.
 16. Soluuntur Argumenta, quibus probant Ecclesiam deficere posse.
 17. Soluitur Argum. hereticorum quo probant Ecclesiam errare posse.
-

LIBER QVARTVS.

Qui est,
DE NOTIS ECCLESIAE.

- Cap. i. R Efellitur sententia heretici
& 2. corum.
3. & 4. Prima vera NOTA Ecclesiae.
 5. NOTA Secunda.
 6. NOTA Tertia.
 7. NOTA Quarta.
 8. NOTA Quinta.
 9. NOTA Sexta.
 10. NOTA Septima.
 11. NOTA Octaua.
 12. NOTA Nona.
 13. NOTA Decima.
 14. NOTA Undecima.
 15. NOTA Duodecima.
 16. NOTA Eccl. matertia.
 17. NOTA Decimaquarta.
 18. NOTA Decimaquinta.

De Concil.



DE CONCILIIS, ET ECCLESIA LIBER

PRIMVS.

Caput primum & secundum.

Ordo disputationis, & qui de Conciliis scripserint.

RAPONITVR disputatione CAP. 1:
Conciliis disputationi de Ec-
clesia, licet ordo naturæ con-
tra suadere videatur, quoniam
de Conciliis disputatione, magis
cum disputatione de sum-
mo Pontifice connexa est. In
tres autem diuidetur disputa-
tio nostra. Primo de Conci-
liorum diuisione tractabitur. Secundo de definitione,
Tertio de authoritate: Porro de hac materia, non nihil
et antiquis scripserunt a Gratianus, Iuo, Buchardus, a In suis decretis:
Martinus Bracarēsis, b Hilarius, c Isidorus, d Beda, e Fre- b Libro de Sy-
culphus, f Psellus, Photius. Ex recentioribus g Thomas nodis.
Vvaldensis, h Ioannes Turrecremata, i Ioannes Gerson, c Etymolog. 16.
Dionysius Carthusianus, l Ioannes Eckius, m Iodocus d Lib. de 6. etatib. in Constan-
Clichtouzeus, n Iodocus Tiletanus, o Ioannes Cochlaeus, tino. 4.
f Libro de 7. Synod. g 2. Doctrinal. fidei 26. & 27. h 3. Summae de Ecclesia. i In
tractatibus variis de potestate Ecclesie, & Conciliis. K Libris tribus de Conci-
liis. l In Enchiridio. m In defensione Concilij Senonensis. n In defens. Cen-
cil. Trident. o Libro de Conciliis. e In fine Chron.

DE CONCILIIS,

p Contra art. Lvi. P Joannes Roffensis, q Albertus Pighius, r Cardinalis
theri. s. & t. Et Hosius, f Petrus à Soto, t Ioannes Antonius Delphinus,
Caiet. in opuscu- u Melchior Canus, x Hugo, y Iacobatius, Gaspar z Villal-
lis.
q 6. Hierar. Eccl. r In explanatio- nus.
ne Symboli cap. 24. & lib. 1. contra prolegomena Brentij. f In defensu z Con-
fessionis contra Brentium. t Lib. 2. de Eccl. u 2. De locis. x In Synodis Hu-
goniis. y Opere de Conciliis. z Disputationib. nouem pro Concil. Trident.
a Lib. 4. de heres. b 3. Cap. 7. Panoplia Euangelicæ.

De nomine Conciliij, & Origine.

C A P. III.

C^IA P. 3.

N

O MEN latinum Concilij inuenitur
passim in Testamento veteri, & nouo,
pro congregationibus Iudæorum: sed

N Græcum ^{curiosum} inuenitur minime. Vbi enim latinè legimus Concilium in scripturis, ibi Græcè ^{Curiādipos}, vel curiosum habetur. Primo ergo Synodi nomen reperitur in a Canonibus Apostolorum, deinde apud b Eusebium ac deinceps in authoribus omnibus. Hoc autem nomine idem significatur in Ecclesia, quod in regnis per comitia, nimirum congregatio Primatum, qui collatis sententiis statuant quod expedire reipublicæ videtur. Ita primum cœpit celebrari Conciliū Actor. 15. ac deinceps alia. Quorum origo diuina probabiliter videtur. Primo, quia Concil. e Chalced. & d Tolet. 3. ac e Cœlestinus Papa docent Concilia fuisse demonstrata à Christo dicente. f Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. 2. quia credibile admidū est, Apostolos non nisi Spiritu sancto monente, primum celebrasse Conc. 3. Ethi ratio naturalis dictet ut in rebus dubiis Princeps peritos consulat: tamen ut soli conuocentur Episcopi, & adsint tanquam iudices, non videtur ab humana excoxitatum ratione.

*Partitio Conciliorum, & de genera-
libus Conciliis.*

CAP. IIII. ET V.

CAP. 4.

IVIDVNTVR Primò Conc.in Generalia, id est quibus interesse possunt, ac debent totius orbis Episcopi, nisi legitimè impediti, & quib⁹ præesse debet Papa, vel eius duxar vicarius: a Nationalia, Archiepiscoporum, ac Episcoporum vnius regni, quibus præsit aliquis Patriarcha, vel Primas: Prouincialia, Episcoporum vnius Prouinciarum, quibus Archiepisc. vel metropolitanus præst: Diocesana, Presbyterorum Episcopatus vnius Episcopo presidente.

a Quæ etiam dicuntur vniuersalia, vt patet ex Conciliis Rom. sub Symmacho, ubi semper dicitur. Symmach⁹ Concilio gene-

Secundò, partiuntur in approbata à sede Apostolica, in reprobata, ac partim approbata, partim reprobata: & nec approbata, nec reprobata.

rali præsid. Et tamen aderat tamē Episc. Italizatio est, quod sint generalia in eo regno, sed nō abolutè. Dicuntur etiā Prouincialia à Graciano d.3. can. Porro quia certis princiis cōtinentur. C A P. 5.

Concilia Generalia probata numerantur octodecim. Primum est Nicenum Episcoporum b 318. celebratum ab an. Dom. c 327. ad 330. sub Syluestro: in quoquidem Concil. soluta fuit quæstio de die Paschatis, & diuinitate Christi aduersus Arium: Secundum est Constantiopolitanum Episcoporum 150. aduersus Macedonium negantem S. Spiritus diuinitatem, celebrat. an. e 383. vel iuxta Socratem, f 384. aut Onuphr. 381. Theodosio seniore imperante, ac Damaso summo Pontifice, qui

b Ita Epiph. h̄zr. 69. qui ait vñque ad sua temporæ

fuere cōseruata nomina singulorum Episc. præcisè 318. Hilar. lib. de Synod. proposito extremo Ambros. præf. lib. de fide Hier. in Chron. Theodor. 1. cap. 7. Quāuis Euseb. 3. de vita Constat. dicat conuenisse supra 250. Episc. Athanasius fuisse plus minus 300. Eustath. apud Theod. 1. cap. 8. sup. 270. Sozom. 1. c. 16. circiter 310. Inter hos erant Pat. Alexand. Alexandr. & Eustath. Antioch. Nam in choatu est Paulino, & Iulianus Consulibus ut Soc. refert 1. cap. 9. alias 13 & Niceph. 8. cap. 26. Duravitque tri- bus annis. Consulare q. vñq. Dani. & Iuliani Cassiodorus annotat an. 17. Constanti- lium an. 20. Constant. qui imperare cōpīt tigere ipso anni 311 Ex anno Christi 327. fuit ex F.

DE CONCILIIS,

ponit sub consulatu Gratiani, & Theodosij Augustor.
f s. Cap. 8.

eodem tempore coegerat Romæ Occidentalium Concil. habenturque hæc duo Concil. pro uno. vide Theodorus s. cap. 9. & 10. histor.

Tertium est Ephesinū. i. an. g 434. Episcoporum h 200. aduersus Nestorium diuidentē Christum in duas personas, Theodosio Iuniore Imper. & Celestino i. summo Pontif.

Quartum Chalcedonēse. an. i 454. vel k 452. aut l 451. Episcoporum 630. Leone i. Papa, & Martiano, Augusto, aduersus Eutychetem assertorem vnam in Christo naturam.

Quintum est in Constantinopolit. 2. Vigilio Papa, & de profanis vocū Iustiniano seniore imper. Episc. 165. an. n 553. aduersus Origenis hæresim, confirmatum per libellum a Pontifice Romano.

Sextum Constantinopolit. 3. an. o 681. Episcop. P 289. imperante Constantino 4 & Agathone summo Pontifice celebratum aduersus Monothelitas.

Septimum est Nicænum 2. an. q 781. vel r 786. aut f 789. Episcoporum 350. Imperante Constantino 5. & Irene iuxta Mathæum matre Adrian. i. Serenissimo Pontif. aduersus Iconopalmerium & machos.

Octauum Constantinop. 4. Adrian. 2. Papa, & Basilio Augusto an 870. Episcoporum 583. in quo Ignatius sedi restitutus est. Atque haec tenus de Orientalib. Concil.

Iuxta Onuph. l. de R. Pontific facietur autem om. 5. Impera. Episcop. 900. & amplius an. 1123. contra Saracenos pro recuperanda terra Sancta.

Decimum Lateranense. 2. Innocentio 2. Papa, & Lotothio Imperatore. an. 1139. Episcoporum mille, contra Antipapas, & pro iure Cleri.

m Non autem illud quod sub A-

gapeto, & Menna celebratum est, quæque 2 tom. Concil. sub nomine quintæ Synod. 402 act. cōtinetur hæc enim particularis fuit & quintam antecessit in Iustiniano. n An. 12. post Consulatum Basili;

ter Episc. erant Patriarchæ Eut-

nus Antioch. & petri

o An. 11. Const.

Vndeclimum Lateranen. 3. Episcopor. fermè 300. pro reformatione Ecclesiae, & contra VValdenses an. 1180. Alexandro 3. Papa, & Friderico. I. Imperatore. Vide Guiliel. Tyrium 20. de bello sacro 26. qui interfuit huic Concil.

Duodecimum Lateran. 4. Patrum 1283. ex quibus Episcopi 473. an. 1215. contra varias hæreses, & pro terra Sancta, sub Innocent. 3. & Imperante Friderico. 2.

Decimumtertium Lugdunense 1. an. 1245. contra Fridericum 2. Imper. & pro terra Sancta sub Innoc. 4.

Decimumquartum Lugdunen. 2. Patrum ferè mille, ex quibus Episcopi 500. an. 1274. contra Græcorum errores, tempore Gregorij 10. & Rodulphi. 1. Imperatoris.

Decimumquintum Viennense Episcopor. 300. an. 1311. contra varias hæreses, tempore Clementis 5. Papæ, & Henrici. 7.

Decimumsextum, Florentinum an. 1439. patrum 141. contra errores Græcorum, sub Eugenio 4. Papa & Imperatore Alberto. 2.

Decimumseptimum Lateran. 5. patrum 114. contra Schismata & pro variis negotiis sub Iulio 2. & Leone summis Pontificib. & Maximiliano Imper. Inchoatum an. 1512. finitum 1517.

Decimomoctauum Tridentinum inchoatum an. 1545. solutum 1563. contra hæreses Lutheranor. tempore Pauli 3. Iulij. 3. ac Pij 4. Pontif. ac Caroli 5. & Ferdinandi Imper. Lutherani recipiunt tantum prima sex, Græci prima Septem, Eutychiani adhuc in Asia, prima tria, Nestoriani in Oriente prima duo, Trinitarij in Hungaria, & Polonia nullum: Catholici omnes, omnia recipiunt.

DE CONCILIIS,

Concilia Generalia reprobata.

C A P. VI.

* Aneius s. teste
Socrate s.c. 5. &
Sozom. cap. 5.
Sex autem fie-
runt Conc. An-
tiochena 1. & 2.

contra Paulū Sa-
molanenum tem-
pore Dionysij
Pap. circa annū
269 vide Euseb.
7. hist. 23. 24.

3. Arianorum té-
pore Iulij 1. an.
345. 4. Macedo-
nianor. an. 365.
tempore liberij.
teste Hiero. in
Chronico.

5. Catholicorum
prouinciale Epis-
cop. 30 cuius can.
25. habentur to. 1.
Concil. videtur
fuisse tempore
Iouiniani, & Li-
berij vide Sozō.
6. c. 4. sextum in
serum est act. 14.
Concil. Chalc. d.

b Vide Ruffin. 10. cap. 20 & Socrat. 2 c. 29. c. Ut notat Hiero in Chronico. d Repro-
batur à Leone. e ep. ad Clerum & popul. Constantinop. vide liberatum in Breu-
rio, & Euagrii m 1. c. 9 & 10. f In quo nullus interfuit Patriarcha excepto Sancto
Germano. Cont. sed non consensit ideo electus de sua s. de. g Reprobatur in 7.
Synod. act. 6. d. his duab. Synod. vide Zonar. in annalib. & Paulum Diacon. lib. 21.
& 22. rerum Rō. h Reprobatur in Concil. Lateran. sub Iulio 2. s. s. 2. & 3. i Vi-
de Cochlearium in actis Lutheri.



R. I M V M est Antiochenum an. 345. sub
a Constantio imper. in quo damnatus
fuit Athanasius, & via patefacta ad euer-
sionem Concilij Nicæni.

Secundum b Mediolanense an. 354.
Episcopor. plusquam 300. sub eod. Constantio, in quo
etiam obliquè fides cathol. damnata.

Tertium Ariminense Episcop. 600. an. c. 363. cod.
Constantio imper. in quo sublatum est ex Symbolo
nomen iudeorum.

Quartum Ephesinum d. tempore Theodosii iunioris
an. 449. in quo factione Dioscori occisus est san-
ctus Flauianus Episcop. Constantinop. legati R. Pon-
tificis fugati, & hæres. Eutychiana confirmata.

Quintum e Constantinopolitanum sub Leone Isau-
ro contra sacras imagines an. 730.

Sextum f Constantinopol. sub Constantino Copro-
nynmo an. 755. Episcopor. 338. contra easd. ipmag.

Septimum g Pisanum an. 1511. congregatum ab im-
peratore, & Rege Galizæ ac Cardinalib. aliquot contra
Iulium 1.

Oktavum si placeat numerare h VVitembergense
300. pastorum impostorum; præside Lutherio an. 1536.

Concilia partim confirmata, partim reprobata, & de nec reprobato nec confirmato.

CAP. VII. ET VIII.

PRIMVM est à Sardicense Episcoporum 376.an. 351. tempore Constantij, & Iulij 1. ex quibus 300. Episcopi. Occidentales fidem Catholicam confirmarunt 76. Orientales Arianam scripserunt.

b Secundum est Syrmiense an. 356. Liberio Papa, & Constantio Imperatore, In quo Marcus Arthusius vnam composuit Græcè formulam fidei catholicam. Aliter alij latinè plenam blasphemis.

Tertium est à Balsamone vocatum Quinisextum, in quo continentur canones Trullani. Sexta siquidem Synodus nullos edidit canones, sed post annos aliquot tempore Iustiniani redierunt Episcopi Constantinopolim, & in Palatio Trullo, 102. ediderunt canones.an. 27. à solutione 6. Synodi iuxta d Theophanem historigens, sed verius iuxta e Tharasium, & f Epiphan. post quinque annos Conc. 6. Nam alioqui non videtur quæ fuerit illa Synodus erratica, Constantinopoli à Iustiniano habita, tempore Sergij Papæ ab eodem damnata teste g Beda tunc viuente: siquidem an. 27. à solutione. 6. Syno. non sedebat Sergius, sed Constantinus Papa. Hi canones partim reprobati dicuntur, quod Sergius hanc erraticam Synodus reprobauerit, partim approbatí, quod h quidam eorum postea à Papa, vel aliis legitimis Conciliis fuere probati.

Obiicitur i. hæc Synodus est ipsamet 6. aut æquivalens quia iidem PP. in utrâque conuenerunt. Et Innocent. k. citat inde canonem ut ex 6. Synod.

Secundò quidquid sit, non defuit Legatus Papæ,

CAP. 7.

a Vide Socrat. 2. c. 16 Sozom. 3. c. 10 & 11. ac Theodor. 2. c. 7. & 8. histor.

c Teste Tharasio disputante in 7. synod act. 4.

d Quæ citat Frāciscus Turrianus lib. de 6. Synod.

e Supr.

f In Synod. 7. act. 6. tom 1.

g Lib. de 6. extantib. & Paulus Diacono 6. cap. 4.

h Othone Frisingene lib. 1.

i Vt 8. de pingendis Imaginib. receptus à 7. Syn. act. 2 & 4.

j A Nilo.

DE CONCILIIS,

scilicet Gortynē in Creta Episcopus 3. quia se vniuersalem appellat Synodus: non est autem verisimile tot PP. mentiri voluisse 4. 7. 1 Synod. recipit canones synodorum sex vniuersalium. At 6. nullos habet præter istos. 5. Adrianus m Papa laudat Tharasium quod huius. canones obseruaret. citanturque n à 7. Synodo.

Ad 1. negatur. nam in 6. Synod. affuere legati Agathonis & Episcop. 289. At tempore istius Trullanæ obierat Agatho & affuerunt tantum 227. Episcopi Innoc. vero, vel ita citauit, quod iij canoness vulgo 6. Synodi tribuantur, vel 92. secutus o Gratianum hac in re lapsum.

Ad 2. negatur, fuit enim reprobata haec Synodus à Sergio. Et P Anastasius Bibliothecar. scribit hos canones non habeti, nec apud Pontifices, nec ullos patriarchas excepto Constantinop.

Ad 3. non solùm hac in re mentitos, sed etiam cum se dicunt permettere vxorum usum sacerdotibus ex Apostolica consuetudine, & alia r permulta habeant manifestè falsa.

Ad 4. per canoness intelliguntur non solùm de moribus, sed etiam f de fide, cuiusmodi edidit. Synod. 6.

Ad 5. commendari tantum ab Adriano Tharasium quod fidem custodiret iuxta decreta sex Synod. vniuersalium, quæ vero de his canonib. Trull. in hac ep. habentur, ex epistola Tharasij recitantur: Et quamquam non refellantur ab Adriano, tamen non ideo approbantur. t Nicolaus autem cum quedam ex his canonibus citare vellet ait se ab Apostolis didicisse etiam testimoniis Ethr. aucti, cum opus est. In 7. Syn. citatur tantum inter disputandum. At in definitione n.io horum.

⁴ Iuxta Rhegi-
nonem lib.
⁵ Vide quæ dicu-
tur de hoc Conc.
infra lib. 2. c. 9.

Quatum est Francofordiense an. 794. Imper. Carolo magno x reprobatum ab Adriano. 1. tunc sedente, quantum ad eam partem qua damnatur per errorem Synod. 7. probatum, in quantum docet Christum non esse filium Dei adoptiuum.

In Conc. Flor. bus Episc. amplius 300. an. 1414. finitum sub Martino & Later. ultimo. V. & Sigismundo Imper. y reprobatum quatum ad pri-
mas fessi. quibus definitur Concil. esse supra Papam, pro-

batum quantum ad ultimas.

Sextum Basileense inchoatum an. 1431. & continuatum tum Basileę, tum Lausanę usque ad 1449. quo cefit Nicolao V. tam Concilium quam Fœlix V. in schismate creatus: reprobatum à Lateranensi & ultimo, ex^a & sess. II. ceptis quibusdam dispositionibus circa beneficia Eccl. à Nicolao V. probatis.

Concilium nec manifestè probatum, nec reprobatur videtur esse Pisanum an. 1409. quo Gregor. 12. & Benedictus 13. depositi fuere, electusque Alexander V. Illud si quidem a Antoninus conciliabulum vocat, & euentus ostendisse videtur, coactum enim fuit ad tollendum schisma, & tamen non sustulit, sed auxit. Si autem sine dubio reprobatum fuisset Alexander 6. non sextum, sed quintum sc. appellasset.

Cap. 8.
1. p. tit. 22 c. 5. §.
2. & 3. summæ
hist. De Concil.
part. vide tomos
Conc. & Gratiæ.
dist. 16. can. Sexta
Syn. & dist. 20.
can de lib. Chrō.
Onuphr. 1. & 2. li-
brū Chron. Gen.

De causa finali Conciliorum.

C A P. IX.

PRIMA est hæresis noua, id est numquam antea iudicata: propterea enim fuere septem prima Concil. generalia congregata.

Secunda, schisma inter Pontifices Romanos. Hinc celebrata Concil. tempore Cornelij, Symmachii, Innoc. 2. Alexandri 3. Pisani, Constantien,

Tertia communi totius Ecclesiæ hosti resistentia, quomodo coacta sunt ab Urbano 2. Calixto 2. Eugen. 3. & ad deponendum Imperatorem, cuiusmodi sunt celebrata à Gregor. 3. contra Leonem 3. & à Gregor. 7. contra Henr. 4. ab Innoc. 4. contra Frideric. 2.

Quarta, suspicio hæresis in Romano Pontifice, vel tyrannis incorrigibiliis, cuiusm. fuit a Concil. Sinueslano.

Quinta dubitatio de electione Rom. Pontificis. Sexta reformatio generalis: bū yum & v. torum,

* In causa Marcellini Romanā in causa Damasi Sixti 3. Leonis 3. &c quorum tamē nullum dixit sententiam damnationis in Papam vide infra lib. 2.

DE CONCILIIS,

Etsi Concil. generalia utilia sint, et suo quodam modo necessaria, non tamen absolute.

C A P. X.



ROBARTVR Primò, quia sicut Ecclesia in columnis manxit primis 300. annis, sine Conciliis generalib. quidni potuisset aliis 300. & sic progrediendo usque ad finem mundi?

Secundò nulla, ex causis finalibus allatis, absolute Concil. generale postulat. Nam vi-

tiorum emendatio commodè fieri potest per leges summi Pontificis, & Concil. prouincialium. Illa autem dubitatio de summi Pontif. electione vix euenire potest. Nec enim verisimile est futurum ut Cardinales aut nolint, aut nequeant creare Papam. Et quamuis nollent, aut nequirent, tamen dubium esse non potest, quin id spectet ad Clerum Romanum. Propter Pontificum doctrinam suspectam, aut vietam numquam nisi prouincialia, aut nationalia conuerterunt. Nam dum est verè Pontifex non potest ab ullo iudicari Concilio, nisi tribuat potestatem Cōcilio examinandi suam causam: hanc autem potesta, & que potest particulari quam vniuersali tribuere Concilio Resistere communi hosti non est adeò necessarium, quin Ecclesia valeat conseruari sub immanissimis persecutionibus ut conseruata est sub Nerone, Domitiano &c. Deinde potest indici bellum Turcæ sine generali Concilio. Quod si ad extinguendas hæreses 7. celebrata sunt 7. General. Concilia, plusquam 100. fuere extinctæ à sede Apostol. cooperantibus Concil. particularib. & si vnum

^a Licit suauius
fiat per Concil.
generalia.

schisma Concil. Constantiense sustulit, supra 25. sine
Concilio generali fuere sublata.

Obiicitur Primo,^b Augustinus affirmans paucas hæ-
reses fuisse ad quas superandas fuerit necessarium gene-<sup>b Lib. 4 contra
duas epistolas
Pelagianor c. 12.</sup>
rale. Et Leo ^c laudat Martianum August. quod Syno-^{c Ep. 43.}
dum generalem à se postulatam, etiam ipse necessariam
judicauerit.

Secundò, ^d Isidorus scribit, ante Constantini tem-<sup>d In præfat.
Concil.</sup>
pora, Christianam Ecclesiam in varias hæreses diuisam,
quod propter persecutioñes non licet Episcopis cele-
brare Concil.

Tertiò, ^e Eugenius Episcop. Carthaginens. cum vr-<sup>e Apud Victorem
Vticens. de per-
sec. Vandala lib. 2.</sup>
geretur ab Hunerico rege Ariano, ut defide cum Epis-
copis Arianis conferret, respondit causam fidei com-
munem esse toti catholicæ Ecclesiae, & proinde conuo-
candos esse Episcopos ex omnibus Ecclesiae partibus, ac
præcipue significandam rem totam Eccles. Romanæ.

Quartò antiqua questio ne anabaptismat. hæretico-
rum, nunquam definiti potuit teste Aug. ante Concil.^f 1. De baptis. cō-
tra Donatistas
cap. 7.

Nicæni sententiam.
Ad 1. solum velle hos PP. generalia Concil. esse ne-
cessaria quodammodo, id est ut suauius, & maturius pax
Ecclesiæ reddatur: nam teste ipsomet Aug. hæresis Pela-<sup>giana, & aliæ plurimæ sine generali Concilio comprimi
potuerunt. Et poterat damnari Concilium Ephesinum h</sup>
^{h Quidni etiā &}
<sup>2. (propter quod Leo Concil. Chalced. conuocauit) ab aliæ poterat cō-
ipso Leone simpliciter, sicut fuit i Ariminense à Da-
maso.</sup>

Ad 2. si absolute intelligatur, apertissime falsum est.
Nam ante Constantiū plurimæ hæreses à Conciliis
Episcoporum fuere sublatæ: & post Constantiū non
defuerunt nusquam eradicatae, et si in iis laborauerint
general. Concilia. Isidorus ergo tantum significare vo-
luit, tempore Constantini Concilia generalia celebrati
coepit, atque id utilissimum ad comprimendas hæ-
reses.

Ad 3. ita respondisse Eugen. non quod decesset au-
thoritas disputandi sed opportunitas: agebat enim cum
Ariano rege cui subiecti erant Episcopi Africani, &
proinde periculum erat ne minus liberè rem tractassent.

ⁱ Vide Epistolæ
Damasi ad Episc.

Illyrici.

^k Ut Eutychianæ,

& Nestorianæ.

DE CONCILIIS,

Nec iniquitas, sed prudentia fuit petitionem Tyranni, sententiæ ambiguitate eludere.

¹ Dialog contra Luciferia.

^m Ep. 48.

ⁿ Teste Dionys. Alexand. apud Euseb. 7. cap. 4. & Aug. lib. de unico baptis. 14. cap.

Ad ultim. i. forte hac in re deceptum August. Nam Hieronymus scribit illos Episcopos qui cum Cypriano decreuerant haereticos rebaptizandos, postea contrarium protulisse decretum, imò ipsum Cyprian. mutasse sententiam m Augustinus suspicatur. quæ omnia contigerunt ante Concil. Nicæn. 2. et si in solo Nicæno fuerit hæc soluta quæstio, potuisse tamen solui ante, si placuisset R. Pontifici de rigore iuris procedere. Nec refert Cornelium dumtaxat coegisse Prouinciale Conc. & iussisse n non rebaptizari haereticos, et si enim contrauenientes excommunicandos censuerit, non tamen de facto excommunicauit.

Conilia Episcopor. aliqua simpliciter esse necessaria.

C A P. XI.

^a Math. 18. v. 7.

^b ἀντεγγινέσθη τὸν ιδίων τοῦ σπλαγχνοῦ.

^b 1. Corinth. 11.

v. 19. Δεῖ γάρ τοι τούτον
ὑπὲρ αἰσπιστοῦ εἶναι.

c 2. Ep. 1.

d In to de vincu-

lo anath. si præ-

cessit consensus

Pontificis doce-

tur a quibus. &

vbi ille sit ge-

flitus, si secundum

Ecclesia regulam

celebratus, &c.

e In ipsa præfa-

tione.



ROBATVR, ^a Necessè est ut veniant scandala, & ^b oportet hereses esse. Ergo est necessarium in Ecclesia medium ordinarium quo scandala, & hereses tollantur: alias breui Ecclesia in partes varias scinderetur. Illud autem est Concilium, siue paruum, siue magnum, quo Papa qui summus est Iudex vtitur & vñus est semper. i. quia vbi fuerint duo vel tres congregati, &c. 2. quia eo medio vñi sunt Apostoli Acto. 15. 3. quia haec est sententia c Cyprian. d Gelasij & Conc. Toletani e in docentis si Concilia desint, necesse est vi- tiis, & erroribus continuò repleantur omnia.

*De causa efficiente Concilij, siue cuius sit
congregare Concilium.*

C A P. XII.

ONVENT inter annos, & aduersarios ^{a August. Ep. 21.7.}
^{b Concil. Diocesana ab Episcopo, Pro-} quem sequuntur
^{uincial, ab Archiepisc. Nationalia à Pa-} omnes Cath.
^{triarcha, vel Primate, conuocanda. At} ^{b Caluin. 4. Inst.}
^{munus conuocandi generale Concil.} ^{7. § 8. Illyric. Cet.}
^{Imperatori & tribuunt hæretici: Catholi-} ^{c Luth. 1. de Cœc.}
^{ci, Papæ. Ita ut nisi aliquis de eius mandato, vel ipse in-} ^{pag. 58. Caluin.}
^{dixerit, aut indictum approbarit, non Concilium, sed} ^{Illyric. Sup.}
^{Conciliabulum sit. Probatur.}

Primò, Concil. non est legitimum nisi d congregetur ^{d Math. 18 v. 20.}
in nomine Christi, idest authoritate. Nam vbiique serè ^{& f. Calv.}
illud, *In nomine*, accipitur pro authoritate in scripturis. ^{sup. c. 9. §. 1. & 2.}
^{e In nomine meo demonia eiūcent. f Ego veni in nomine Pa-} ^{c Marc. 16 v. 17.}
^{tris, &c. Sed Christus, non Tyberio, sed g Petro suam re-} ^{u. t. i. i. b. p. m.}
^{liquit authoritatem ergo, &c.} ^{supina in Calv.}
^{f Ioan. 5 v. 43. itē}
^{Math. 7 v. 22. Act.}

Respondet Caluinus, in nomine Christi congregari
Concil. est adesse Christum sihe collega, quod tunc fit. ^{4 v. 7.}
quando totus concessus, nihil de suo capite, sed omnia ^{g Vide Sup. lib. 1.}
scundum regulam scripturæ definit. ^{de summo Pont.}

Contra i. fortasse non occurret locus, quo, in no-
mine, accipiatur pro adesse præsidem, sine collega, Chri-
stum. 2. iuxta sensum Caluini nusquam discerni poterit
verum Concilium. Illi enim, & nos asserimus nihil in
Conciliis, de capite nostro, fingere. unde ergo dignosci
poterit quinam mentientur?

Petrus, & successor Petri & pastor om- ^{h Sup. lib. 1. & 2.}
nium & Imperatorum. At non ^{de R. Pont.}
nisi pastori oves. ^{i Tépore B. Leo-}
^{gerale ex authori-} ^{nis & Prosperi}
^{id solus est Pa-} ^{Iatissimum erat}
^{tiam in ciuili-} ^{imperium. Et ta-}
^{bat orbis Chri-}

conuocare: & quantumuis Rex affereret se ex voluntate Pontificis Rom. id egisse, nusquam tamen acquieciunt, quin proferret Pontificis literas, & Pontifex ipse testaretur ita esse.

Ostaud, testimoniiis PP. Sixti³. Valentinianus Augustinus nostra authoritate synodum conuocauit, inquit, Leonis y tales. ep. 93. Pelagij z 2. Generalium Synodorum conuocandi au- y Deditus literas ad fratres, & thoritas, Apostolicæ sedi, B. Petri singulari priuilegio, tradita eisque Concilium est. Adrian. 2. a epist. ad Basiliū Imperat. Imò ipsius met Valentiniani Imperat. Mibi (inquit) qui sum in sorte plebis. b Accedant multi canones, dist. 17. & plurimæ rationes apud Turrecrem. 3. cap. 6. ac concil. Lateranense vltimum, cuius hac de re decretum editum est, uno anno ante natam Lutheri hæresim.

Soluuntur argumenta aduersariorum.

x Epist. ad Oriens. ep. 93. Generalium Synodorum conuocandi au- y Deditus literas ad fratres, & thoritas, Apostolicæ sedi, B. Petri singulari priuilegio, tradita eisque Concilium est. Adrian. 2. a epist. ad Basiliū Imperat. Imò ipsius met Valentiniani Imperat. Mibi (inquit) qui sum in sorte plebis. b Accedant multi canones, dist. 17. & plurimæ rationes apud Turrecrem. 3. cap. 6. ac concil. Lateranense vltimum, cuius hac de re decretum editum est, uno anno ante natam Lutheri hæresim.

CAP. XIII.



Rimum, fuit Nic. I. à Constantino congregatum iuxta a Ruffinum, Sardicense, a 10. histor. 1. à Constantio iuxta b Theodor. b 2. histor. 4. Constant. I. à Theod. seniore, c teste Theodor. c 5. histor. 9. Ephesinum I. à Theodosio iuniore, iuxta d Euagrium: Chalcedon. teste e Leone, à Martiano Imperatore. d 1. hist. 2. e epist. 43.

Secund. Leo epist. 42. supplicat Imperatori, ut iubeat, intra Italiam conuocare concilium Prouinciale.

Tert. Liberius Papa, apud f Theodor. concessit, in Imperatoris potestate esse, conuocare Concilia. f 2. hist. 16.

Quart. g Hierony. contra h Ruffin. loquens de Sy- g Est caroli Ma- nido quadam, Dic (inquit) quis Imperator hanc Synodum linxi in consi- iussit conuocari? llio de non reci- piendis Concil. Trid. decret. §. 6.

Quint. ex quo cooperunt esse Imperatores, simul & h Apol. 2.

DE CONCILIIS

cōperunt esse Generalia Concilia: Quare, nisi quia absque Imperatoribus celebrari nequeunt?

i h̄c responsio
aliis etiam argu-
mentis soluēdis
inseruit.

* supr.

I actio 18.
m in Pontificali

a 2. cap. 19.

Ad 1. respond. 1. i h̄c omnia peti ex mera traditione & consuetudine Ecclesiae: si ergo aduersarii, nolunt quicquam recipere nisi scriptum in Bibliis, ad quid h̄c producunt? 2. nos opponere consuetudinem consuetudini. Si enim quatuor aut quinque Concil. Imperatores indixisse dicuntur, plusquam 12. indixerunt, testibus aduersariis, Pontifices Rom. 3. nullum horum fuisse indictum sine consensu Papae. Nam Ruffinus * ipse, docet Constantiū, ex sententia sacerdotum indixisse Concil. Sexta synodus, ¹ Constantiū & Sylvestri synodus apud Nicāam congregasse, & m Damasus habitum huiusmodi Concilium de consensu Sylvestri.

Sardicense fuisse indictum à Iulio Papa intelligitur ex Socrate, ⁿ quo Orientales Episcopi, causam absentiae suæ à Concilio reiciunt in Iulium, quod nimis angustum præscripsisset tempus.

o 5. hist. 9. in e-
pist. Episcoporu
conclili. ad Da-
masum.
Mandato literarū
superiore anno, à
vestra reverentia,
ad sanctiss. Impe-
ratores Theodosi-
missarum, ad iter
duo taxat Consta-
tinopolim nos pre-
paravimus.
p in Chronicō.
q 1. cap. 4. & ex
epist. Celestini
ad Cyri, inter
opera Cyri, ex
et ut patet ex eius
epist. ad Leonē.
f inter epist. ad
Concil. Chalc.
pertinentes.
u vt putant Magdeburg. Centur. 3. cap. 7. col. 786. x Epist. ad solitariam vitam agentes.

De Constantinopolitano, refert o Theodoreto, nō tam illud indixisse Theodosium, quam literas Damasi Papæ quibus in dicebatur, ad Episcopos misisse. Ephesinam 1. factam esse Cyrilli industria, & Celestini authoritate, constat ex P Prospero: ex Euagrio verò, Cyrillū fuisse profectum, ad Concilium tanquam legatum Pa-
pæ Martinianus indicatus Concil. Chalced. rogauit per litteras Leonem ut ipse veniret, vel si nollet signifi-
caret per litteras quid agi vellet. Extat setiam quædam epistola Episcop. secundæ Mesiae ad Leonem Imper.
vbi sic aiunt, In Chalced. ciuitate multi sancti Episcopi con-
senserunt per iussionem Leonis Romani Pontificis, qui vere ca-
put est Episcoporum. Denique Gelasius t docet, solam A-
postolicam sedem decreuisse, sua authoritate, fieri concilium Chalcedonense. Per illud autem Solam non ex-
cluditut u Imperator, sed tantum alia sedes Episcopala. Admittebatur autem hac in re Imperator, non quod ratum minus esset Concilium, si non ab ipso coactum.
Nam, Quando (inquit x Athana. unquam iudicium Eccle-
si in epist. ad Epi-
sie, ab Imperatore autoritatem habuit? Sed primò, quia scopos Dardan.

ad huc

adhuc vigebat illa lex y antiqua Imperatoria. qua prohibebantur omnia collegia, & frequentes hominum conuentus, sine Imperatoris authoritate. 2. quia non poterat fieri Concil. nisi in aliqua vrbe Imperii: nulla autem ratio sinit, ut ex toto orbe fiat conuentus in aliquo loco, sine consensu domini loci. 3. quia eo tempore Concil. generalia, & sumptibus publicis fiebant, maxime quo ad transvectiones Episcopor. ad Concilii locum. 4. quia eo tempore Pontifex subiiciebatur Imperatoribus, in temporalibus: & ideo non poterat, in iusto Imperatore, quidquam agere. Et cum tantum debuisset petere ab Imperatore auxilium ad conuocandam Synod. tamen supplicabat, ut iuberet conuocari. At post illa tempora, omnes istae causae mutatae sunt Nā nec illa lex vigerit, nec Imperatores adeò latè dominantur, nec sumptibus publicis sunt Concilia, nec sunt gentiles qui valeant impedire: Et Pontifex, qui est caput in spiritualibus, non est subiectus in temporalibus.

Ad 2. hæc esse verba Leonis, Generalem Synodus iubatis intra Italiā celebrari. quibus verbis potius imperat, quam supplicet.

Ad 3. negatur, nam ibi nihil aliud habetur, quam Liberium petere ab Imperatore potentissimo, & Ariano ac sibi infesto, ut fieret Synodus.

Ad 4. hæc dici à Hierony. quia tunc reuera propter causas prædictas, Imperatores etiam conuocabant Concilia.

Ad 5. ante Constantium, non fuisse congregata Generalia Concil. non quia authoritas, sed a opportunitate deficiebat.

y vide 1. r. F. de collegis illustri, & 1. consenticula. C. de Episc. & presbyteriū.
Euseb. 3. de vita Constant. 6. cap. & 9. ac ex epist. Constant. 4. ad Papam, quæ habetur initio 6. Synodi.

DE CONCILIIS

Explicantur dubia quedam.

CAP. XIII.



Rimūm, an non licet Concil. indici ab
alio quam à Papa, si Papa nolit indicere,
cum sit necessarium. Secundum, quando
non debet Papa, quia hereticus, vel schi-
maticus. Tertium quando non potest, quia
vel captiuus, vel insanus, aut mortuus.

a 3. cap. 8.

b distinct. 83. can.
error. & seqq.

Ad 1. respondet a Turrecrem. i. id vix esse possibile:
si tamen talis Papa accideret, suæ Deum Ecclesiæ pro-
tuliforum sine dubio, vel mutando Papæ consilium, vel
vitam auferendo. i. posse tunc Papam haberi suspe-
ctum de heresii. Nam b qui errori manifesto non resi-
stit cum possit, & debet, approbat censetur.

Ad 2. & 3. non posse conuocari tunc Concil. ad de-
terminandas de fide questiones. Præcipua enim auto-
ritas, maximè hac in re, est in Papa: posset tamen, ut
prædictatur de capite, conuocati, vel a collegio Cardi-
nalium, vel si ipsi Episcopi per se in locum conueniant
num.

*De causa quasi materiali Conciliij, siue quinam
sint ad Concilium conuocandi.*

CAP. XV.

a Lutherus lib de
conc p. 2. pag. 264
Molinæus § 28.
b Brentius conf.
Vitembergica.



Aeretici nostri duo docent, * primò ex
omni genere hominum debere ut iudi-
ces interesse omnes eruditos.
Secundò b concil. non constare: nisi ex
solis piis, & electis. Sed hoc posterius,
destruit prius. Nam qui sint electi, aut
verè pii, ignoratur certo: quomodo ergo omnes eru-

diti interesse poterunt? [maxime cum non sit verisimile, omnes semper fore pios & electos] imò quomo^ddo vlla ratione Concilium congregari poterit?

Catholici verò contendunt, solos Praelatos maiores, id est, Episcopos omnes in conciliis tum generalibus, tum Provincialibus esse iudices, siue habere suffragium decisuum: ex priuilegio autem, & consuetudine etiam Cardinalibus, Abbatibus, & Generalibus ordinum non Episcopis, id competere. Ex aliis presbyteris ac clericis vocari viros doctos, qui iuuent disputando, vel ministeriis aliis: Principes, vt defendant Concilium, & tanquam testes decretorum concilij puniant postea transgressores. Ceteros verò laicos, vt obeant aliqua [inferiora] ministeria. Probatur hæc sententia.

Primo, definire quæ sunt credenda, vel agenda, est propriè homines pastore, & proinde pastoribus animarum proprium. Hierem. 3. e At non sunt pastores in Ecclesia, nisi d Episcopi.

Secundo, testimonii Euseb. 5. cap. 22 Cyprianus initio epistolæ ad Iubaianū. Hilar. libro de synod. Ambros. epistola 32. Hieronym. lib. 2. Apolog. in Ruffin. August. epist. 119. Leo epistola 16. & sequent. Athanas. epistola ad solitariam vitam agentes, &c. asserentium concilia Episcoporum esse. Theodos. junior epistola ad Ephes. f Synod. & in g Concil. Chalcedon. cum ad Martianum Archimandritam mitteretur, vt subscribearet, respondit non suum esse, sed Episcoporum: atque cum pro Dioscoro, Monachi, & laici ingressi essent, saepius clamarunt PP. *Mitte foras superfluos, Concilium Episcoporum est.*

Tertio, h constat ex subscriptione omnium Concil. fuisse de cœliis celebria ob quæst de Pasch. Ob quam causam inquit, conueniens Episcoporum, & Concilia in unum conuocantur. Vide supra libr. 3. de verbo Dei cap. 7.

Quarto, negotia Ecclesiastica, & publica. à personis Ecclesiasticis, & publicis, tractanda sunt. Tales autem sunt Episcopi soli.

Quinto, si omnes docti admitti deberent, vel nusquam essent Generalia concilia, (quia vix possunt omnes docti, totius Ecclesie conuenire) vel multa se-

DE CONCILIIS

querentur incommoda. 1. Impossibile regere congrue
tale concilium propter multitudinem. 2. vinceret ma-
ior sententia s̄pē meliorem, & regerent inferiores,
suos superiores: quia plures essent inferiores, id est do-
cti, quam Episcopi. 3. posset facile Princeps in cuius di-
tione fieret concilium omnes doctos suæ prouinciae
mittere, sic omne concil. ad suam per trahere sententiam.

Sexto, nulla est res publica, quæ ratione naturali do-
cente, non habeat aliquem ordinem in comitiis, ita ut
non quicumque de plebe, sed tantum Principes & cæ-
terorum capitalium, & suffragium habeant.

Soluuntur Objectiones.

CAP. XVI.

a Ita Protestan-
tes in lib. Quare
non venerint ad
Concil. Trid.



Biicitur a primō, non solum
Apostolos, sed etiam presby-
ters, & laicos, adfuisse in pri-
mo Concil. Act. 15.

Resp. Apostolos adfuisse ut
iudices, presbyteros autem
vocatos, non ad definiendum
sed consultandum iuxta illud
b. Convenerunt Apostoli & senio-
res, &c. & cum magna disqui-
stio fieret, plebem adfuisse, non vocatam (si quidem
nulla sit eius vocationis mentio) ad consentiendum au-
diendo, & non reclamando. 1. quia consuetudo Ec-
clesie, optima legum interpres, hunc semper in Con-
ciliis ordinem seruauit. 2. quia post disputationem
(in qua Apostoli, & presbyteri loquuti erant) soli in-
troducuntur Apostoli loquentes, & post sententiam
Petri subditur. c Taeuit autem omnis multitudo, &c. Nec
dilecta vixum est, moueat illud, d Placuit Apostolis & Senioribus cum omni
loco apiebūtis 3 Ecclesia, &c. hoc enim de consensu tacito, qui debet ab
omnibus assistentibus dari, intelligitur.

c v. 12.

d dilecta vixum est, moueat illud, d Placuit Apostolis & Senioribus cum omni
loco apiebūtis 3 Ecclesia, &c. hoc enim de consensu tacito, qui debet ab
omnibus assistentibus dari, intelligitur.

v. 12.

Secundò, Concil. Generale vniuersam repræsentat Ecclesiā. Ergo debent esse ibi homines ex omni genere.

Resp. multis modis posse aliquid repræsentari: Sed illum esse optimum, quo per Principes repræsentantur populi. Nam vt ait Cyprian. e Ecclesia est in Episcopo, id est, quilibet Episcopus personam gerit suę Ecclesię.

Tertiò, communis causa, qualis est fidei, communib⁹ votis iuuanda est, teste f Nicolao ^{1.}

Respond. Causam fidei pertinere ad Prælatos, vt doctores, ad cæteros, vt discipulos: sicut in bello causa viatorum ad totum spectat exercitum: tamen ducum est præcipere, cæterorum pugnare.

Quartò, sæpe vnius hominis etiam laici sententia præpolita, & præponenda est sententiæ totius Ecclesiæ, si munita sit magis authoritate Scripturae. 1. quia scribit Gratian. g hoc modo Hierony. authoritatem, toti Generali Concil. præiudicasse. 2. quia ita sentit Panormitan. h Gerson i verò, docet hominem doctum posse, & debere toti Concil. resistere, si videat illud, ex malitia, vel ignorantia errare. Ergo laici vocari debent.

Resp. ad anteced. hoc fieri posse, quando discutitur causa: in discussione enim, non authoritas, sed eruditio requiritur: non autem in definiendo, aut post definitionem, nisi constaret illegitimum fuisse concil. Ad 1. probationem, dicitur 1. loqui Gratianum de particulari ^k concilio. 2. verba à Gratiano citata, non haberi in Hierony. 3. illa non dissentire à concilio, solum enim dicunt, secundum legem veterem, licuisse raptori ducere raptam in vxorem, si pater raptæ consentiat. Concilium verò, non obstante illa judiciali lege statuit non licere. Ad 2. illos, vel intelligendos esse, iuxta responsionem antecedentis, vel loqui conditionaleriter, sicut Apostolus ait. *Si nos, l aut Angelus Dei de celo Euangelizet.* sicut enim inde non licet colligere Apostolos, vel Angelos posse Euangelizare aliquid contrarium Euangeliō Christi: sic ex dictis Panormit. & Gers. non licet deducere. Ergo Concilia absolute errare possunt, & ideo priuati homines conuocandi.

Quinto, ideo Episcopi vocantur ad Concil. quia

f Epist. ad Michaelem. *Ubius legis, Imperatores antecessores vestros, synodibus consentibus interfuisse, nisi forte in quibusdam ubi de fide tractatum est, que universalis est, que omnium communis, que non solum ad clericos verum etiam ad laicos & omnes omnino pertinet Christianos.*

g 36. q. 2. can. vlt. h in cap. significasti de electione.

i p. de examinat doctrinaram. k vt patet ex textu.

DE CONCILIIS,

docti. Igitur & vocandi laici docti.

Negatur anteced. et si enim Episcopi debeat eligi probi, & docti: vocantur tamen ad Concil. quia sunt personæ publicæ, habentes iurisdictionem Ecclesiasticam.

Sexto, B. Petrus in disputavit cum Simone Mago, coram populo ut iudice. Archelaus Episc. cum Manichaeo apud n Epiph. Athanasius cum Ario, apud o Vigilium. o Episc. Trident. Augustinus P cum Maximino. Quare Ambrosius, q Iste p lib. cap. 10. *populus* (inquit) *iudicat*, &c. Et in Niceno Concilio r Maximin. fuerunt multi laici docti.

Resp. in illis disputationibus datum populo iudicium priuatum, quod neminem obligat, quomodo fecit He-
lias 7. Reg. 18. non autem publicum, cui acquiescere tenentur cæteri. Porro, adfuerunt quidem Laici in Ni-
cæno, sed non vocati.

*Quot Episcopi requirantur ad Generale
Concilium.*

CAP. XVII.

Ex consuetudine Ecclesiæ , colliguntur
quatuor sufficientes causæ , ut Conciliū
sit generale . Prima , ut euocatio sit gene-
ralis , ita ut innoteſcat omnibus maiorि-
bus Christianis Provinciis .

Secunda, ut Episcopus undequaque veniat, nullus excludatur, nisi sit excommunicatus.

Tertia, ut adsint per se, vel per alios quatuor praecepit Patriarchæ, quamuis hoc tantum ad bene esse. Nam Synodus tertia, sine Antiocheno Patriarcha, damnauit Nestorium.

Quarta, si celebretur in Oriente, conueniant Episcopi multi, ex omnibus prouinciis Orientis: ex toto verò occidente, mittantur aliqui à Pontifice Romano; Et è contra si celebretur in Occidente.

DE CAVSA FORMALI.

Episcopos in Conciliis non Consiliarios sed iudices esse.

CAP. XVIII.

Aæretici, ferè & omnes neoterici, volūt Concilium nihil aliud esse præter inquisitio-
nem. Nos verò, esse confessum verè iudi-
cum, quorum decreta necessatio sint se-
quenda.

Primo, Deut. 17. de quo supr.^b & Matth. 18. c si Ec-
clesiam non audierit, sū tibi velut *Ethnicus*, & *publicanus*.
Nec enim negabitur, quin saltem Concil. legitimum
generale, dici possit Ecclesia.

Secundo, Concilium Hierof. non ex scripturis, sed ad suffragia Apostolorum, ita definitum est, vt impe-
rium importaret, cui alij in conscientiâ tenerentur obe-
dire, sicut probatum est supra.^d

Tertio, omnia Concil. dicunt anathema non obtē-
perantibus, ergo leges eorum, obligant, vt iudicium.

Quarto, si tantum esset disputationibus agendum,
perperam vocarentur Episcopi soli, cum eruditorum sit
disputatio.

Obiicitur primò, e Paphnutium prævaluisse toti Ni-
ceno Concilio, volenti prohibere usum vxorum sacer-
dotibus.

Secundò, sequeretur ex nostrâ sententiâ teneri pon-
tificem præsidentem, sequi maiorem Episcoporum par-
tem, in condendis décretis: quod tamen falsum est vt
patet ex Arimin. irritato à Damaso, & de quodam de-
creto Chalcedonensi, quod improbavit Leo.

Ad primum resp. i. Incertam esse hanc narrationem;

^a Luther. assert.
^{ar. 29. Calvin. 4.}
^{cap. 9. §. 8. Instit.}

^b cap. 4. lib. 3. de
verbo Dei.
^c v. 17.

^d Lib. 4. de f. Pét.
cap. 16.

^e Apud Socratē.
<sup>i. cap. 8. - & Se-
zom. 1. cap. 2.</sup>

DE CONCILIIS

eius enim non meminerunt Euseb. Athan. Epiph. Rufinus & antiquiores. 2. si vera sit, restitisse Paphnutium ante definitionem Concilij. 3. non allegasse Paph. scripturam, & propterea iuxta aduersarios, reiciendum. 4. Concilium planè statuisse contrariorum can. siquidem. 3. prohibetus ne in domibus sacerdotum, sint viæ famina, præter matrem, sororem, amitam. [autam, mateteram, & similes.]

¶ Ut ipsius so-
crist. & Sozom.
testantur.

Ad 2. res. 1. numquam fortasse accidisse, ut Pontifex sequeretur minorem partem, quando remota fraude, sententiae fuere prolatæ. Nam in Attin. Concilio decepti fuerunt catholici, verbi græci obscuritate, in Chalcedon. vero, absentibus legatis Papæ, factum est fraudulenter decretum. 2. Præsidem, ut præsidem, reue-
ra debere sequi maiorem partem, si tamen sit Princeps summus non teneri, & si non adsit per se, posse suivi-
carii præsidentis iudicium retractare.

Cuius sit generali Concilio præsidere.

C A P . X I X .

a Magdeb. Cen-
tur 4. cap. 7. col.
5; 6. Caluin. 4.

Iust. 7. §. 1. & 2.
b lib. 1 de s Pon-
tifice in 19. præ-
rogativa s. Petri

& cap. 8. in res-
ponsi ad 1. ob-
iectiōnēm.

c Teste Basilio
imperat. in fine.
8. synod.

d Apud Russin.
io. cap. 1.

e ep. 32.

f Ve volunt Mag-
deb. sup.



Mperatori hoc tribuunt a Hæretici, nos
Papæ, vel per se, vel per legatos: proba-
tur.

Primo, Papa est pastor, & pater uni-
uersæ Ecclesiæ: at patris est filius, pastoris
omnibus præsidere.

Secundū Actor. 15. Petrus præsedisse probatum est
supr. b In Nicæno. 1. non præsedit Constantinus, ut
singit Brentius, nam imperator, post omnes Episco-
pos, c subscripsit, & d professus est, se debere ab Episco-
pis iudicari, & Ambros. testatur e Constantimum non
se fecisse iudicem, in Nicæno, sed liberum reliquissimum
iudicium sacerdotibus. Neque Eustathius fuit præses,
Nec enim subscribit, aut primus vel 2. vel 3. Deinde ibi
Alexander Episcopus Alexand. aderat maior Antio-

cheno Eustathio. Nec refert, g dici Eusthatium sedis-
se primum, à dextris imperatoris: non enim propte-
rea sequitur præsedisse: Nam fieri potuit, vt præsi-
des, in sede h separata, sederent cum imperatore. Ne-
que præsedidit Athanas. vt somniat Caluin. Nam tunc
solum Athanas. erat Diaconus, nec vlli Episco-
pi vices gerebat, aut subscriptis. Sed præsederunt no-
mine Syluestri, Episcopus Hosius, Vitus & Vincen-
tius presbyteri. Nam 1. iubscribunt primi 2. Cedre-
nus, & Photius k docent Sylvestrum, per suos lega-
tos, ibi præsedisse, alii autem non erant præter hos
3. quia Athanas. l docet, Hosium fuisse huius Con-
cilij principem, certè vt legatum Papæ, cum alias es-
set simplex Episcopus, omnibus Patriarchis inferior.
In Concilio Constantinop. 1. non præsedisse impera-
torem, constat ex ep. m Damasi ad concilium: non
præsedit etiam Papa, nec per se, nec per legatos, quia
Constantinop. erat vnum Concilium cum Romano,
cui tunc præsidebat Damasus. In Ephesino 1. non præ-
sedisse imperatorem, habetur n sup. Cælestinum præ-
disse per Cyrillum, legatum suum, testantur historici
omnes, verè autem fuisse legatum, probatur contra
Caluinum 1. quia vices suas ei Cælestinus o manda-
uit, multò ante quam cæteri mitterentur legati; 2. quia
Cyrillus minatur, P nisi Nestorius intra terminū à Cæ-
lestino præscriptum resipuerit, communione Eccle-
siae priuandum, 3. quia ipsa synodus referuauit q Cæle-
stino causam Ioan. Episc. Antiocheni, In Chalcedon.
Imperator. r testatur ipse, se non præsedisse Legati
autem Leonis nominatur, sedent, loquuntur, subscri-
bunt primi, & sententiam f definitiuam, in Diocorum
ferunt.

Resp. Caluinus id extorsisse Leonem ab impera-
tore. Nam in concilio Ephesino. 2. non est ausus pri-
mam sedem petere, sed legatos suos passus est subesse
Diocoro. Contra. 1. dicit, & nihil probat Caluin.
nam non expectato vlli consensu, Leo misit suos
legatos, ad Chalcedonen. vt præsides 2. scribit Liber-
tatus, t noluisse legatos Leonis in Ephesina secun-
da sedere, quod viderent præsidere Diocorum, qui

r Euseb. 3. de vita
Constant. 11. ait
eum qui sedebat
à dextris oratio-
nem habuisse ad
Imperat. hunc
orantem fuisse
Eustath. docet.
Theop. 1. hist. 7.

k Ita vt tres or-
dines sedium es-
sent vnius in ca-
pite aulæ in quo
erant Imperator
& legati Papæ.
alter. à dextris in
quo Eustathius
primus, & alter à
sinistris in quo
sedebat primus
Macharius Hie-
rosoly. Episco.
l In compend.
historiar.

m Lib. de 7. synod.
Ep. ad solitar.
vit. agent.

n Apud Theod.
5. hist. 9.

o In ep. sua ad
Cyrill.

p Ep. ad Con-
stantinopolita-
nos.

q Ut refert Eu-
grius. 1. cap. 4.

r In oratione ad
Synodum act. 1.

s Act. 3.

t In breviario
cap. 12.

DE CONCILIIS

contra fas illud extorserat ab imperatore , teste ^a
^b In Theodosio. Zonarā. 3. appellauit Flauianus Episcop. Constant.
^c & Euagr. i.ca.^d o. ab eo concilio ad Leonem , vnde hoc nisi qui videbat
Leonis esse præsidere?

In Constantinopolitano 2. non præsedisse Men-
nam , vt vult Caluin. constat , quod cui præsedidit
Menas , fuit tantum particulare. Præsedidit ergo Eu-
tychius , Menæ successor , qui tamen ^x agnouit præ-
sidentiam deberi Pontifici Romano , si voluisset inter-
esse.

In Constant. 3. interfuit quidem imperator , & pri-
mo loco sedidit , sed nullo modo fuit index : ultimus
enim subscriptis: præsides igitur fuerunt Legati Aga-
thonis Papæ , Petrus , & Georgius presbyteri , ac Ioan-
nes Diaconus.

In Nicæno. 2. sine controuersia Petrus Archipres-
byter , & Petrus Abbas Sancti Sabæ , legati Adriani.
1. præsedérunt.

In Constantinop. 4. Donatus , Stephanus , Episco-
pi , & Marinus Diaconus : qui in ipsa act. 1. rogati à
concilio , vt ostenderent literas Papæ , quibus daretur
eis præsidentia , exhibuerunt literas Adriani. 2. Primi
nominantur , & subscriptibunt , quorum primus : Ego
(inquit) donatus Dei gratia Episcopus Hosiensis , locum ob-
tinens domini mei Adriani , uniuersalis Papæ , huic Sancte &
uniuersali Synodo præsens , omnia que superius leguntur
promulgavi , & manu propria subscripti. In reliquis conci-
liis nulla est controuersia , Rom. Pontificem præse-
disse.

Soluuntur obiectiones.

C A P. XX.

PRIMA, in Carthag. 6. præfuit Aurelius, et si adessent legati Papæ. In Aquileiensi generali, ut vult Caluinus, præsedit Ambrosius Resp. virumque fuisse prouinciale: & de Carthag. dubium nō est. Nec in eo adfuerunt legati Papæ, vt p̄siderent, sed ut quædam tractarent nomine Romanæ Ecclesiæ. De Aquileensi probatur, quia fuisse alias 2. generale, deinde vix interfuerunt 30. Episcopi, denique PP. concil. ep. ad Imperatorem, dicunt non fuisse opus, congregare concil. generale. Neque tamen præsedit Ambrosius, sed a Valerianus Episcopus Aquileiensis.

SECUNDA, Cum catholici Episcopi (inquit Aug.) b & parteis Donati, iussu imperatoris disputando inter se, gestis apud Tribunum, c Notarium Marcellinum cognitorum habitis, consulissent &c. Et in fine afferit Marcellinum, ut iudicem, tulisse sententiam pro catholicis, contra Donatistas. Photinus e etiam petiit, & impetravit ab imperatore iudices, coram quibus suam ageret causam.

RESP. ead. quæ ad 6. cap. 16. supra deinde, illa collatio, cum Donatistis, d extraordinaria fuit, & quadam necessitate suscepta, quod ne requirent reprimi Donatistæ, nisi per temporales potestates.

TERTIA, scribunt e Socrates, & Sozom. f Theodosium Imper. iussisse, ut singuli principes variarū g religionum adferrent ad sc formulam fidei suę, quod cum esset factum, Imperatorem Deum orasse, vt tantum suum di- nigeret in verā eligenda fide: & tūm demūm lectis omnibus confession. approbassem catholiscam.

RESP. quidquid sit, certum est Theodos. non se iudicem fecisse in causa fidei. 1. quia questio de qua agebatur, fuerat definita in concil. Nicæno, cuius adeo fuit h. Apud Socrate afferor, ut noluerit h. baptizari ab Episcopo Theſſal. nisi s. cap. 6. prius intelligeret, cum esse fidei Nic. 2. quia testimoniiſ Cōſtantini, Valentiniſi senioris, & Theod. i Ambroſ. i Epift. 3.

a Primus enim no minatur.

b In Breuiculo collationum circa principium.

c Apud Epiph. hæresi 17. & Sozom. 4. cap. 5.

d Vt colligitur ex Aug. 3. contra Julianum 1.

e s. cap. 10.

f 7. cap. 17.

g Id est Cathol.

Arianor. Eunom.

DE CONCILIIS

K Apud Theodo. probat, imperatorum non esse, in causa fidei iudicare.
5. Histor. 23.
I Hac de re Ambros. ep. 78. Scribit Sanctitas tua,
Flavianum ad Imperial. rescriptorū remeasse: Frustra ergo tantorum sacerdotum susus labor. iterum ad huius seculi iudicium
revertendum. Sane referendum arbitramur ad sanctum fratrem nostrum Romana sacerdotem Ecclesie in Theodor. supr. Hic omittuntur obieciones peti-
tæ ex Mose, Iosue, David &c. qui indices in spiritualibus fuerunt quia id solvit.
¶ de sum. Pont. cap. 7 circa finē itc petiæ ex disputationibꝫ coram laicis quia id solutum supr. cap. 16.

Quarta, cum Rom. k Pontifices nollent Flavianum esse Antiochenum Episcopum. aliter tamen Theodori Imperatorem iudicasse, & egisse.

Resp. id fecisse Imper. ex potentia, non ex iustitia. Neque vsquam m hac de re finita est causa, quin Damasus Papa condonasset delictum Flauiano.

Repelluntur conditiones, quas Lutherani requirunt in Concilio celebrando.

C A P . XXI.

R I M A , vt prius irritentur acta Concilij Tridentini. Sed nihil debet irritum haberi, nisi prius legitimè damnatum.

Secunda , vt Concilium in Germania fiat. Est enim a canon Ecclesiasticas litteræ clie iudicandas, vbi exortæ sunt. Sed, sicut nolunt Lutherani fieri in Italia, vbi prævalent catholici, sic nolunt catholici fieri in Germ. vbi Lutherani: æqua ergo conditio est, vt fiat in finibus Germaniæ, & Italiae, sicut est Tridentum. Ille verò canon intelligitur, de criminibus particularium hominum / facilis enim testes inueniri possunt, vbi est commissum crimen) non autem de causa fidei, vnde orta quæstio de legalibus Antiochiæ, terminata est Hierosolymis. Ariana, exorta Alexandriæ in Ægypto, definita Nicæa in Bythinia b de Constantinop.

Tertia, vt Papa neque indicet, neque præsit in Cœilio,

a Apud Cypria. 1. epi. 3.
b Actor. 15.
c Hæref. Nestorij nata. Constanti- nopolis, damnata Ephesi Eutyche- tis, nata item Co- stant. damnata Chalcedone. Monothelita rum nata. Ale- xandriæ damnata Constantino- p.

cum sit altera pars. Sed non potest Papa suo priuati iure, nisi prius legitimate conuincatur. Etsi autem priuatus non possit, potest tamen supremus & princeps pars, & iudex esse, adde in Concilio, non solum Papam iudicare, sed etiam Episcopos.

Quarta, ut ex sola scriptura, & non traditionibus, sententiae ferantur. Sed semel legitimè definita, non debet iterum in dubium reuocari. Septima autem Synod; definiuit traditiones non scriptas, esse recipiendas.

Quinta, ut decisio non fiat penes suffragiorum plurimatatem, sed normam verbi diuini. Sed haec est d contra formam omnium Conciliorum, Sexta, ut Romanus Pontifex absoluat omnes prælatos a iuramento fidelitatis sibi præstito. Sed non debent inferiores liberari ab obedientia superiorum, nisi hi prius legitimè deponantur.

Septima, ut Theologi Lutherani voces decisivas proferre permittantur. Sed si per has voces intelligunt testimonium verbi Dei, non negamus. si debere hos esse verè iudices, est contra normam omnium synodorum, & quintam conditionem.

Octaua, ut detur saluus conductus, quo non solum personæ, sed etiam causa ipsa, etsi defendi nequeata Lutheranis, tamen adeò tuta sit, ut non valeat damnari. Sed hoc est ludere, non concilium petere. Quomodo enim poterunt unquam controversias terminari?

^c In Coaci. Epheso iudicauit Cy rillus Nestorijs.

quamuis dicere tur Cyrus altera litigantium pars. & ostendimus. 2. de R. Pon.

26. & infra lib. 2. de Concil. in nullo concilio Papam etiam accusatum iudicari posse, sed semper remanere iudicem.

d Nec usquam fi nientur contro versiz: semper enim quisquo di cet se normam verbi Dei sequi.



LIBER SECVN- DVS, DE CONCILIO- rum authoritate.

PRIMA PROPOSITIO.

*Concilia Generalia a Pontifice confir-
mata errare non posse.*

CAP. I. & II.

a Luther affer.ar.
28. & 29. Caluin.
4. Instit. 9. §.8.
b De partim re-
probatis & pro-
batis idem pro-
portionaliter est
iudicium, ac do
probatis, & re-
probatis.



Æretici, a nullum cōcilium esse vo-
lunt, quod errare non possit. Et
quidem de conciliis b reprobatis,
nihil est quod dicamus: cū certum
sit errare posse: de aliis sit prima con-
clusio. Fide catholica tenendum est, con-
cilia generalia a summo Pontifice con-
firmata, errare non posse, nec in fide nec

in moribus. probatur.

Primo Math. 18. Dixerat dominus de homine incor-
rigibili, *Dic Ecclesie, & si Ecclesiam &c.* At ne quis Eccle-
siam, sive prælatorum congregationem contemeret,
adiunxit, *Amen dico vobis, quaecunque ligaueritis &c.* Et
ne dubitaretur de assentia Dei, quando episcopi
congregati aliquem damnant, vel absoluunt, subiungit,
Vbi enim sunt duo vel tres &c. Idest, si duo vel tres
congregati, in nomine meo, obtinent semper, quod

petunta Deo, nimirum sufficiens medium, ad cognoscenda quæ necessaria sunt quâto magis omnes episcopi congregati in nomine meo? Itaq; siue pauci, siue multi, in nomine Christi, congregentur, semper habent assidentem Christum, sed in congregatione paucorum, & priuatorum, adest pro rebus paruis & priuatis, in mulitorum, pro rebus magnis, & publicis: ita hunc intellexerunt locum Conci. c. 4. & 6. d. Toletan. e. 3. Innocent. apud f. Gratianum, g. Cælestinus, h. Cyrill.

Secundò, i. *Spiritus veritatis* (inquit Christus) docebit vos omnem veritatem. At episcopis seorsim, hoc non convenit: ergo saltem omnibus congregatis, adiuncto capite summo Pontifi.

Tertiò, adfuit primo Concilio spiritus sanctus, Actor^k 15. Ergo & aliis legitimè congregatis, non minus enim nunc egit Ecclesia spiritu sancto, quâ tunc.

Quartò, ex scripturis i. constat Ecclesiam errare non posse, at tota authoritas Ecclesiæ formaliter, non est nisi in Prælatis, sicut visus corporis, est tantum in capite: hi autem possunt seorsum errare: Ergo simul, non. Deinde Concil. generale, representat Ecclesiam vniuersam. 1. quia m. 3. Reg. 8. vocatur tota Ecclesia Israël, cætus principum, qui cum Salomone conuenerunt. 2. grauissimi n. PP. vocant Concilium generale, Conuentum orbis terræ, vel totius Ecclesiæ consedium. 3. Martinus o. 5. iubet interrogari suspectos de hæresi: An non credant Concil. Generale Ecclesiam vniuersam representare. 4. si comitia tempUBLICAM, vel regnum totum representant, quidni Concilium totam Ecclesiam? Si ergo Ecclesia nequit errare: Igitur nec Concil. legitimum.

Quintò, probatur testimoniiis P. demonstrantibus Pam, errare non posse.

Sextò, iubet Deus q. audiri, & sequi episcopos vtr prepositos, f. pastores, doctores, t. Speculatores, u. patres, ergo vel fallere non poterunt, vel causa erroris nostri reuicienda in Deum: seorsim illos errare non est dubium, i. gitur errare simul congregati nequeunt.

c. ep. ad Leonem.
d. Act. 17.

e. Non procul ab initio.

f. Dif. 10. can. de quibus.

g. Ep. ad Ephesi-
num Concil.

h. In expositione
Symboli Nicæni
circumprincipium.

i. Ioan. 16. v. 13.

m. Iug. 7. v. 13.
d. Æt. 13. v. 13.
c. 2. v. 13.
o. in omniem
7. 2. 2. 2. 2. 2.

K. Ver. 28.

l. Math. 16. v. 18.

Math. v. vltimo.

m. Timoth. 3. v. 15.
v. 4.

n. Epiph. in fine
Ancoratus Euileb.

3. de vita Const.
C. August. 1.

contra Donatist.

18. & lib. 2. c. 4.
Gelas. ad Episco.

Dardianæ 8. Sy-
nod act. 5.

o. In fine Concil.
Constantiens.

p. lib. 4. de summi.
Pontific.

q. Luce 10. v. 16.

r. Hebræ. 13. v. 17.

s. Actor. 20. v. 28.

t. Ephes. 4. v. 11. &
Matth. vlt. v. 19. &c.

u. Ezechi. 33. quod

de Episcopis in-
terpretatur Hie.

& Greg. in Eze.

x. Galat. 4. v. 19.

Probatur ex Patribus.

C A P . I I I .



RIMO, docent PP. Concilij Generalis sententiam, esse in causa fidei, ultimum Ecclesiæ iudicium, a quo appellari non possit. ita a Atha.^b Aug. ^c Leo.

^d Concil. Ephes. & e Chalced. Secundò, esse hereticos, & excommunicandos, qui non acquiescunt plenatis concilii,

ita f Athan. g Leo, h Basil.

Tertiò, esse diuina, & a spiritu sancto edita, Concil. generalium legitimorum decreta. Ita i Athan. k Nazianz. l Cyril. m Leo.

Quartò, potius esse moriendum, quam recedendum a decretis generalium conciliorum. ita n Ambro. o Hilar.

h Ep. 87. & Nazia.

epistola priore ad Clidenium. i Supr. Verbum Domini per accumenicam Nicasie Synodus manet in aeternum. K Orat. in Athanas. l i. de Trinit. loquens de Niceno Concil. m ep. 53. & 54. n ep. 32. Sequor tractatum Nicenæ Concilij, a quo me nec mors, nec gladius poserit separare. o Qui re ipsa exilium propterea passus est ut testatur in fine libri de synodis. Victor Africenus cap. 6. tribuli. de persecut. Vandal describit plurima martyria SS. pro fide in Concilio Generali explicata.

Idem

Idem ratione probatur.

CAP. IIII.

PRIMA, si errare possent huius. Conci. nullum esset firmum in Ecclesia iudicium, quo controuersiae componi, & vnitas Ecclesie seruari posset. Nihil enim maius est, Concilio generali approbato.

Secundò, meritò reuocarentur in dubium omnes damnatæ hæreses, a Conciliis generalibus.

Tertio, nulla eslet certitudo de multis sacræ scripturarum libris, nam de Epistolis ad Hebreæ. Petri 2. Ioan. 3. item Iacobi, Iudæ, & Apoc. tandem est dubitatum, donec à concilio res declarata est.

Quarto, sequeretur omnia Concil. intolerabilem admissible errorem, nimirum proponere credendum aliquid de fide, quod non constat, an sit verum, an falsum.

Secunda propositio.

CAP. V.

Oncilia particularia a summo Pontifice confirmata in fide, & moribus errare non possunt. Probatur.

Primo, quia Papa dūtaxat errare non potest, vt a probauimus: ergo neque ^{a 4. lib. de sum} quodcumque Concil. ab eo confirmatum.

Secundò, si errare possent, multæ hæreses, vt Pelagianorum, Priscilianistar. &c. ab eis damnatae in dubium reuocari possent.

Tertiò, nullum hucusque inuentum est errasse.

Quarto, 7. Synodo ^b & octaua ^c dicunt PP. se venerari, & recipere, etiam localium concilior. decreta, quæ diuinitus inspirata vocat ead.

^b Act. 3.

^c Act. vii cap. 1.

DE CONCILIIS,
Soluuntur argumenta ex scripturis,
& Patribus.

C A P . V I . & V I I .

a Est Calvini. 4.
Instit. 9. §. 3.
b Vt Ila. 56. v. 30.
Ofer. 9. v. 8. Hier.
6. v. 13.

e lib. de unitate
Ecclesiæ cap. 12.
d Philipp. 2. v. 21.

e 2 Petr. 2. v. 1.
Acto. 20. v. 30.
Matth. 24. v. 11.

f Ep. ad Procopiu.

C A P . 7 . giam: quoniam nullius Concilij finem letum, faustumque vidi, nec quod depulsionem malorum potius, quam accessionem, & incrementum habuerit.

Resp. loqui de illegitimo Concil. Nam Gregorij ætas incidit inter primum, & secundum Conci. quo tempore multa celebrata sunt Concil. quæ propter frequentiam Episcoporum Arianis fauentium, infelicem habuerunt exitum. Propterea desperabat Nazianz. sicut

g Ep. 52. ad Atha. & Basilius, tunc posse congregari legitimum.

Quartum, Nec ego Nicænum (inquit Aug.) nec tu debes Arminense. h Resp. sūpt.

h lib. 4. de Verb. Dei cap. 11. ante ultim. arg. Quintum, ex lib. 2. de Baptiſ. 3. quo docet Aug. Cone plenaria priora, a posterioribus emendari.

Resp. i. fortè loqui de illegitimis concil. quæ reuer-



R I M V M , a ducitur ex locis
b quibus reprehenduntur pa-
stores, Sacerdotes, & Prophe-
tæ, non solum improbitatis,
sed & ignorantiae.

Resp. i. frequentissimū esse
in scripturis, ut propter ali-
quos malos reprehendantur
omnes, ut annotauit c. Aug.
ita enim Apostolus dixit, d. Omnes querunt, que sua sunt
&c. 2. hæc dici solum de sacerdotibus &c. separatim,
non autem simul congregatis 3. non continuò licere
transferte, omnia quæ dicuntur de sacerdotibus anti-
quis, ad sacerdotes noui Testam: habemus enim infalli-
bilitatis certiores promissiones Dei.

Secundum, ex locis e. quibus prædictitur fore in po-
pulo Christiano falsos doctores, sectas perditionis
insinuantes.

Resp. hæc de hereticis aperte intelligenda esse.

Tertium, Ego (inquit f. Nazian.) si vera scribere oportet, ita animo affectus sum, ut omnia Episcopor. Concilia fu-

emendantur 2. si de legitimis, / agere de questionibus facti: Nam præcipua catholicorum cum Donatistis, quæstio erat, tradidisset ne Cæcilianus libros sacros hostibus fidei, necne 3. vel loqui tantum de quibusdam constitutionibus circa mores, sine ritus, quæ pro diuersorum occasione temporum legitime mutantur.

Sextum, agnoscit 4. Leo Concil. Chalcedonense legatum: & tamen illud ambitionis, & inconsultæ temeritatis arguit.

Resp. legatum Concil. in eo posse errare, quod non fit legitime. At decretum reprehensum a Leone, / editum fuit absentibus legatis Papa: & proinde illegitimè.

Septimum, m Isidorus afferit dissidentibus inter se Conciliis, standum esse antiquioribus.

Resp. loqui de concil. non expressè confirmatis a Papa. n Octauū, titulus decreti Gratiani est, *Concordantia discordantiarum*. Ergo concilia inter se pugnat. Sed loquitur tantum de apparentibus discordantias, vere enim, concordari nequeunt.

Nonum o Gratianus dicit Concil. Episcopalia, esse invalida ad definitendum, & constituendum, non autem ad corrigendum.

Resp. loqui de provincialibus conciliis, quæ ordinariè non instituuntur ad fidei constituenda dogmata, sed tantum ad corrigendos mores. Si tamen aliquid definirent de fide, approbateturque a Papa, illud proculduo validum esset.

Soluuntur ex Conciliorum erratis petita.

C. A. P. VIII.

R I M V M , 3. Reg. 22. 400. Prophetæ simul omnes errarunt.

Resp. 1. hos omnes non fuisse prophetas domini: quæsiuit enim Iosaphat, nū esset aliquis propheta domini: respōdit Achab,

2. Remansit unus (qui non erat ibi) sed ego odieum, 2. Conc. non prophetarum, sed sacerdotum esse debere 3. non coactū fuisse a sum. Pót. sed ab Achab impiissimo rege.

Secund. Concilium Iudeorum, summo præside Cai-

i Ibi enim aīe Aug. tunç emen- dari Conc. quando experimento aliquid aperitur, quod erat clau- sum. Experimento autem aperiūtur quidem quæstio- nes de facto, & de morib. non au- tem iuriis rniuer- tales.

4 K E p. 53. & 54. ac 55.

5. Ut patet ex vi. act ciusd. Conc. & ep. 61 ciusd. Leo. m Apud Grat. dist. so can. Do- mino sancto. " Egregium Lu- thieri arg. lib. 24. Conc. p. 54. o Dist. 18 can. 2.

DE CONCILIIS

b Ioan. 9. v. 22. *c* Marci. 14. & *d* Ioan. 11. pha, excommunicavit *b* confitentes. Iesum, esse Christum, quem postea, *c* reum mortis iudicauit.

d Dan 9. ad finē. Resp. Pontifices, & Concilii. Iudeorum non potuisse errare, antequam Christus veniret, sed eo praesente potuisse, immo *d* prædictum fuisse erraturos, & negaturos Christum. Sicut nō est necesse Vicarium Papæ non posse errare, cum ipse Papa praesens regat Ecclesiam.

e Non esse cogendas gentes ad legalia seruanda.

f Est abstinentia a sanguine & suffocato, quod est Iudaizare.

g 4. de sum. Pont. ca. 16. in 3. argu.

b dicit. 20. can. de libellis.

i Ut dicitur in Concil. Florent. sess. 7.

k Can. 7.

l Test. fidor.

m de officiis. 19.

pha, excommunicavit *b* confitentes. Iesum, esse Christum, quem postea, *c* reum mortis iudicauit.

Resp. Pontifices, & Concilii. Iudeorum non potuisse errare, antequam Christus veniret, sed eo praesente potuisse, immo *d* prædictum fuisse erraturos, & negaturos Christum. Sicut nō est necesse Vicarium Papæ non posse errare, cum ipse Papa praesens regat Ecclesiam.

Tertio, constat sententiam *e* Petri in Concil. Hieros. qui iudicauerat gentes non debere cogi ad legalia, bona fuisse. Hanc tamen Iacobus, quem sequutus est Concilium, mutauit, & *f* legem statuit quæ defendi nequit, nisi dicamus concil. non obligare.

Resp. Iacobum non mutasse Petri sent. sed solū antequam res definiretur, mutasse addendum sententia Petri, præceptum illud positivum de abstinentia & fornicatione, quia non putabatur peccatum a Gentibus, & a suffocato & sanguine, ut facilius Ecclesia ex gentibus, & Iudeis coalesceret. Postquam autem finis legis cessauit, lex quoque tacuit, vide *g* sup.

Quarto, Concilium Neoexsariense confirmatum *h* Leone 4. & receptum in Nicæno. i. prohibet *k* secundas nuptias.

Resp. *i* vel loqui de eo qui simul duas uxores haberet. *vcl* tatum prohiberi solemnitatem secundi matrimonij, cui solemnizati, propriè conuenit nomen nuptiarum, quæque / semel tantum in Ecclesia fieri consuevit, videlicet quando virgines coniunguntur.

Quinto, Concil. Nicænum male, i. sanxisse non esse idoneos sacerdotio, qui se castrauerunt, & tamens sacerdotes non posse nubere, est enim id impossibile & periculosem. Paulianos esse rebaptizandos, 3. damnasse militiam *can. 11*. Ad r'nullam esse impossibilit. aut periculum, quod a tot piis obseruarum, & observatur ad 2. Paulianos, quod non crederent Trinitatem, non baptizasse in nomine Trin. 5. & proinde nullū eoru baptisma: ad 3. militiae cingula olim maximi suis honoris, ac cōmodi, quo *m* priuabātur ab Impe. Ethnicis, cōstantes & lib. 10. cap. 8. in fide Christiani. Damnata ergo Concil. tantum eos, qui Ruffio. cap. 32. & cum fidei ardore cingulum abieccissent? Deinde iterum lib. 11. c. 2. ambiebant cingulum, parati abnegare fidem. Primo

quia Theodorus Balsamon, & Zonaras ita hunc exposuerunt canonem. 2. n Ruffinus ita ponit. *Qui propter confessionem, militiam abuecerant &c.* 3. Quia in toto can. agitur de lapsis, & primò, de his qui metu vitae, aut opum amittandarum negauerunt, deinde de huius militibus.

Sextò, Concil. Aurelian. 2. errauit can. 2. primò, quod non licet sacerdotibus suis vxorib. uti: contra concil. Gangrense can. 4. confirmatum à Leone 4. Secundò nō esse aslumendum coniugatum ad sacerdotium nisi convertatur à coniugio: non convertimur autem, nisi à malo Ergo iuxta hoc concil. erit matrimoniam malū.

Ad 1. Concil. Gangr. non loqui de sacerdotibus habētibus uxores, saltem ut uxores, sed, *Quicumque* (inquit) discernit à presbytero, qui uxorem o habuit, quod non operat, eu ministrante, de oblatione percipere, anathema sit. Ad 2. conversionem dici etiam à bono statu, ad meliorem, quomodo Gregor. 1. ep. 100. vocat professionem monachatus, conversionem.

Septimo, Sirmiense videtur receptum, quia damnavit errorem Photini, & tamen in eo confirmata est heresis Arii: Sardicense confirmatum fuit p à Leone 4. & tamen Arianorum fuisse docet q August.

Resp. in utroque tantum recipi, quod fidei catholicae consonū est vide, sup. Angust. verò non videtur saliud vidisse ex Sardicensi, quam quid ediderant 70. Episcopi Orient. in condemnatione fidei catholice, & Athanasii.

Octavo, concil. Laodicenum statuisse reddi, secundum indulgentiam, iis communionem, qui secundis nuptiis iuncti sunt. At indulgere est condonare peccatum. Igitur illi peccauerant.

Respon. 1. vtrā Neocæsar. 2. solū velle reddendam bigamis communionem, quam in discreto zelo, non nulli Episcopi illis ademerant: dixit autem secundum indulg. non quod condonaret peccatum, nam initio can. vocat nuptias bigamorum liberas, & legitimas, sed iuxta Apost. u 1. Corinth. 7. quod minus bonum concedat quamvis maius optaret, nimirum viduitatem.

Nono Cœc. Catth. x 3, numerat in can. scrip. Tob. Iud. Bar. Sap. Ecc. Macch, Apoc. quæ Laodicensi non recipit.

ⁿ 10. cap. 6.

^o Non. digit qui habet.

^p Dist. 20 can. de libellis.

^q 3. Contr. Cresconium. 34.

^r cap. 7.

^s Vide lib. 2 de Sum. Pontif. cap.

^t 22. &c. vbi solun-

tur argum. de ia-

re appell. arg. vi.

^u Cap. 1.

^v v 6.7.80 δι λίθο
κατὰ οὐρανόπλου, ἡ
κατ' ἵματος hoc
autem dico secun-
dam indulgentiam
non secundum im-
perium.

^x Can. 47.

^y Cap. ultimo.

DE CONCILIIS

Resp. 1. Conc. Carthaginense maioris esse authoritatis, quia nationale, Episcopos 44. & confirmatum a Leone 4. At Laodycenū fuit prouinciale Episco. 22. a nullo confirmatum Papa. 2. Laodicenū posuisse solum in canone libros de quibus Episcopi huius Concil. certi erant, alios omisisti, non negans, sed nolens rem dubiam definire, quam magis postea discussam Carthaginense definivit.

¶ Can. 17.

Decimo, & Toletanum 1. iussu Leonis 1. celebratum admittit ad communionem, qui concubinam habet, dummodo non sit vxoratus.

¶ Dist. 34. can. omnibus.

Resp. concubinam duplice duci, 1. que assumitur ad consortium thori sine consensu mutuo coniugij, 2. que dicitur vera vxor, sed sine dote, & externa solemnitate, ut recte obseruat. Gratianus, estque conforme Iuri Ciuii, sicut patet ex 18. Nouella Iustiniani priori modo loquitur Leo ep. 92. cum ait, Concubinam non esse vere vxorem, posteriori Concilium. Dices, quomodo id Leo absolutè dicere potuit, cum huius Concil. fieri iussit. Respondeo, fuisse tantum vltimi canonis authorem.

¶ Initio Concil.

¶ Ut patet Chro. Prospcri.

Nam & dicitur Conci. congregatum tempore Honori, & Archadij. At Leo & creatus est tempore Theodosij Iunioris, 33. annis post Archadij mortem: Concilium ergo habitum fuit ante Leonem, & postea tempore Leonis, facta fuit illa Explicatio fidei can. 17. & annexa concilio, quia iidem Episcopi subscripterunt, qui in concilio fuerant.

¶ In Carolo ma- gno.

Vndecimo, Synodus 7. pugnat cum Constantinop. Sub Copronymo, ut patet & cum Francofordiensи in quo legati Papae affuerūt primò quia d'Ado, Aimoinus, Abbas vrsper. & alij historici, docent damnatam 7. Synodus a Francofordiensи: 2. quia libri quatuor Caroli magni, qui anno. 1549. prodierunt, totis viribus contra imagines agunt, pro quibus pugnat Synod. 7. fuerunt autem approbati in Francofordiensи.

¶ Zonaras, & Ce- drenus in Copro- nymo.

Resp. Illud Constantin. nec legitimum nec generale fuisse. Nec enim aut per se, aut per legatos affuit Papa: Nec tres præcipui Patriarchæ Alexand. Antioch. Hiero. Et nusquam fuit numeratū inter legitima Cōc. Ad Franc. dico 1. illi esse anteponendum Nicenā 2. siue 7. Synod.

quæ certè fuit vniuersalior & antiquior, ac sine contro-
uersia à R. Pontifice f approbata. At si vera sunt quæ g f Leone; ut pa-
Magdeburg . asserunt repugnauit Francofordiensis A- ter ex Iuone. 4 p.
drianus per legatos. 2. incertitudinem maximam hac c. 147;
in re versari. Non enim authores satis sibi constant. g Centur. 8. cap.
Nam decretum Francofordiense in libris Carolinis, ait
damnata fuisse in Francoford. Synodus, quæ Con-
stantinopoli conuenerat, & imagines adorari iusslerat.
At quæ id iussit, fuit Nicæna , non Constantiopolita-
na libri Carolini, damnata in Francoford. syno-
dum factam Constantinopoli in Bythinia , sine autho-
ritate Papæ, pro imaginibus adorandis . Et Constanti-
nopolis non est in Bythinia , sed in Thracia. h cap. 20. lib. cō-
rpus, damnata quæ in Nicæa conuenerat, sine autho- tra Hincmarum
ritate Papæ: quæ certè non erit nostra 7. synodus. Ai- Laudunci, qui
moinus; & Vrspet. k damnata quæ conuenerat Con- ipso fere tempo-
stantinopoli sub Constantino & Irene. At quæ hoc tē- i cap. 85 de gestis
pore congregata, fuit Nicæna . Platina , l Blondus, m Francorum.
Sabellicus, n Paulus o Æmil, damnata synodus, de k in Chron. ann.
tollendis imaginibus. quam Græci septimam generale
dicunt quæ certè, nequit esse Nicæna 2. Quia tamen o- 793.
mnes conueniunt, reprobata fuisse septimam syno- l in Adriano.
dum, quæ decreuerat adorandas imagines : dicimus in m lib. 1 decad. 2.
Francoford, duas p fuisse synod. damnatas, Constanti- n lib. 8. Ennead. 8
nopolitanam videlicet, contra imagines, & Nicænam o 2de gestis Frä-
2. pro imaginibus, vt patet ex libris Carolinis, & Hinc- corum.
maro. Porro damnata Nicænam per errorem, & ma- p & fortasse hæc
terialiter tantum. author enim librorum Carolinorum
imposuit synodo Nicænae 2. definiuisse adoran- fuit causa ut ita
das imagines latræ cultu , & id factum a Græcis
sine consensu Papæ: quibus duobus mendacijs pro ve- variant historici.
ritate habitis, synodus Francofordiensis damnauit Ni-
cænam 2. Errauit ergo tantum Francoford. sed in quæ-
stione facti, non iuris: Deinde non solum non con- q in tertio tomo
fensus Papa huic decreto, sed & reprobavit. Concil. Eſſe autē
Huiusmodi autē libri dicti Carolini, neque Carol. mag. hunc libr. vere Ad-
sunt, neque authoris alicuius momenti, quamuis anti- driani ex Iuone
quissimi. r. quia extat q liber Adriani I. ad Carolum ma- constat qui mul-
gnum, in quo, libri isti accuratè refelluntur. vnde col- ta ex hoc li. in 4-
ligitur ab aliquo compositos hæretico, mislosque à Ca- sui decreti partē
translulit.

DE CONCILIIS,

rapud Zonar. & rolo ad Papam, ut eis responderet. 2. Adrianus I. r de-
Cedr. in Isauro. fecit à Græcis Imperatoribus, quod imagines insecta-
rentur, seque in tutelam Francorum contulit, quomo-
si de cultu imag.

do ergo verisimile, Carolum eadem hæresi laborasse? 3.
e sup.
Ionas Aurelianensis qui floruit sub Ludouico Pio, scri-
bit Claudium Taurinensem eius hæresis patronum, to-
to tempore Caroli, nusquam aulam mutare, 4. testa-
tur Paulus Emil. t Pipinum Caroli patrem, in quodam
Gentiliaco Concilio refutasse errores Græc. contra i-
magines: misisseque postea Carolum, Episcopos 11. ad
Concilium Römæ cælebratum sub Stephano, contra
eundem errorem. 5. Carolus fuit græcē, & Latinè pe-
ritus, prudens, & ingeniosus. At libri Carolini sunt ho-
minis imperiti, & leuis. Nam Constantinopolim dicit
in Bithinia, concilium pro cultu imaginum in Constan-
tinopoli, Nicænos PP. docuisse, Eucharistiam esse ima-
ginem corporis Christi, quod tamen non solum non
defendunt, sed etiam refellunt. Sed quamvis hi li-
bri Caroli essent, quid aliud haberent aduersarij, quam
testimonium vnius hominis laici, & militis?

Duodecimō, R. Concil. sub Nicolao 2. definiuit non
solum Sacramentum Corporis Christi, sed etiam ipsum
verum corpus tractari, & frangi sacerdotum manibus.

Resp. Nusquam dubitatum fuisse ipsum corpus non
in se revera frangi sed solum, an signum quod frangi-
tur, sit nudum signum an reuera contineat corpus Chri-
sti. Et quia Berengarius docuerat esse nudum signum,
ideo Concil. constituens abiurationis formam, voluit
Berengarium dicere, non solum sacramentum, sed etiā
verum Christi corpus frangi, id est, signum habens rea-
liter coniunctum Christi corpus.

Decimotertiō Lateranense 4. definiuisse pro articu-
lo fidei transubstantiationem in Sacr. Euch. contra E-
phesinam synod. prohibentem ad symbolum additio-
nem. Respond. neque addidisse ad symbolum, neque
prohibitionem hanc habere ius in conc. gen. legitim.

v. l. 13.
Decimoquartō, Constantiense n excommunicasse
communicantes, sub vtraque specie. Basileense autem
id concessisse Bohemis.

Resp. Quicquid sit de authoritate horum conciliarior.

non pugnare intra se. Constantiense enim, solum agit contra communicantes huius, sine licentia Ecclesiae: sic enim intelliguntur præcepta maiorum. Nam qui præcipit non priuat se auctoritate dispensandi.

Soluuntur obiectiones ex Ratione.

C A P. IX.

Brima. In omni cætu multitudinis, sèpè accidit, ut maior pars vincat meliorem. Igitur in conciliis Ecclesiae, ubi definiuntur omnia, ad plura suffragia, facile fieri poterit, ut contingat error.

Secunda, quis nouit an nullum fuerit unquam legitimum concil. 1. quia nescitur an qui conuenient, habuerint veram fidem, & ordinationem. 2. quia ex historicis humanis qui mentiri possunt, habemus certitudinem de Conciliis præteritis.

Ad 1. verum esse anteced. in cætibus humanis, at nullum absolvit in Ecclesiasticis quibus præsider Papa cum Spiritu sancto.

Ad 2. probationem primam, sufficere ut conuentus Episcoporum legitimus sit, conuenire illos, qui in Ecclesia ordinari præsident, & Episcopi veri ab omnibus habentur, quicquid tandem habeant in mente: certi sumus enim tales errare non posse, simul congregatos cum Papa, totam Ecclesiam docendo. Quamvis nullo modo est verisimile, Deum permisurum Episcopos aliquius concilii legitimi, maiori pro parte hereticos mentales esse. Ad 2. constare de legitimo concilio evidenter, iis qui tunc viuunt, nobis vero, fide certissima humana, & Ecclesiae traditione, qua id asserit, & nullus contrarium sentit: quod quidem sufficit.

Tertia Propositio.

C A P . X.

CONCILIA particularia, non probata à Summo Pontifice, non omnino certam fidem faciunt: quamvis temerarium sit eis non acquiescere. Probatur prima pars. Primò, quia Concil. Carthag sub Cypriano, Episcop. 85. quorum plerique Sancti martyres, aut Confessores, errauit.

Secundò, in quinta synodo Romana, sub Symmacho, legitur concilia Prouincialia, quia præsentiam Papæ non habebant, valitudinem perdidisse.

a in chronic anni
420.
Tertiò, scribit Prosper a hæresim Pelagij damnatam à Concilio Africano 217. Episcop. non priùs ab Ecclesia totius orbis condemnatam, quam Zozimus Papa, decreta huius concilij probasiet.

Obiicies cap. Ad abolendam, extra. de hæreticis, excommunicari omnes iudicatos ab Ecclesia Romana, vel Concilio Prouinciali hæreticos.

Resp. 1. aliud esse iudicare aliquid hæresim esse, aliud aliquem incidisse in hæresim: de priori, non loqui illud cap. sed de posteriori, ad quod non requiritur posse condere dogmata fidei, siquidem & hoc etiam modo indicant inquisitores. 2. posse etiam particularia concilia iudicare de ipsa hæresi, quando res est facilis. 3. quando etiam est dubia, si id faciat ex commissione sedis Apostolicæ, vel saltem decisionem suam ad Papam mittant.

b act. 3. & synod.
8. act. vlt. can. 1. Secunda pars probatur, Primū, quia in 7. Synod. b honorantur Synodi locales, ac suscipiuntur, nec sit mērio confirmatorum, vel non. Secundò, quia plurima horum videntur ipso Ecclesiæ vsu quodammodo probata. Tertiò quia si aliquot Patres in eandem sententiam conuenientes faciunt argumentum probabile, quanto magis jo. aut 60. simul congregati?

Quarta Propositio.

C A P . X I .

 *O N C I L I A generalia ante confirmationem summi Pontificis errare possunt , nisi Patres in definiendo sequantur Pontificis instrucciónem . Probatur.*

Quatuor modis fit generalis concilij definitio, *Primo*, dissentientibus legatis Papæ, & hoc modo a errauit concil. Ephesinum 2. *Secundo*, consentientibus legatis, sed contra instructionem Papæ: Leonis 24. & 25. & hoc modo b errauit Constantinopol. sub Nicolao I. atque hæc concil. dici debent reprobata, idem enim est, siue Pontifex expressè concilium reprobet, siue concilium agat contra Pontificis sententiam. Neque dici possunt legitima, quæ cum suo capite pugnant. *Tertio*, consentientibus omnibus etiam legatis, sed non a habentibus certam instructionem à Papa. *Quarto*, habentibus.

De tertio, res sub opinione versatur. Tamen videtur tale concilium errare posse.

Primo, quia si errare non posset, eius iudicium esset ultimum, & irretractabile. At non est, nam eius confirmatio à Papa petitur, qui potest approbare, vel reprobare.

Secundo, firmitas concilij nascitur ex consensione, & coniunctione membrorum cum capite. At caput nondum aperuit suam sententiam: et si enim adsint legati, nomine Pontificis, tamen reuera non sunt Pontifices ipsi.

Tertio, Basileense d Concil. cum legato Pontif. standess. tuit concil. esse supra Papam , quod nunc iudicatur eroneum.

Quartò, errare potest concil. agēs contra instructionem Papæ. Ergo etiam quando nulla instructio habetur. Non enim tenentur Episcopi illam sequi instructionem, alioquin non essent suffragia libera.

a ut patet ex ep. Leonis 24. & 25.
b ut constat ex epist. Nicolai ad Patriarchas & Episcopos Orientis. ac ex Zonara in Michaelie.
c ut in Concilio Tridentino.

DE CONCILIIS,

Obijicitur i. huiusmodi Concil. vniuersam representante Ecclesiam; ergo nequit errare.

R. Primo, non repræsentare perfectè Eccl. vniuers. nisi adsit summ. Pontificis sententia , est enim præcipua, & summa pars, nempe caput². et si representaret, non tamen prius censeri absolutum , quam accesserit confirmatio Papæ. firmitatem autem non habet , & infallibilitatem , antequam absoluatur.

Secundò, Concilia dicere anathema contrarium sententibus , antequam confirmantur. R. Intelligi, id vim habiturum , cum fuerint approbata à Papâ.

De quarto vix dubitari potest. *Primo*, quia in tali Concilio inuenitur expressus capitinis consensus , ac membrorum : & proindè totius absolute Ecclesiæ quæ sine dubio errare non potest. Nec refert illam instrucionem datam à Pontifice, non videri definitiuam sedis Apostolicæ sententiam. Nam quando Concilium consentit cum Pontificis sententia , decretumque formatur à legatis, nomine Papæ, tunc incipit esse sententia definitiva , & ultima non solum Concilij sed etiam Papæ. Papa enim solet mittere legatos instructos de sua sententia cum ea conditione , ut si concilium consentiat iudicio Papæ, formetur decretum , sin minus differatur decreti formatio donec Rom. Pontifex consultus respondeat.

Secundò, quia concil. e Chalcedon. se ideo dixit petere confirmationem à Leone, quod præter decretum de fide contra Dioscorum (editum consentientib. legatis Papæ ab eo instructis) alia etiam statuerat , sine expressa Papæ sententia, vnde liquet se solum petere confirmationem eorum, quæ sine sententia Papæ decreuerat:

Tertiò, in huius Conciliis non expectata alia confirmatione, mox fit executio , id est, damnantur / ut heretici manifesti , ac deponuntur ab episcopatu , vel sacerdotio , contrarium sentientes. At si hæc Concil. errare possent ante confirmationem, non essent manifesti heretici, resistentes ante confirm.

e Ario. 3.
f In Concilio Nicæno 1. damnati sunt, & in exilium acti. 6.
Episcopi una cū Ario, apud Rufin. 10. hist. 3. in Ephesino damnatus, & depositus. Nestorius.
apud Euagr. 1. ca. 4. in Chalc. aet. 3.
Dioscorus & aet. 4. iudicantur heretici 6. Episcopi Egypci quod nullum acquisere decreto prolatio aet. 3.

An sit maior authoritas Concilij, quam scripture.

C A P. XII.

Hæretici a nostri passim clamant nos subiij-
cere scripturam Conciliis, sed mentiun-
tur; Nam anteponimus: fateimur enim, Pri-
mò scripturam esse verbum Dei immedia-
tè reuelatum, quia vel noua quædam re-
uelabantur scriptoribus sacris, aut Deus immediate ins-
pirabat, & mouebat scriptores ad scribenda ea que au-
dierant, vel viderant, eosque dirigebat, ne vlla errarent
in parte. At Concilia tantum declarare quodnam sit
verbum Dei scriptum, vel traditum, ac quomodo in-
telligendum, & præterea ex eo deducere per ratiocina-
tionem conclusiones.

Secundò, scriptores sacros non multum laborasse, in
suis edendis libris. At Concilia ipsas conclusiones de-
bere disputando, legendo, cogitando eruere.

Tertiò, scripturam sacrām nullo modo errare posse.
Concilia posse, in particularibus iudiciis.

Quartò, nec quidem vnum verbum in scriptura su-
perfluum esse, sed omnia spectare ad fidem. In Conci-
liis ipsa tantum nuda decreta, quæ proponuntur tan-
quam de fide pertinent ad fidem, nec verba, sed sensus
decretorum attendi debent. Non enim hæreticum est
dicere, in Canonibus concilior. aliquod verbum esse
superfluum, aut non recte positum: nisi forte decretum
versaretur ^b circa huiusmodi verbum.

Quintò, scripturam non egere approbatione Papæ, vt
sit authentica: sed solum ut nobis innotescat eius au-
thoritas. Concilia vt sint rata, egere hac approbatio-
ne.

Obiicitur primò, Gratianus can. c in Canonicis affir-
mat epistolas Pontificum decretales, numerari debere
inter scripturas canonicas, can. verò d Decretales, dicit

^a Caluin. lib. 4.
^b Insti. 2. §. 14.

^b Vtin Concil.
Nicæn. in verbo
dissert. in Ephes.
sino 2. 2. 2.

^c Dist. 19.
^d Dist. 20.

DE CONCILIIS,

Conciliarum canones eiusdem esse authoritatis, cum decretalibus epistolis.

e 1. ep 24.

Secundò e Gregor. 1. ait se venerari 4. prima Concilia, sicut Euangelia.

Ad 1. resp. 1. Gratianum tribuere illum canonem
In Canon. Augustino, 1. de doct. 8. cum tamen codices emendati B. Augustini longè aliter habeant, nimirum, iudicium de scripturis sanctis pertinere ad Ecclesiás, & ad eas potissimum, quae Apostolicas sedes, vel epistolás accipere meruerunt. 2. has epist. vocare sacras, non quidem ut Euangelia, sed ut distinguntur a propheticis, & canonicas, ut distinguntur a scriptis Patrum, quae regulæ non sunt, nec obligant.

f Matth. 5. v 48.

Ad 2. resp. primò vel illud, sicut, sonare similitudinem, non æqualitatem; quemad. istud, f. Et si te per se si-
cut pater &c. 2. vel loqui tantum Gregorium de certitudine iudicij in decretis fidei.

*An a Concilium sine Papa, sit supra Papam,
ita ut Papa teneatur illi obedire.*

CAP. XIII. ET XIII.



Rima opinio est b. heretico-
um, & quorumdam Ca-
holicorum. Concilium es-
te supra Papam. Sed hæ-
retici volunt Papam, ad sum-
mum, esse tantum Patriar-
cham occidentis. At Ca-
tholici volunt Papam esse
in Ecclesia, quod Dux Ve-
netiarum in Republica Ve-
neta: nimirum, sicut Dux est supra singulos magistra-
tus, ac Senatores & ciuitates Venetiis, non tamen su-
pra totum Senatum simul collectum: & quando mori-
tur Dux, certum est totam authoritatem etiam duca-
lem esse in Senatu. Sic Papam esse quidem caput, & pa-

storum singulorum Christianorum, & Ecclesiarum, si d Alij volunt seorsim sumantur, non autem totius Ecclesiae simul congregatae in Concilio generali, cui immediate omnem d potestatem soluendi, & ligandi tribuit Christus; quamvis eam exerceat Papa, tanquam instrumentum generale, quod Ecclesia nequeat congregata in Conc. semper manere.

Secunda, Papam quidem esse supra Concil. & a nomine in uitium iudicari posse: tamen posse subiicere se Concilio, & si hoc fecerit, acquiescere debere sententia Concilii.

Vltima fere communis, ita Papam esse supra Concilium, ut non possit etiam se subiicere sententia Concilij coactiua.

in Ecclesia e Est gloss. in can. Nos si incompetenter. 2. q. 7. & in can. in Synod. d. 63. f Alberti. D. Thom. Bonavent. Richardi, Paludani &c. in 4. d. 19. Antonius 3. p. tit. 22. cap. 10. § 4. sum. historial. Turrecrem. 2. cap. 93. & 104. summæ de Ecclesia. Canonistæ fere omnes in cap. significasti de electione. Sanderus 7. de visibili Monarchia p. 540. cum agit de Concilio Constant.

Prima propositio.

C A P . X V .



Omanus Pontifex est pastor, & caput etiam totius Ecclesie uniuersalis simul congregatae constitutus immediate a Deo. primò probatum a est esse a. 1. De sum. Pöt. pastorem & caput Ecclesiz cap. 10. & 11.

Matth. 16. Tu es Petrus &c. At ibi per Ecclesiam intellegi etiam vniuersale concilium probatur. i. quia aduersarii concedunt in 18. capite ad hæc verba, Dic Ecclesie, intelligi concil. generale. 2. concil. est propriissimè Eccl. Christi: Nam Eccl. est cōgregatio fideliū, ergo quo magis vnit, eo magis Eccl. At stultū est, cū aliquid pronuntiatur de alio absoluē excipere id quod propriissimè

DE CONCILIIS,

per illud significatur. 3. Ecclesia semper est una familiæ, regnum &c. Igitur si Pontifex est caput, & pastor Ecclesiæ, non certè dispersæ, quæ nulla est, sed congregatæ.

b Sep. cap. 14 &
15. ac 16.

Secundò, eundem fuisse ^b constitutum per hæc, *Passe oues meas.* At concilium, vel spectat ad oues Christi, vel non: si prius, ego eius caput, & pastor Papa si posterius: ergo per congregationem definunt Christiani esse oues Christi, quod est absurdum.

c Decreto de Pa-
pa.

Tertiò, Chalcedon. concilium ad Leonem scribens *Quibus* (inquit, scilicet Patribus concilii) *tu quidem ut caput præeras.* Florentinum definiuit c Pontificem esse totius Ecclesiæ caput, & accepisse a Domino plenissimam potestatem regendi vniuersalem Ecclesiam, Constantiense, d damnauit hæresim Ioan. Hussi. assertentis e Papam non esse caput Ecclesiæ.

d Sess. 15.

Quartò, Papa est unum caput. Ergo unius corporis caput, at Ecclesiæ particulares seorsim sumptæ, non sunt unum corpus. Ergo simul sumptæ.

f Sicut habetur
cap. Vbi periculum
de electione in 6.

Quintò, Ecclesia vniuersalis etiam in Concilio, est unum visibile corpus. Ergo unum debet habere visibile caput. Nullum autem aliud dici potest, præter Papam.

g Supr.
h Sess. 8. in dam-
natione ar. 37.
Vviclefi quo ne-
gat Papam esse
immediatum vi-
carium Christi.

Sexto, Papa est immediatus Christi vicarius, ut ha-
betur in concilio f Lugdunensi Florentino g Con-
stantien. h neque id aduersarii negant. Ergo in om-
nibus præstet visibiliter loco Christi, quibus inuisibili-
ter Christus.

Secunda

Secunda Propositio.

C A P . XVI.



*Umma potestas Ecclesiastica non
est formaliter, aut suppletivè in
Ecclesia, vel Concilio, Papa re-
moto. Probatur.*

Primo, quia Ecclesia est regnum. At in regno, potestas summa est formaliter in rege. Rursus Ecclesia autoritatem hanc non habet a seipso. Nam in regno Christi potestas non deriuatur a populo, sed ipse Christus fecit Ecclesiam sibi regnum Apocalyp. a 5. Neque ab alio: quia illam Christus Petro, b non Ecclesiae dedit, & proinde nec concilio generali: ergo nec etiam suppletivè hæc potestas est in Ecclesiâ, siue concilio.

Secundò, si vera esset aduersariorum opinio, Concilia generalia, non indigerent confirmatione Papæ.

Tertiò, Concil. sine Papa errare potest, vt patet de Ephesino. c cui tantum deerat Pontificis assensus, cum Papa, non potest errare. Igitur non potest sine Papa omnia, quæ potest cum Papa.

Quarto, si in Ecclesia esset principaliter hæc summa Potestas, in Papa instrumentaliter, hic non esset immediatus Christi vicarius, sed Ecclesia.

a V.10.in Graec
imineas auctis Tē
3to à Mār facit
hæc.

Et fecisti ipso
Deo nostro
Reges: in vul-
gata editione

Regnum.
b vt probatum.
lib.1.de summo
Pontifice,

c Apud Leonem
ep.12.II. 15. 2L
G. 22.

Tom. 2.

D

Tertia Propositio.

CAP. XVII.

Summus Pontifex absolute est supra Ecclesiam, & Concilium, ita ut in terris, supra se nullum iudicium agnoscat.

Secundū, quia nomina Christi quibus constat esse supra Ecclesiam , tribuuntur Papæ. Dicitur Christus Pater familias in domo sua, idest, Ecclesia. Papa vero, in eadem est summus Oeconomus. Luc. 12. a *Quis est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.* Per dispensatorem intelligunt PP. b Episcopum : & quamuis non exprimant Roman. tamen sensus huius loci est , sicut Episcopi particulares sunt Oeconomi summi in suis Ecclesiis, ita esse Romanum in Ecclesia vniuersa. Item c Pastor , caput d Ecclesie, vir e sue sponsus, de quibus vide supra. At non est seruorum, etiam omnium simul , iudicare Oeconomum, sed solius domini domus, neque membrorum regere caput , aut yxoris praesesse.

Tertio, ex Conciliis ipsis g Sinuallano. Romano s sub Symmacho, octaua synodo, 7. act. qua legimus Papam de omnium Ecclesiarum presulibus iudicasse, de eo vero neminem vñquam iudicasse, scilicet h legiti-
mè. Lateranensi 3. i In Romana (inquit) Ecclesia aliquid spe-
cialiter constituitur, quia non poterit, ad superiorem haberi re-
cursus. Idest si eligatur malus Episcopus, poterit qui-
dem corrigi per Papam: at si eligatur malus Papa, nul-
lum esse remedium: quia superiorem non habet. Item
in concilio Constantiensi edita est Bulla Martini V.
approbatrice Concilio, in qua iubentur suspecti de hæ-
resi interrogari, an non credant Romanum Pontificem
habere in Ecclesia Dei supremam potestatem. Supremæ

autem est, cui nulla maior, aut æqualis. Denique Later. ultim. q̄ sub Leone 10. expresse docuit Papam esse super Concilium.

Ad hoc responderi potest nihil, nisi hoc concil. non fuisse generale, vel non receptum ab Ecclesia, vel id non definituisse tanquam de fide. Primum vix dici potest: et si enim pauci adfuerint Episcopi, tamen omnes vocati fuerant, & omnibus Concilium patebat, & in eo indubitate Papa præsidebat. Neque secundum, quia decreta Conciliorum, maximè de fide, non egerint populi approbatione. De tertio dubitari potest, propterea qui contrarium sentiunt, excusantur quidem ab heresi non à temeritate.

Quarto, ex Pontificibus 1 Leone, Gelas. 1. m Cum Ep. 84. Etia per mundum nouit Ecclesia, quod sacrosancta Romana se- m Ep. ad Episcopos, fas de omnibus habeat iudicandi, nec cuicunque liceat, de copos Dardanis: eius iudicare indicio. Nicol. 1. n Patet proposito sedis Apostolice, cuius authoritate maior non est, iudicium à nemine fore retractandum. Gregor. 9. epist. 39. o Paschali. A iunt in concilio statutum non inueniri, quasi Romane Ecclesie legem concilia illa præfixerint: cum omnia concilia per Romane Ecclesie autoritatem, & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis, Rom. Pontificis, patenter excipiatur. Ut habetur cap. significatio extr. de electiōne.

authoritas. Innoc. 1. serm. 2. de consecrat. Pontificis, Bonifac. 8. p Si deuiat terrena potestas, iudicabitur à potestate spirituali, si deuiat spiritualis, minor à maiori: si verò unam sanctam supremam, à Deo solo non ab homine poterit iudicari. Titulo de maior. Quinto, ex appellationibus, Gelas. epist. ad Episcopos Dardanis, Ad sedem Apostolicam de qualibet mundi parte appellandum est: ab illa autem nemo est appellare permisus. Et subdit sacerdos Romanos Pontifices soluisse eos, quos iniquè concilia ligauerant, ut Athanas. Flavianum, Theodoreum, Chrysostom. vide supr. q̄ & obedientia.

Sexto, ex approbatione & reprobatione Conciliorum, quæcunque enim fuere à Papa probata, semper venerata est Ecclesia, quæcumque reprobata, nullam habuerunt vim.

qz. De S. Pont. cap. 21.

r Ita Gelas. sup:

Quarta Propositio.

CAP. XVIII.



*U*nus Pontifex non potest committere, neque Concilio, neque ulli homini supra se iudicium, coactum sed tantum discretuum.

In iudicio perfecto duo repertuntur, primò potestas discutiendi causam, ac discernendi, iudicandi, quid agendum sit, secundò, potestas cōgendi cum qui cecidit causa, ad obtemperandū sententiæ latæ. Prius in arbitris. Vtrumque in iudice propriè dicto inuenitur, qualis est princeps. Dicimus ergo posse quidem Papam supra se constituere veluti arbitros, ut patet in a Sixto & Leone 3. Symmacho, & Leone 4. Tamen non posse cogi acquiescere sententiæ latæ. Probatur.

Primò, quia potestas Papæ super omnes, est de iure diuino. At in eo Papa dispensare non potest. Secundò, nequit inferior alicui committere iudicium superiori referatum. Nec enim Episcopus committet suo pénitentiario, ut absoluat in casibus referatis Papæ. At iudicium in causa Pontificis est referatum Deo. Tertiò, alias sequeretur Papam esse superiorē, & non esse, respectu eiusdem: esse, quia cum suam causam alicuius iudicio committit, non desinit esse Papa, & proinde semper superior est: non esse, quia cogi potest, quod est inferioris.

a Can. Manda-
stis, & can. Au-
ditum 2. q. 5. &
Concil. 4. sub
Symmacho.

Soluuntur argumenta.

C A P . X I X .

Rimum, Marcellinus Papa, fuit condemnatus in concil. sinuesso. Resp. 1. fuisse accusatum de infidelitatis actu, quo in casu poteſt concilium diſcutere causam Pōtificis, & ſi reuera inueniatur infidelis, declarare eum extra Eccleſiam, & ſic damaſtre. 2. Epifcopos damaſte quidem Marcell. ſed poſtquam ſcipſum damaſteſſet.

Secundū, a Epiftolam Leonis ad Chalcedonēſe mul-
ti Epifcopi b examinarunt. Respond. Leonem non
miſiſſe hanc epiftolam ut continentem vltimam & de-
ſiniuam ſententiam, ſed tantum iuſtrionem.

Tertiū, c ſi peccauerit in te frater tuus (ait Christus Pe-
tro) Dic Eccleſia. Papa autem eſt etiam frater Hæc enim ſeruandum, cum
dicta ſunt Petro. Ergo potheſt ad tribunale Eccleſie vo-
cari, & ibi iudicari.

Ad maiorem, per Eccleſiam, vel intelligi Epifcopum, Papæ reſtare in-
iuxta d Chrysotom. vel certe fidelium catum, cum ſuo dicium concilij
capite. Quare in quocumque Epifcopatu, deferendi generalis, non
ſunt peccatores ad Eccleſiam, & Epifcopum eius loci confeſſare Papam
ſi ſi peccet, deferendus ad Archiepifcopum, vel Pa- ſine Concilio, cū
triarcham: ſi Patriarcha, ad concilium vel Papam: ſed concilio ſine Pa-
ſi papa, ſoli iudicio Dei reſeruandus erit. Ad minorem pa, vt nos nunc
negatur ad probat. hæc dicta fuſſe Petro, vt priuato facimus: ſed cō-
homini, nondum enim erat Pontifex ſummuſ. cīl. plenarium

Quarto Papa eſt membrum Eccleſie. Ergo primo, eſt cui preſit Papa,
minor ſuo toto, quod eſt Eccleſia, ſecondo, quia po- cum Concil. par-
tentia agendi principalius eſt in toto, quam in partibus, ticulari, cui
etiam preſit,

Ruſſus non a gere Aug. de qualibet quæſione, ſed tantum de quæſt. facti Præter-
mittitur etiam aliud de Liberio a jude ab expulſo ab Ariano imp. cr. Conſt. & Syri-
nen. concil. hoc enim eſt futile non enim iure, ſed vi tunc actum eſt. b Teste
Euagrio 2. cap. 18. & ipſe Leo ep. 63. c Matth. 18. v. 15. d In hunc locum, & Jn-
no 3. cap. Nouit. extra de Juſticiis.

DE CONCILIIS,

quaे sunt instrumenta totius: cum Ecclesia, etiam inclusò Papa, sit quoddam totum, & Papa pars, principalius conueniet Ecclesiæ summa potestas, quam Papæ. 3. poterit amputari Papa, si inficiat corpus.

Ad primum, consequentiam, vel accipitur Ecclesia sine Papa, vel cum Papa: si prius, non est totum Ecclesia, sed pars maior capite, magnitudine molis, minor perfectione virtutis: si posterius, tunc maior quidem est authoritas Ecclesiæ extensiùe, quam Papæ solius: intensiue autem æqualis.

Ad 2. in corporibus equidem naturalibus, quia virtus procedit ab essentia ad potentias, ideo dici principalius totum agere, quam illa pars, aut potentia agat. At in Ecclesia, quia virtus procedit ab extrinseco: Papa enim non habet ab Ecclesia, sed à Deo potestatem ideo principale agens non est Ecclesia, sed Deus[& suo modo Papa] Dici etiam potest principale agens ecclesie suppositum, corporis autem Ecclesiæ suppositum est Christus, & hoc modo Papam esse instrumentum corporis Ecclesiæ, & quid minus toto, quod & ipsum Christum includit. Ad. 3. in corpore naturali & rebus public. humanis posse abscondi membra inficiantia corpus, quia ab ipso corpore pendent, & vim habent. At non est eadem ratio, in corpore Ecclesiæ, cuius caput non à corpore, sed à Deo vim habet: sicut non licet familiæ deponere Oeconomum, etiam pessimum, quia à domino suo constitutus est. ergo dices, si Papa destruet Ecclesiam illa remanebit sine remedio?

Resp. 1. posse moneri, & modestè corripi, & si vi inuidat, armis resistere. 2. et si remaneat sine remedio humano, non tamen diuino. Quare debet Ecclesia, rogare Deum, ut ipse remedium ferat, qui sanè de remedio sufficienti prouidebit.

Quintò, Concil. Constantiense sess. 4. definiuit Concilium generale habere à Christo immediatam authoritatem, cui omnes obediunt tenentur, etiam si Papalis dignitas existat. Hoc autem decretum legitimum esse probatur, primò quia si hoc Concilium non est approbatum, ergo perperam depositum Ioannem

e Ad vim vire-
pellendam nulla
requiritur au-
thoritas.

23. Greg. 12. Benedict. 13. & Elegit Martinum V. cui postea omnes Pontifices successerunt. Secundò quia Martinus V. confirmauit omnia decreta huius Concilij, circa fidem.

Resp. 1. non definiuisse absolute concilia generalia habere a Christo potestatem supra Pontifices, sed tantum tempore schismatis, quando nescitur quis sit verus Papa. Nam dubius Papa habetur pro non Papa, & proinde habere super illum potestatem, non est habere potestatem in Papam.

Secundò, Concil. Constantiense non fuisse generale cum hoc definiuit: aderat enim tantum tertia pars Ecclesie, id est, qui obediebant Ioanni. 23.

Ad 1. probationem 1. Etsi concil. siue Papa nequeat definire noua dogmata fidei, posse tamen iudicare tempore schismatis quis sit verus Papa, & prouidere Ecclesie de pastore vero. Quare non sequitur si errauit in condendo huiusmodi decreto, errasse in deponendo hos Pontifices, & eligendo Martinum V. Ioannem & Gregorium sponte renunciasse Papatu: Benedictus non cessit equidem, sed post eius obitum Clemens 8. successor eius cessit Martino. V.

Ad 2. Martinum V. solum confirmasse decreta fidei conciliariter facta, id est, re diligenter examinata. Constat autem hoc decretum sine villo examine factum.

Vltimò, Basileense Concil. sess. 2. & 33. definiuit fide catholica credendum Concil. esse supra Papam. Fuit autem hoc concilium indictum a f Martino V. declaratum ab Eugenio 4. g & legitimè continuatum a sua inchoatione, ac confirmatum a Nicolao V.

Resp. fuisse quidem legitimè inchoatum, sed illegitimè terminatum, ac quo tempore Eugenium 4. conatus est deponere: elegitque Fœlicem, h conciliabulum schismaticum fuisse. Primò quia non aderat amplius legatus Pontificis, & præcipui Episcopi omnes discesserant: introductique sunt pro Episcopis quamplurimi in Synodum presbyteri.

Secundo, eodem tempore agebatur Florentiæ Concil. alterum, in quo præsidebat summus Ponti. & cum eos sedebant Episcopi Latini, & Græci sine comparatione

f ut habetur
sess. 1.
g vt constat ex
sess. 16.

h Ita vocatur a
Concil. later. vi.
sess. 11.

DE CONCILIIS,

plures, quam Basileæ, aderat etiam Imperator Græcus,
& legatus Imperatoris Latini: illud autem decretū sess.
33. conditum fuit post discessum legati: sess. autem 2. ad
fuit quidem legatus, & consensum præbuit, verum si-
ne instructione Papæ: & illud reprobavit decretum
i Eugen. 4. & Leo 10. & Porro falsum est Nicol. V. con-
firmasse huiusmodi Concilium, nisi in quibusdam con-
stitutionibus circa beneficia, & censuras.

i Ut patet ex
Concil. Basileensis
sess. 38.
¶ In Concil. la-
teran. supra.



LIBERTERTIVS DE ECCLCESIA MILITANTE.

De Nomine Ecclesie.

C A P . I.

Scripservnt de Ecclesia, ex antiquis a *Libro de unit.*
a Aug. b Cyprian. c Optat. Ex recentiori- Ecclesiæ.
bus, d Valdensis, e Turrecremata, f Drie- b lib. eius. tituli.
do, g Pighius, h Hosius, i Petrus a Soto, c libris 6. cōtra
Ioannes a k Dauentria, l Cochlaeus, m Parmenianum.
Ekius, n Alphonsus a Castro, o Canus, Ioannes p An- dt. 1. l. 2. doctrina
tonius Delphinus, q Ioannes a Louanio, & omnes qui fidei 9. 10. & ca-
symbolum fidei explicarunt, r Turrianus & s Gregor. pitib.
a Valentia.

e Summa de Ec-
clesia.

Ecclesia verò, Dicitur ab ~~xxxxxi~~. id est, Euoco. Itaque Ecclesia Christi. erit euocatio, siue cætus vocatorum. f 4. de dogmat. quia nemo ad hunc se adiungit suo proprio instinctu, Ecclesiast. sed omnes quotquot veniunt, a Dei vocatione præuen- g Corrouersia. 3. niuntur. h In explicatio.

Sunt autem tria, circa hoc nomen obseruanda. Primo Symboli & li. 5. cum aliquo adiuncto posse in bonam, & in malam sumi contra Prolego- partē. Dicitur enim Ecclesia t malignantiū, & Ecclesia mena Brenty. u Sanctorum absolutè tamen positum, non intelligitur, i 1. parte defen- sionis sue contra

Brentium. k In confutatione 7. art. confess. Augustinæ. l Philippica. 4.

m Initio Enchiridij. n 6. contra hereses. o 4. de locis. p libriis 3. de Ecclesia.

q In explic. symb. r lib. 2. de Eccl. & Iordan. minist. s In sua Analysis parte 6.

t Psal. 25. v. 5. u Psal. 88. v. 6.

DE ECC. MILIT.

xv.32. & 40. nisi de Ecclesia Christi, excepto x Acto. 19. Secundò, et si quoad essentiam eadem sit Ecclesia veteris, & noui Testamenti, propriè tamen illa dicitur *Synagoga*, i. congregatio, hæc *Ecclesia*. Congregare namque commune est hominibus cum bestiis. At euocari est proprie hominum tantum. Tertiò, quemad. civitas nunc significat cætum hominum, nunc locum, in quo ille habitat cætus. Sic Eccl. nunc significare fidelium cætum, quo in sensu intendimus nunc de illa tractare, nunc & locum in quo congregantur fideles.

y vi Ro. 16. v. 26. z Ut Judith. 6. v. 20.

De definitione Ecclesie.

CAP. II.

a Apud Uvald. RIMA definitio, est a Vviclefi, Ecclesia
l.1.t. 2.c.8. & 9. est prædestinatorum congregatio Secunda, Ec-
Joan. Hus. ar. 1. clesia est hominum perfectorum nullum pecca-
2.3. §. 6. damnat. tum habecatum multitudo, b ita Pelagiani.
in Conc. Const.

b Apud August. rum, Eccl. est congregatio eorum qui numquam lapsi sunt cir-
lib. de heresib. ca fidem. Differt a superiori, quod hæc excludat tantum
cap. 83. insignes peccatores, illa omnes.

c Apud Cy. 4.c. 2. Quarta e Cōfessionistarum, Est sanctorum congregatio,
d Apud August. qui verè credunt, & obediunt Deo. Et hanc veram atque
sup. ca. 69. inuisibilem Ecclesiam dicunt. Alteram verò externam
e Art. 7. Conf. constituunt, quæ nomine tantum sit Ecclesia, nimurum
f Augusta. ita congregationem hominum convenientium in doctri-
Luthe. ass. ar. 31. na fidei, & vsu sacramentorum.

Melanc. in lo- Sed cum iuxta f eos omnia peccata quantumvis le-
cis cap. de di- via sint mortalia, & proinde hominem iniustum faciat:
Scrimine peccati soli autem iusti sint partes Ecclesie, sequitur Confessio-
mortalis, & ve- nistas velle cum Pelagianis solos omni peccato caren-
nalis quos sequū tes esse de Ecclesia. Rursus, cum g. velint omnia opera
tur Confession. hominis etiam iustificati esse quidem peccata mortalia,
g Confess. Aug. art. 6. & 20. tamen habentibus fidem non imputari, videntur non
excludere ab Ecclesia nisi peccatores insignes, scilicet
infideles, qui est Donatistarum error.

Quinta Caluini, qui duplicem Ecclesiam, ut Confes-

sionistæ constituit: docetque *h* veram, esse cōgregatio-
nem ex solis iustis & prædestinatis; scilicet iis qui fidē
habuerant semel, quam numquam posse amitti, ac con-
stituere necessario homines de numero prædestinato-
rum, *i* ait.

h 4. instit. 1. §. 2.

i Instit. 3. c. 2. §.

8.9.10.11.

k Quæ cathol-
ca nostra est.

Sexta, *k* vnam tantum, eamq; veram Ecclesiam agno-
scit, *cetum* scilicet, hominum eiusdem Christianæ fidei pro-
fessione, & eorundem Sacramentorum communione colliga-
tum, sub regimine legitimorum pastorum, ac præcipue unius
Christi in terris Vicarij Romani Pontificis. Hæc enim re-
quirūtur ut minimum, quatenus aliquis sit de Ecclesia.
Est namque (sicut *l* August. obseruat) corpus viuum,
in quo est anima, & corpus: anima sunt internæ virtu-
tes fides, spes, charitas, &c. Corpus externa fidei pro-
fessio, & communicatio sacramentor. &c. vnde quidem
sunt de anima & corpore, ac proinde vnti Christo ca-
piti interius exteriusque, ut membra vina, quamvis in-
ter istos aliqui magis, aliqui minus, aliqui etiam solùm
vitæ initium habentes, quasi sensum, sed non motum,
ut qui solam fidem habent. Alij de anima, & non de
corpore, videlicet cathecumeni, & excommunicati si
fidem habeant, & Charitatem. Alij denique de corpo-
re & non de anima, qui nullam habent, scilicet, virtu-
tem internam sed tantum exterius communicant no-
biscum, in iisdem Sacramen. subregimine &c. Quare
nostra definitione excluduntur Primo ab Ecclesia

l In breuiculo
collationis col. 3.

DE CONCILIIS

Non Baptizati.

CAP. III.

Robatur Primo, ex Apostolo,

a 1. Corin. 5. v. 2.
Ita post mortem nec est
xeris.

P Quid enim mihi est (inquit) de
iis qui foris suat indicare. vbi ge
neraliter extra Ecclesiam po
nit, qui non receperunt bap
tismum. [est enim ingressus
in Ecclesiam]

Secundò, act. 2. b dicuntur
tantum illi appositi scilicet ad
Ecclesiam, qui receperant ba
ptisma.

b u. 41. & 42.

c In instruēt.
Armenor.



Tertiò, Concilium c Florentinum docet homines
fieri membra Christi, ac de corpore Ecclesiae, tunc cum
baptizantur: Ergo non ante.

Obiicies, Cathecumeni non sunt baptizati, Et ta
men sunt de Ecclesia.

Primiò, quia extra Ecclesiam non est salus, capi. i.
d Vna est vni- Concil. d Lateran. sicut extra arcam nemo saluari pot
uersalis Eccl. rat. At Catechumeni sunt fideles, & saluari possunt, an
extra quā nul
lus omnino
e de obitu valēt. te baptismum si moriantur. vt Ambros. e affirmat.

Secundò, quia August. tract. 4. in Ioannem, Cate
chumenos ait in Ecclesia esse.

Respond. Catechumenos esse quidem in potentia,
de Ecclesia ut homo conceptus, sed nondum formatus
& natus, dicitur in potentia homo: actu tamen, & pro
priè, in Ecclesia non esse.

Primiò, argumentis supra factis, includunt enim o
mnes non baptizatos.

Secundò, ex PP. Nazianzenus fait, Catechumenum
esse in vestibulo pietatis, nec adhuc posse vocari fide
lem, nisi intus ingrediatur per baptismum. Chrysost. g
Catech esse alienum à fideli, & nihil habere commune
cum eo, non ciuitatem, non mensam, Tertull. h repre
hendit in hæreticis. quod non distinguant Catechume

f in sanctum la
uacrum.

g hom. 24 in Io.

h libro de præ
scriptionibus.

nos à fidelibus. Cyril. i Catechumenos esse apud Chri- i 12. in Ioan. 50. stianos, quod incircuncisi inter Iudeos erant.

Ad 1. probat, neminem extra Ecclesiam re- & voto posse saluari: At Catechumeni, et si re non sint, sunt ramen in voto, sicut de baptismō communiter k loquuntur Theologi. Nec refert quod extra arcā nullus saluari possit, etiam in voto. Nam exempla non in omnibus necesse est quadrare, unde comparatur quoque At- k nimirum sal- uari hominē per baptis̄mū in vo- to, si nō sit facul- ta e baptis̄mī rea- lis ante mortem.

Ad 1. Ibi etiam August. separare Catechumenos à fi- delibus voluit, ergo tantum dicere, Catechumenos esse re ne voto bapti- potentia in Ecclesia, ut explicat ipse libr. 2. de Symbolo s̄mum habet da- Excluduntur secundō,

Hæretici & Apostatae.

CAP. IV.

Primò, Apost. 1. ad Timoth. 1. per a v. 19. Quā bo- metaphoram naufragij, docet hæ- nam conscientiā ticos fracta una parte nauis Ecclesia, quidam repel- ex ea in mare decidisse. lentes circa fi- Secundō, debet pastor curare, & nō dem naufra- vitare eos qui ad suum pertinent gte- gauerunt. gem. At Paulus Titum Episcopum iu- b. 1. v. 19. a. 1. v. 19. b. 1. v. 10. c. 1. v. 19. d. cap. 8. & 19. nem deuittare.

Tertiō, Ex nobis exierunt (inquit c Ioan) sed non erant ex nobis: id est, ex nobis exierunt, quia erant nobiscum in eadem Ecclesia, sed non erant ex nobis, secundum di- uinam electionem.

Quartō, Concil. Nicænum dicit, hæreticos posse in Ecclesiam recipi, si redire velint. Ergo extra erant.

Quintō, Ecclesia est fideliū congregatio cap. e Fir- miter de summa Trinit. At hæretici nullo modo sunt fi- deles [id est neque fide interna, neque externa, videli- c et professione fidei Catholicæ].

Sextō, Polycarpus apud Irenæum faultos se hæreti- f. 3. cap. 3.

DE ECCL. MILIT.

cos conuertisse ad Ecclesiam dicebat, Ergo extra Ecclesiam erant g Tertullianus accepisse Marcionem hanc conditionem, si redire vellet ad Ecclesiam, cæteros hepist. ad Juba- quos peruerterat, restitueret Ecclesiæ. Cyprianus h dicit hæreticos cum sint extra Ecclesiam, vendicare sibi i Dialog. contra Luciferanos cir- Ecclesiæ authoritatem more Simiarum, quæ cum ho- ca finem. mines non sint, tamen homines videri volunt. Hieronymus i loquens de hæreticis, scito, inquit, non Ecclesiam Christi, sed Antichristi esse synagogam. Aug. k interdum accidere ait, vt hæreticus foris existens, non agat contra Ecclesiam, agat Catholicus qui intus est.

tistas 10. Nihilominus Alphonsus à Castro contendit hæreticos, etiam manifestos, esse de Ecclesia.

cor punit. ca. 24. Primò, quia Matth. 13. in eodem agro, nimirum Eccl. 3. epistol. 3. & clesia iuxta Cyprianum, m inueniuntur. granum pa- Aug. 2. contra leæ, zizania, id est boni Catholicæ, mali, & hæretici, iu- Cresconium 34. xta Aug. n Hierony. o & Chrysost.

n q. 11. in Matt. Respond. per agrum intelligi mundum ut ipsem est o in hunc locum. exposuit p Christus. nomine zizanior. et si intelligun- p v. 38. in Mat- tur hæretici: tamen fortè magis ad literam, intellige- tb. 13. remus quoscumque malos. Scopus enim parabolæ est, ostendere semper in mundo futuros aliquos malos, nec posse vlla humana diligentia mundum purgari, ante diem iudicij, vnde Dominus ait, zizania esse filios ne- quam.

q. v. 30. cr. μεγάλη Δι uita ix. 15. μέρος Secundò, 2. q Timoth. 2. In magna domo, id est, Eccle- σα uul xpusa, ἡ ἀρ- cia iuxta Ambros. r Cyprian. f Aug. t sunt vasæ aurea, & γυπεῖς αὐτὰ ἡ βύσια argentea, [id est, perfectiores] & argentea, & lignea, id ἡ ὑπάκουει, ἡ μία est, hæretici iuxta Ambr. & August. dixerat enim Apo- stolus de hæreticis. u quorum sermo ut cancer serpit.

Et quædā qui- Respondeo primo Græcos Chrysost. & Theophylac- dē in honore, etum nomine, Domus, intelligere mundum. 2. Augu- quædā autē in 3. de Baptif. 13. explicare quomodo velit hæreticos esse dedecus. in Ecclesia, scilicet vel antequam separantur per obsti- rin hunc locum. nationem, & ad hoc tempus respexisse Apostolum: Ita s. 3. epist. 3. vt non tam hæretici, quam errantes dicuntur: vel pro- t. 2. de baptismo. pter sacramentoum administrationem quorumdam: 12. quod est esse de Ecclesia non simpliciter, sed secundū quid: Ambros. accepit Ecclesiam vulgari modo, vt

v. 16. ἀλλος εὐ- τρόπος γνωριζε πολὺ τέλος pastum habebit.

complectitur quotquot Christiani dicuntur. 3. per va-
sa lignea, & fictilia rectius, cum Cypriano, x intelligi x Nec refert
non hæreticos, sed infirmos fideles, qui seducuntur Augustinum di-
facile. Referunturque hæc verba ad illud, y Et subuerte- cere motum au-
runt quorundam fidem. Vult enim Apostolus dicere, si il- thoritate Cypri-
li quosdam subuerterunt: non tamen periculum esse ani quod eum pu-
ne subuertantur omnes: Nam in Ecclesia sunt fortes & taurerit retulisse
debiles, &c. bec verba, In

Tertiò, hæreticos Ecclesia iudicare potest, At quæ magna domo
foris sunt non iudicat. 1. Corinth. 15. ad illa, Quo

Respondeo, iudicare quæ re ipsa intus sunt, vel rum sermo &c
debent esse ut hæretici: sicut pastor ouem errantem ad nihil enim tale-
ouile, & Imperator militem desertorem ad castra co- verba Cypriani.
gere aut punire potest. 4. Epist. 2. (quæ

Quartò, hæretici retinent characterem baptismi, & citat Augustin.)
sacerdotij: Igitur sunt Christiani & sacerdotes. sonant: maximè

Respondeo, retinere, sicut oues errantes caracte- cum in ea epist.
rem inustum in dorso, & milites desertores signa mili- dicat ideo No-
taria. Sed hoc non sufficit ut sint de Ecclesia, tūm quia uarianum extra
alias esset in inferno & Ecclesia. tūm quia character etsi Ecclesiam. quia
signum sit vniōnis cuiusdam ac potestatis, non tamen hæreticus.
propriè intus vnit hominem cum capite Christo, cum y v. 17. & arapie
non sit actus, aut habitus operatiuus: neque exterius, non est tunc tuus nomen
& ibi enim rema-
net character.

Schismatici.

CAP. V.

a 112. in Ioanne.

b Joā. 10. v. 16.

c Rom. 12. v. 5.

d Cantic. 6. v. 2.

e nam sc̄̄ndere & sc̄̄sc̄̄ura.



Rimò, quia p̄ scissionem retis Luc. 5.
& egressionem piscium, intelliguntur
schismata Ecclesiae, & egressio hæretico-
rum & schismaticorum. Ita a August.

Secundò, scriptura vocat Ecclesiam b

Vnum ouile, c corpus unum, d unam columbam, &c. At schi-
fma, vt patet ex e nomine quod erat vnum in partes di-
scindere. & uidit.

Tertiò, Pelagius f Papa ex professo probat schismati-
f 24. q. 1. can. pu- cos non esse de Ecclesia. Quæ in Paræscue orat Deum,
denda, & canon. vt eos ad Ecclesiam Catholicam reuocare dignetur. g
schisma. Et Catechismus Romanus eos separat ab Ecclesia.

g 4. cap. 62. Quartò, ex PP. Irenæ. Judicabit (inquit) omnes eos (id
h Ecclesia est est hæreticos & schismaticos) qui sunt extra veritatem,
plebs sacerdo- id est, extra Ecclesiam. Cyprian. h 4. & 9. Chrysost. ho-
ti adunata, & mil. 3. i in 1. ad Corinth. h Hieronym. Inter hæresim, &
past. suo ḡex schisma (inquit) hoc interessè arbitramur, quod hæresis per-
ad hæreses, vnde uersum dogma habeat, schisma propter Episcopalem dissensi-
seire debes, E- nem, ab Ecclesia pariter separat. Aug. l Nec hereticus perti-
piscopum in net ad Ecclesiam Catholicam, que diligit Deum, nec schisma-
Eccles. esse, & ticus, quoniam diligit proximum. Optat. r. contra Parme-
Eccl. in Episc. nianum. Fulgent. m Firmissime tene, & nullatenus dubites,
& si qui cum non solum paganos, sed etiam Judeos, hæreticos, & schismati-
Episcopo non eos qui extra Ecclesiam Catholicam præsentem vitam finiunt,
sint, in Eccles. in ignem aeternum ituros.

non esse. Vltimò, de ratione essentiali Ecclesiae est, ut sit vna,
i & Homil. II. vniione membrorum inter se, & cum suo capite. Prima
in epist. ad Eph. enim vnitas Ecclesiaz, est ratione eiusdem principii, id
qua docet schis-
maticos similes esse manu à corpore præcise, que mox desinit esse membrum.
k in cap. 3. ad Titum. l Libro de fide & Symbolo cap. 10. m De fide ad
Petrum cap. 38. & 39.

est,

est, Dei nō vocantis: sed per hanc non tam est vna, quam ab vno. Secunda, ratione eiusdem vltimi finis per quā nō *Joan. v. 44.* o non est tam vna, quam ad vnum tertia, ratione eo- Nemo potest rundem p̄ mediorum, id est, fidei, sacrament. legum. Et venire ad me, per hanc portius est per vnum, quam vna. Quarta, ratio- nisi patermeus ne ciudem Spiritus sancti, à quo tanquam separato re- traxerit eum, store Ecclesia regitur. Sed per hanc non tam vna quam o designatā Ma- sub vno. Quinta, ratione eiusdem capititis tanquam in- tb. 20. per vnum terni, & coniuncti Rectoris, scilicet Christi, ac eius denarium omni- vicarij Papæ. Sexta, ratione coniunctionis membro- bus operantibus rum inter se, & præcipue cum capite, ut est principale promissum. membrum: Et per has duas postremas, propriè Ecclesia p̄ *Ephes. 4. v. 5.* est vna, id est, vnum corpus, populus, societas. At schi- Vna fides, vnu sma his duabus opponitur. Tunc enim est schisma, baptisma. quando vnum membrum non vult amplius esse mem- q I. Cor. 12. v. 4. brum illius corporis, nec sub illo capite. Schismaticus Diuisiones gra ergo non est de Ecclesia. tiarum sunt, i-

Contrarium defendit Alphonsus à Castro. Primo, dem autē spi- Ecclesia est Cathol. cōgregatio ut Nicol. P. nō definivit. ritus.

Secundo, et si nolint Schismatici subesse Papæ, & cō- r *Ephes. 1. v. 22.* municare cum Ecclesia militante, volunt tamen subesse ipsū dedit ca- Christo, & communicare cum triumphante. At si quis put supra oēm nollet subesse Episc. suo particulari, nec cum eius Eccl. Eccles. cōmunicare: vellet autem cū Eccl. Vniu. & subesse Pap. s *Rom 12. v. 5.* schismat. non esset. Ergo à simili non erit in priori casu. multi vnu cor. Ad 1. respond. 1. schismaticos noti esse propriè Ca- tholicos, quia suam fidem non profitentur in Ecclesia t̄ *sup.* festē, sed voluisse solū ab ea excludere hæreticos. 1. can Eccl.

Ad 2. maiorem, non posse subesse Christo, & non sub- x *Luc. 10. v. 16.* esse Papæ iuxta illud x *Qui vos audit me audit.* Neque ut enim Chr. est communicare cum triumphante, & non cum militante summ. caput quo [saltem affectu & charitate] sunt enim maximē inter ad influxū inter- se coniunctæ, imd̄ potius vna. Ad minorem negatur, rōrē, ipse enim nisi Episcopus ille particularis sit hæreticus, vel schis- influit in sua mē maticus. Excluduntur quarto, bra sensum, & fidem, ac Charitatem. Ita Papa in militante est summum caput quoad influxū exteriorem doctrinæ fidei & Sacrament.

Tom. 1. E

Excommunicati.

CAP. VI.

AV. 17. *Iesu* διὰ τὸν
ικαλησθεῖς παράπονον
τῶν οὐκ ὥστε δια-
πέσσεις, διὰ τούτων.

b v. 2.

Ἄγαπες τοφοτομή-
τολεῖ, & vos infla-
ti estis. *Xer* ἀχι-
μελλον ἐπιτίθεσθαι,
ιναξεὶς αὐτῷ εἰς μίσου
ὑπελαύνει τὸ ἔργον τοῦτο
ποιήσεις.

CV. 13. ἐξαπέλετο
τὸν ὄμηρον αὐ-

τιλετο.

dII. q. 3. canon,
Canonica.

e5. *histor.* 24.

fexcommunicā-
te *Asian.* *Eccl.*

gheret. 4.

hin 18. *Matth.*

iin idem cap.

jcum ait alios

kpeccatores expel-

lli ab Eccl. per ex-

mcommunicationē,

nheretic. & schis-

omat. per se.

put docet Tert.

qin apologet. 39. cap.

P

Rimò, Matth. 18. loquens Christus de excommunicato secundum omnium expositionem. a Si Ecclesiam (inquit) non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus At Ethnici non sunt de Ecclesia.

Secundo, i. Corinth. 5. b Cur non magis luctum habuistis ut tollatur de medio vestri, qui hoc opus fecit. Item. c Aufferente malum ex vobis metipiss. Quibus verbis describit Apostolus quid sit excommunicari.

Tertio, ex iure Canon. d *Canonica* (inquit) instituta, & Sanctorum PP. exempla sequentes, Ecclesiarum Dei violatores authoritate Dei, & iudicio Sancti spiritus, à gremio sancte matris Ecclesie, & à consortio totius Christianitatis eliminamus.

Quarto ex PP. Literas (Inquit Euseb. e loquens de Victore) f mittit, quibus omnes simul absque discretione ab Ecclesiastico fædere segregaret. Epiph. g loquens de excōmunicato Marcione à patre. A proprio patre (inquit) ab Ecclesia eycitur. Chrysost. h per fieri ethnicum & Publican. intelligit eiici de Ecclesia. i Hilar. dicit Deum egisse cū populo Israel, vt Christus agendum monet in correptione fraterna. Primiò enim corripuit populum inter se, & ipsum, quando apparuit in monte Sinai. 2. adhibuit duos testes, Legem, & Prophetas 3. dixit Ecclesiaz, id est, misit Christum summum Ecclesiaz præfulem, qui obiurgarer Iudeos. Ultimò, cum Præfulem non audirent, deseruit eos vt Ethnicos & Publicos quibus verbis Hilar. non amplius gubernari ea speciali prouidētia, qua Deus Ecclesiam gubernat. Hicton. in 3. k ad Titum. Aug. lib. de vnit. Eccl. cap. vlt. ait, excommunicari esse visibili-ter præcidi à corpore Ecclesie.

Quinto, per excommunicationem priuantur homines omni commercio spirituali, quod habent homines

Ecclesiae, inter se. At quid est hoc, nisi priuati Ecclesiae sicut priuare aliquem commercio omni, quod est inter eius ciuitatis homines, est priuari illa ciuitate.

Sexto, excommunicatio eum habet locum in Ecclesia, quem mors in Testam. veteri, teste August. m sed per mortem separantur homines plenè à tota Republica.

Septimo, nulla est poena grauior, quæ infligi possit ab Ecclesia, excommunicatione, vt Aug. n docet. Ergo est eiici de Ecclesia. Nam grauius est proiici de Ecclesia, quam quælibet poena, quam de suis sumat Ecclesia.

Obiicitur i. potest excommunicatus reuera esse amicus Dei, & subiectus legitimis Prælati. Igitur poterit manere in Ecclesia.

Resp. esse quidem in Ecclesia animo, sine desiderio, quod sufficit ad salutem: non tamen esse corpore, sine externa communicatione, quod requiritur ut propriè aliquis sit de Ecclesia militante.

Secundo, Neque (inquit o August.) à populo Dei separamus quos vel degradando, vel excommunicando ad humiliorem penitendo locum redigimus.

m q. 39 in Deuteronomio. Hoc nūc agit Eccles. excommunicatio, quod agebat tunc interfec-tio.

n lib. de correptione gratia cap. 15.

o lib. cont. Donatistas post calat. cap. 20.

Resp. i. fortè locum esse corruptum, & legendum, Neque à populo Dei non separamus. Nam statim sequitur, Et ubi hoc facere pacis, & tranquillitatis Ecclesiae gratia non permittitur, non tamen ideo ecclesiam negligimus, sed toleramus, quæ nolumus. & c. 2. per populum Dei, non intelligi solam Ecclesiæ militantem, sed absolutè numerum omnium saluandorum, siue sint in Ecclesia, siue esse possint. Non enim Pastores intendunt excludere à salute homines per excommunicat. sed potius iuuare.

Tertiò, excommunicatio est medicina spiritualis in vilitatem excommunicatorum. Ergo non debet ab Ecclesia præscindere.

Resp. et si abscindat hominem ab Ecclesia, non auferre tamen potentiam, vt non possit iterum in Ecclesiam inferi, qui præcisus est. Sed ideo eos præscindit, vt per hanc humiliationem sapiant.

*Non solum Prædestinatos, sed etiam repro-
bos posse ad Ecclesiam pertinere.*

C A P. VII.



a Matt. 3. v. 11.

b Matth. 13. v.

47.

c Matth. 22.

d v. 14. πολλοὶ γένοις κατηγορίαις εἰσελθοῦσι.

e Matth. 25,

f Ibid.

g 2. Timoth. 2.

h 3. Epist. 3.

i serm. i. de conu.

S. Pauli.

k Actior. I.

l in psal. 3.

Rimò comparatur in Scripturis Ecclesia a aree, in qua sunt triticum, & paleæ tandem comburendæ igni inextinguibili. Item h sogenæ missæ in mare & ex omni genere piscium congregati, quorum tandem quidam mittuntur foras extra vasæ, id est, in ignem æternum. Conuiuio c nuptiali ad quod intrauerunt boni & mali, ac non habens vestem nuptialem, mittitur in tenebras exteriores, quia ut ait Christus ibid. Multi d sunt vocati, pauci verò electi, id est, multi sunt de Ecclesia, quæ est euocatio quædam sive vocatorum cœtus, qui tamen non sunt de electis. Item e decem virginibus quarum quinque prudentes inclusæ, & quinque fatuæ exclusæ a regno cœlorum. Quili, fin quo sunt oues, & hædi, id est, interprete Christo electi, & reprobi. Domui g in qua sunt vasæ in gloriam, & alia in contumeliam, id est, reprobi.

Secundò, ex Chrysost. h qui apertè docet in Ecclesia esse triticum, & zizania, sine dubio comburenda. Augustino qui tract. 45. in Ioan. secundum prescientiam (inquit) & prædestinationem, quam multæ oues foris, quam multi lupi intus.

Tertiò, Paulus quamuis prædestinatus, non semper fuit de Ecclesia, nam hanc totis viribus persecutus est, quare Aug. i docet, cum prius fuisse lupum, deinde ouem. Iudas quamvis reprobus, fuit de Ecclesia. Nam fuit Apostolus ex 12. iuxta / August. filius Christi persequens patrem suum, sicut Absalon Dauidem. Et in illa Ecclesia in qua cæteri Apostoli.

Quarto, si sola prædestinatio facit hominem de Ecclesia. Ergo Turcae, Iudæi, Hæretici, si sint prædestinati sunt de Ecclesia, cuius contrarium probauimus: è contra iusti si non sint prædestinati extra Eccl. erunt: cuius contrarium docet Apostolus ad Galatas, in *Omnis filius Dei estis, per fidem in Christo Iesu, &c.* Nec enim verissime est omnes Galatas, prædestinatos fuisse.

m 3 v. 26. *Quicunque filii dei sunt in Christo baptizati, sunt Christi.*
v. 27. *Qui cumque enim in Christo baptizati estis Christum induistis iesum Christum, regnum dei habebitis.*

n 5. *de Baptism. 27*

Vltimò, sequeretur nullum cognoscere posse fratres suos, sub Ecclesia matre, pastores ignorare proprias oves: nescimus enim qui prædestinati sint. Nemo sciret quæ vera scriptura, Sacraenta, fides &c. hæc enim pèdant ex testimonio veræ Ecclesiæ, quæ ignoraretur.

Obiicitur primo, dici de Ecclesia Canticor. 4. *Hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ viuentis.* quæ de solis electis. Aug. n intelligit.

o v. 7. & 8.

Resp. 1. hæc dici de Ecclesia per figuram intellectio-
nis, qua aliquid attribuitur toti, quamvis tantum con-
ueniat parti. 2. hæc à quibusdam de Ecclesia, ab aliis de
B. Virgine, ab aliis etiam de anima perfecta intelligi.
quod probabilius est, Nam Canticor. 6. legitur. *Sexa-
ginta omnes sunt regine, & octoginta concubine & adolescentula-
rum non est numerus. una est columba mea perfecta mea, una
est matri sue.* Nam si per sponsam intelligas Ecclesiam:
quid per reginas & concubinas? Per matrem, ergo in-
tellicetur Ecclesia, per sponsam, anima perfecta, per re-
ginas & concubinas, imperfectiones animæ.

Secundò, Arca Noe figura Ecclesiæ fuit. At in arca non fuerunt, nisi saluandi ex aquis.

p ita August. 5.
de Baptism. cap.
vlt.

Resp. non debere similiter in omnibus conuenire: Nam alioquin sequeretur saluandos bonos, & malos: cum in Arca fuerint animalia munda, & immunda. Cö-
paratio ergo in eo consistit, quod sicut extra Arcam ne-
mo saluari poterat, ita neque extra Ecclesiam salus.

Tertiò, Christus non est caput nisi eius Ecclesiæ quā
saluabit, exhibebitque gloriosam: ad quam soli præde-
stinati pertinent.

Resp. per Ecclesiam, vel intelligi partem eam, quam
saluabit, & tunc negatur propositio. Nam est caput to-
tius corporis sui, licet quædam membra desituta sint,
esse membra, vel totam Ecclesiam simpliciter, & tunc

DE ECCL. MILIT.

vera est propositio, sed non sequitur ad eam solos spectare prædestinatos [nec enim est necesse, vt eam dicatur saluare , saluet secundum omnes suas partes]

Quartò, corpus mysticum, est simile corpori vero. At corpus Christi verum, est gloriosum totum: Ergo & mysticum.

q nimirum similitudines nō conuenire ita omnib.
Resp. 1. vt ad 1. argum. 2. Corpus verum Christi esse quidem gloriosum quoad omnes partes formales corporis assumpti , non autem quoad materiales: quæ fluebant & mutabantur in Christo , vt in nobis fieri videmus. Ita corpus mysticum, saluandum , quoad omnes formales, id est, Apostol. Prophetas, pastores, Doctores &c. ex omni genere hominum aliqui salvantur: non tamen quoad omnes materiales, quæ sunt singulares homines.

r trattat. 45. in nisi prædestinati, vt August. r docet.
joann.

Respond. 1. in ouili non esse solas oues , sed etiam hædos. 2. etiam per oues intelligi aliquando quotquot sunt in Ecclesia, siue boni, siue mali. Ioan. vlt. Pascere oues meas. Psal. 73. Iratus est furor tuus super oues pascue tue.

f joan. 10. v. 16. Sextò, in scripturis dicuntur prædestinati oues , & cap. II. v. 12. filij Dei, etiam cum in gentilitate versarentur, è contra i. Ioan. 2. v. 19. reprobini non est de Ecclesia, nec verè filij Dei , etiam p de corrept. & u quando videbantur in professione, & nomine filiorum . vt grat. cap. 9. August. loquitur.

Resp. 1. dici posse membrum, vel ouem Christi , aliquem, vel secundum prædestinationem, vel secundum præsentem iustitiam; priori modo, non est esse actu in Ecclesia , sed tantum potentia , & hoc modo loquitur scriptura sup. de prædestinatis, posteriori est esse actu. 2. dici membrum &c. aut veritate essentiaz, quia scilicet charitatem habet (aut saltem communicat eidem professioni Catholicæ fidei) aut veritate finis: quia scilicet assequuturus est vitam æternam : hoc posteriori , non autem priori, scripturæ citatæ sunt intelligendæ, atque Augustinus.

*Non perfectos, id est, qui aliqua leuia peccata
habent, esse de Ecclesia.*

C A P. VIII.

a v. 46 Nō est
homo qui nō
peccet.

b v. 16. Septies

Probatur, Nam excepto Christo, ac B. virginem, qui soli Ecclesiam non faciunt, iustus, nulli sunt quamvis Sanctissimi qui aliqua non habeant venialia peccata a 3. Reg. 8. Proverbior. b 24. Matth. 6. c quo iubentur omnes dicere. *Dimitte nobis debita nostra Iacob.* 3. d In multis offendimus omnes 1. Ioan. 1. e si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Concil. Mileu. ca. 7. & 8. f Cyprian. *Quisquis se inculpatum dixerit, aut superbus, aut stultus est.* Nazianz. g Chrysost. h Hieron. i *Justos esse concedo, sine omni autem peccato esse, non assentior.* Aug. k Multi baptizati fideles, sunt sine criminе, sine peccato autem in hac vita neminem dixerim. Gregor. 21. Moral. 9.

Obiicitur, Cantic. 4. l *Tota pulchra es amica mea.* Item m Ephes. 5. ut exhibeat sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam. quod de Ecclesia praesenti intelligit Concil. Toleta. 6. cap. 1.

R. si haec intelligantur de Ecclesia militante, tribui per synecdochen toti Ecclesiae, quod vni tantum conuenit parti, nempe iustis: non quia careant omni veniali peccato, sed quia omni mortali, & student venialia vitare. Qua ratione de homine etiam in statu praesenti dixit David, n *Eterno immaculatus cum eo.* o Beati P Psal. 17. v. 26. *immaculati in via &c.* & Paulus p *Elegit nos, ut essemus sancti & immaculati in charitate.* Quamuis primus locus de anima, secundus de Ecclesia triumphante intelligi possit. Concil. enim Tolet. nihil hac de re definiendo dixit.

c v. 12.

ηρτε ουντον επι-
ληγασθησαν.

d v. 2.

πολλα πλαισια
απωλεισ.

e v. 8.

ιας επαρδον
αμεριναν εχει.
ιαντας πλαισια.

f Serm. de ele-
mosy.

g 2. in Julianū.

h In psal. 39.

i 2. contr. Pelag.

k 1. contra duas
ep. Pelag. 14.

l v. 7.

m v. 25.

τα παρεστον αιτια
ιαντα ερεψυτινε-
χαντας, μη εχει
σπλασ, η βυτιδα.

n Psal. 17. v. 26.

o Psal. 118.

p Ephes. 1. v. 4.

ξανθανην ερ-
αι το προ κατα-
λης κορυν ειναι
μερ αγιους αινο-
μης καταποτησει αι-
τη επισκην.

Magnos peccatores esse de Ecclesia.

C A P. IX.



Rimo, ex parabolis, de quibus sup. a Secundo, Matth. 18. ostenditur, in Ecclesia Christi inueniri tales peccatores, ut neque per correptionem fraternalm, neque adhibitis duobus testibus, neque monitione Ecclesiae corrigitur.

Tertiò, Math. 23. Dominus præcipit obediri malis præpositis Ecclesiæ. verò ca. 10. 24. b describit præpositū malum, percutientem conseruos, bibentem cum ebrios, & tandem reponendum à domino cum hypocritis.

Quartò, Scribens Paulus ad Ecclesiam Dei, c significatū est mihi (inquit) quod contentiones sunt inter vos. Item. d Auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, &c.

Quintò, Ioan. e scribens 7. Ecclesiis Asiae reprehendit fere singulas de peccatis non leuibus: & loquens de præposito Ecclesiæ Sardensis, f Nomen habes (inquit) quod viuas, sed mortuas es, esto vigilans, &c.

Sextò, non defuerunt in populo Dei tempore veteris Testam: gravissima peccata, & ramen Moses Samuel, & alii iusti nusquam separauerunt se à reliquis pessimis, quantum ad templum, altare, sacrificia &c.

Septimò, ex PP. 306. in collatione cum 256. Donatist. Episcop. Eandem g (inquit Aug. eorum unus) ipsam vnam, & sanctam Ecclesiam dixerunt, nunc esse aliter, tunc aliter futura, nunc habere malos mixtos, tunc non habiturā: scilicet non idem duo Christi sunt, quia aliquando mortali s quod immortalis fuerit Christus. Cypr. h 3. epist. 3. Nazianz. orat. 1. Apologet. qua comparat. Ecclesiam, ingenti belluæ ex variis compositæ belluis, idest, feris, mitibus &c. Ecclesia receperit Chrysostom. i Nec ex perfectis quidem vniuersa constat damus.

- a Cap. 7.
- b Ad finem cap.
- c I. Cori. I. v. II.
- d v. I.
- e Ita uxorem aliquis habeat patris.
- f Cap. 3. v. 1.
- g In collat. breuiculo.
- h Impediri nō debet aut fidēs, aut charitas nostra, vt quoniam Zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia receperit.

i In Ps. 39. ad illud multiplicatae sunt super capillos &c.

Ecclesia, sed habet eos etiam, qui otio, & facordia se dedunt, mollemque, & dissolutam vitam amplectuntur &c. Hieronym. I Arca Noe Ecclesie typus fuit, ut in illa omnium animalium genera, ita & in hac uniuersarum, & gentium, & mores hominum sunt, ut ibi pardus, hædi, lupus, & agni, ita & hic iusti & peccatores, idest, vasa aurea, & argentea cum ligneis, & fictilibus commorantur. Aug. m Nos factemur in Ecclesia Catholica & bonos, & malos esse, sed tanquam grana & paleas. Fulgent de fide n ad Petr. cap. 63. & Greg. hom. II. & 38. in Euang.

Vltimò, si soli boni essent de Ecclesia, sequeretur, primò, frustra esse in Ecclesia sacramentum poenitentiae. secundo, nemo sciret qui reuera essent de Ecclesia, incertum est enim, qui reuera boni, qui mali, 3. mox Prälati, atque peccasset mortaliter, desinerent esse de Ecclesia, & Prälati, ac proinde eis non oportet obedire: similiter subditi per simile peccatum, non essent amplius de grege, ac proinde liceret Prälati, eorum curam non habere: inde mira confusio.

Obiicitur 1. Isaiae 9. 52. Nō adiiciet ultra, ut pertranseat per te incircuncisus, & immundus. Item. Recedite, p reedite exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius. Quem locum Apostol. Exponens. 2. q Corinth. 6. ad dit, Et recipian vos, dicit Dominus: & rationem præmittit. Que enim t participatio iustitiae cum iniquitate? &c.

Resp. cum s Cyrillo, ad literam ibi agi de temporali Iudæorum persecuzione, ut sensus sit: cum à captiuitate redieris, non adiiciet ultra, idest, in longum tempus, infidelis aliquis persecutor, per terras tuas vastando eas, transire: secundum verò mysticum sensum, agi de Ecclesia, & prædicari forè ut portæ inferi non præualeant aduerterus eam. Incircuncisi enim, & immundi Ecclesie hostes, sunt dæmones præcipue. Cum dicitur Recedite &c. hottatur ad literam Iudæos exire de Babylone, absoluto captiuitatis tempore, mysticè autem Christianos, qui debent post baptis- tum separati ab infidelium cætibus, templis, coniugiis, & cæteris quæ ad religionem pertinent. Atque hoc modo hunc locum intellexit Paulus, supra. non

k Et libenter seruiunt volu- ptatibus, & quoniam vnum corpus, tanquā ex vna persona hęc, & illa pronunt.

l Dialog. contra Luciferia. ultra medium.

m Tract. 6. in Joan.

n Firmissimè tene, & nulla- tenus dubites aream Dei es- se Cathol. Ec- clesiam, & in- tra eam usque in finem seculi, frumento mixtas paleas cötineri, idest bonis malos Sacramento- rum commu- nione misceri.

o V. I.

p V. II.

q V. 17.

εἰδέσθη ἐν μέσον αὐλῶν, ἀπενεισθή- τω λόγῳ κύριος, οὐ κακίζεται μὴ ἔπλοβος καὶ ω εἰσθίσθη μετά θυμοῦ.

r V. 14.

τὸ δὲ ματρῷ ἀ- κογονίων, καὶ ἀ- μια.

s In hunc locum ffaie.

DE ECCL. MILIT.

t V. 14.
μηνίσκεις ἡμέρας
τοῦντες ἀντεις.
v I. Corinth. 10.
U. 17.
εἰς ὑπηρεσίαν μητρόν
πατολλήσιον, οὐ γάδε
πάντες εἰς τὰς ἵβες
ἀπειλεῖται πεντηκούριον.
x Ep. 6. lib. 1.
y 3. cap. 19.
z Ezech. 36. v. 25

a I. Cor. II.

b Rom. 8. v. 10.
c I. Cor. 12. v. 13.

enim de commercio cum quibuscumque peccatoribus agit, sed tantum cum infidelibus. t Nolite (inquit) iugum ducere cum infidelibus, &c.

Secundò, u Vnus panis, & vnum corpus multi sumus. At panis non efficitur ex paleis & frumento, sed ex frumento solo.

Resp. 1. cum Cyprian x & Iren. y in hoc tantum consistere similitudinem, quod, sicut ex multis granis per aquam, fit vnis panis: ita ex multis hominibus, per aquam baptismi, ac Spir. S. qui etiam dicuntur aqua, fit vnis populus Dei. 2. negatur minor. Nam aliquando admiscentur etiam in vero pane grana lolij, vel negligentia, vel malitia hominum, ita & in corpore Christi sunt mali admixti bonis: subiungit enim Apostolus. Qui de uno participamus. At de uno participant boni, & mali, alias non a arguerentur à Paulo, indignè communicantes.

Tertiò, Qui b spiritum Christi non habet, hic non est eius. Item. In uno c spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus. Ergo qui non habet spiritum Christi, non est membrum eius, nisi fortasse mortuum. Sed membrum mortuum non est verè membrum, sed aequiuocè tantum: ergo peccator non est verè membrum.

Admittitur prima conseq. Ad subsumptionem dico, membra considerari dupliciter: primò secundum essentiam, ac substantiam suam. 2. vt sunt instrumenta operativa. Exempli gratia, oculus hominis, & oculus bouis, vt substantiae quædam, differunt specie, vt instrumenta operativa sunt eiusdem speciei, quia idem habent obiectum: priori modo peccatores, non esse membra corporis viui, Ecclesiæ: sunt enim mortua: constituuntur autem membra viua, per Charitatem: posteriori, esse. Nam etsi in corpore naturali nequeat membrum mortuum, esse verum instrumentum, quia anima nequit operari, nisi per bona instrumenta, & viua: tamen in mystico potest: spiritus sanctus enim aequi benè operatur quod vult per instrumenta mala quam per bona.

Quarto, Ecclesia dicitur, Sancta, in Symbolo. Ergo

ex sc̄is sanctis constat.

Resp. dici sanctam primo quia omnia quae ad ipsam constituendam pertinent sunt sancta, nimirum baptisma, professio Christiana, & unio membrorum inter se, & cum capite, saltem externa. 2. propter sanctos quos habet, neque tamen propter sceleratos, scelerata dicitur: tum quod denominatio sit à meliori parte, tum quia habere sanctos est proprium eius, habere malos proprium aliarum sectarum: nec enim in aliis ceteribus sunt sancti, sed omnes mali. 3. quia tota est Deo consecrata, eiusque caput est sanctus sanctorum Christus.

Quintò, non habet Deum patrem qui Ecclesiam non habet matrem, iuxta d Cypria, & à commutata, Qui non d lib. de unitate habet Deum patrem, non habet Ecclesiam matrem, sed Eccl. improbi non sunt filii Dei. Nam, e qui spiritu Dei aguntur, bis sunt filij Dei &c. Ergo neque filii Ecclesiae. Igitur neque in Ecclesia sunt.

Resp. cum Aug. nomen filij tripliciter accipi. primum ratione productionis, siue per generationem, quomodo verbum, est filius Dei, siue per creationem, iuxta illud, Nunquid non ipse est pater tuus, qui fecit, & creauit te, siue per regenerationem. 1. Ioan. 3. In hoc sunt manifesti filii Dei, & filii Diaboli, omnis qui non est iustus, non est ex Deo. Secundò, ratione imitationis, quomodo Galatar quarto h vocantur filii Abraham, qui fidem imitantur Abraham.

Tertio, ratione doctrinæ acceptæ, iuxta illud, filio i mei quos iterum ego parturio, &c. Hoc posteriori modo mali sunt filii Dei & Ecclesiae, si teneant veram eius doctrinam, vnde Isaiae h. 1. filios enutriui (inquit dominus) & exaltavi, ipsi autem obreuerunt me. Et Canticor. l. 2. i Galat. 4. v. 19. sicut lily inter spinas, sic amica mea inter filias, idest, malas Christianas animas, quæ dicuntur in spinæ propter malignitatem morum, filiae, propter communio nem Sacramentorum. Ratione vero regenerationis aut imitationis, non sunt filii Dei, ac Ecclesiae nisi iusti: sed negatur tunc solos filios esse in Ecclesia sunt etiam servi in Domo Dei, Iohannis octavo.

e Rom. 8. v. 14.

οὐαὶ πτωχαὶ θεῷ
ἀπὸ τοῦ στόλου εἰσιν
οὐαὶ τοῦ διαβόλου.

f Deut. 32. v. 6.

g v. 10.
εἰ τέλος παρτικίστη
τίκτεται τοῦ στόλου,
τίκτεται τοῦ διαβόλου.
τὰ; ἐ μὴ ποιήσῃ δι-
καιούσιν λαοὺς τούς
τούς τε τούς.

h v. 28. & Ro.

4. v. 12. & cap.

ii. v. 7. & 8.

K V. 2.

l v. 2.

m Aug. 48.

DE ECC. MILIT.

v. 35. & hoc ad mentem Cypr. nec enim vult, in Eccle. non esse nisi filios, sed non esse ullos filios extra Eccl. sicut non sunt ulli boni extra, licet sunt aliqui mali in-
tus. Intedit namque monere hæreticos, ac schismati-
cos ne putarent se posse esse bonos, ac filios extra Ec-
clesiam.

n. 1. ep. 6.

Sexto, *In Ecclesia Dei* (inquit Cyprian.) non nisi concor-
des, atque unanimes habitant, loquentes in psalmis spiritui
sancto, & dicentes, *Deus, qui inhabitare facit unius moris in*
domo.

Resp. loqui tantum de cœcordia que opponitur schis-
mati: agit enim contra Nouatianos schismaticos. Nam
& ipse Cypr. alias dissensiones in Ecclesia agnoscit,
serm. de lapsis:

Septimò, Chrysost. o & Theophyl. dicunt illud in
o in 2. Thm. 2. magna domo sunt vasa aurea, & arg. &c. non posse de
Ecclesia intelligi, sed de mundo : quia in Ecclesia non
sunt nisi vasa aurea, & argentea.

Resp. non negare, esse posse malos de Ecclesia, sed do-
cere id minimè necessarium : sicut sunt necessaria in
magna domo vasa etiam fictilia, & lignea.

Octauò, *Qui peccator est, aut aliqua sorde maculatus*
p (inquit Hiero.) *de Ecclesia Christi non potest appellari, nec*
pins. ad Ephes. *Christo subiectus dici.*

ad illud, Eccl.
subiecta est
Christo.

Resp. tantum velle, non posse malos de ea parte Ec-
clesiae appellari, quæ solos perfectos continet. Nam in
1. ad Galat. explicans quomodo inter se cohærent
verba Apostoli, qui nunc totas Ecclesias laudare vide-
tur, nunc totas vituperare, ait Ecclesiam dupliciter ac-
cipi, id est, non duas esse, sed de una diuersimode scri-
pturam loqui: quod interdu tribuat toti Ecclesie, quod
est perfectorum, interdum quod est imperfectorum.

Nonò, Pacianus ep. 3. ad Sympronianum dicit, pec-
catores donec pœnitentia virtute prioris, de Ecclesia non
esse.

q. 2. contr Cres-
cenium 21.

Resp. loqui tantum, de iis qui in hæresim labuntur.
Nam, antea dixerat Ecclesiam carere macula, & rugis,
quia caret hæreticis.

Decimò, *In corpore Christi non sunt* (scilicet mali, in-
quit q Aug.) *quod est Ecclesia: quoniam non potest Christus ha-*

berem membra damnata.

Resp. loqui Aug. de membris, viuis, qua ratione re- r Nam lib. 7.
uera mali non sunt in Ecclesia. contra Donati-

Vndeclimo, ipsem Aug. docet solos sanctos esse il- fias ait bonus
lam Ecclesiam, quæ est supra petram fundata, & cui ita esse de Eccl.
datae sunt claves &c. Resp. Nihil aliud velle significa- vt sunt ipsa do-
re, quam omnia Ecclesiæ priuilegia, propter solos san- mus Dei con-
ctos concessa esse à Deo. Nam alioquin idem Aug. fre- strutta ex viuis
quentissimè repetit, malos Christianos, utiliter Sacra- lapidibus: malos
menta administrare. sic esse in ea vt

Duodecim, in scripturis duæ distinguntur Ecclesiæ, ipsi tamen non
Matth. 5. per iustitiam discipulorum, & iustitiam Pha- sint ipsa domus,
risæorum. Matth. 6. per pios, & hypocritas, 7. per cæ- siue Eccl. & lib.
tum euntium per viam angustam, & cætum euntium de unit. Eccl. xl.
per viam latam: item per domum fundatam super pe- cap. malos esse
tram, & aliam fundatam super arenam. At Ecclesia ma- precisos ab Ec-
lorum, non est vna, sancta, Christi Ecclesia. Ergo Chri- clesia animo, nō
sti vera solos amplectitur bonos. corpore.

Resp. in nullo horum locorum duas Ecclesiæ distin- l. 3. de Bapt. 18.
guis sed solum diuersas qualitates eorum, qui in vna & t Est. Magd. Cé-
eadem Ecclesia versantur, sicut. Math. 13. per pisces ma- tur. 1. lib. 1. cap. 4.
los, & bonos, in eodem reti. vnde dominus Math. 7. sub- col. 171.
iunxit, u Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea as- u V. 24.
similabitur viro sapienti qui edificauit domum suam supra tæc. sur. Eric.
Petram, Ex quibus constat per domum non intelligi uxoris ut legat.
ibi Ecclesiam, sed vniuersisque mores.

Decimo-tertiò, nequeunt esse membra corporis Christi quod est Ecclesia, in quibus nihil operatur Christus. Nihil autem operatur in malis.

Resp. 1. non esse necesse ut in omnibus suis operetur membris, sunt enim quædam arida membra, solum adha- rentia, externa coniunctione. 2. operatur etiam per ea, ut per instrumenta, ad aliorum utilitatem.

Vltimo, oportet distinguere omnino regnum Christi à regno Diaboli, impij autem omnes ad regnum Dia- boli pertinent.

Resp. posse eosdem homines ad utrumque regnum pertinere, diuersa ratione, ad Christi regnum ratione communionis, corundem Sacramentorum in Ecclesia, ad regnum diaboli ratione morum.

*Infideles occultos ad Ecclesiam Dei
pertinere.*

C A P. X.

a V. 18.

καὶ νῦν ἀλέχεται
πολλοὶ γερμανοί

c v. 19.

ἴδιοι εἰσῆλθον ἐκ
της Ρωμαϊκής οἰκουμένης.

b tract. 3. in ep.
hanc Ioan.

c Aug. in Enchi.
cap. 65. Cyprian.
1. ep. 6. Optatus
1. contra Parme-
nianum Ambr.
1. de pæni. 2. Hie.
dialog. contra
Luciferan. Cele-
stinus ep. ad Cle-
ram Constant.
d Sup.

e ep. ad Micha-
f Homil. 21. in
Ioan.

g lib. 4. cap. 10.
de Baptis.

h Tract. 61. in
Ioan ad illud ca.
13. turbatus est
spiritu & pro-
testatus etc. v.
21.



Rimò, Et nunc a (inquit Ioan) Antichristi multi facti sunt, ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Quae intelligi de infidelibus occultiis in Ecclesia, qui aperti fiunt, dū exerūt, docet b Aug. in hunc locū, Omnes (inquit) heretici, omnes schismatici ex nobis exierunt, id est, ex Eccl. exierunt, sed non exirent, si ex nobis essent. Antequam exirent ergo, non erant ex nobis, si antequam exirent non erant ex nobis, multi intus, sunt, non exierunt, & tamen Antichristi sunt.

Secundò, multi c PP. communi consensu docēt eos qui sunt extra Ecclesiam, nullam iurisdictionem, ac authoritatem in Ecclesiam habere: nam nequit hanc iurisdictionem habere qui non sit membrum Ecclesiae. At occultus haereticus si fuerit Episcopus aut Papa, non amittit iurisdictionem: quidquid unus, aut alter dixerit. d Quare Celest. & e Nicolaus I. summi Pontif. dixerunt Episcopum haereticum, ex quo haereses prædicare cœperit neminem potuisse soluere, vel ligare: quia nimis, antea etiam si corde conceperet errorem, ad huc soluere poterat, & ligare, alioquin redderentur incerti, omnes accusati, qui ex iurisdictione pendent: quod non parum vniuersam perturbaret Ecclesiam.

Tertiò, ex PP. f Origine etiā hic in Hierusalē (inquit) id est, in Ecclesia, sunt quidam Febusci, qui & fide, & actibus peruersi sunt: neque enim (subiungit) de iis dicimus, qui manifeste & evidenter criminosi sunt, ut non de Ecclesia expellantur. g August. Si Zizania sola dicenda sunt, que usque in finem, in maligno errore perdurant, & foris multa frumenta sunt, & intus multa Zizania. Item h Vtrumque verum est, ex nobis, & non ex nobis (seilicet haeretici occulti) secundum aliud ex nobis, secundum aliud non ex nobis: secundum communionem sacramentorum ex nobis,

secundum suorum proprietatem criminum non ex nobis.

Item. i. Quidam adhuc corde positi in parte donati, praesentiam nobis exhibent corporalem, carne intus, foris spiritu.

Greg. k magnus, Etiam pacis sue tempore, sancta Ecclesia falsiloquium patitur, dum sunt in ea multi, qui de eternitatis promissione diffidunt, & tamense fideles esse mentiuntur, &c.

Quartò, Ecclesia est similis corpori humano. At in huma. corpore quædam partes viuunt, & sentiunt, quædam viuunt, nec sentiunt, quædam nec viuunt nec sentiunt ut notum est: ergo similiter erunt in Ecclesia, qui fidem, & charitatem habeant, alij solam fidem: denique qui nec fidem, nec charitatem.

Quintò, eti Lutherani, & Caluinistæ signa quædam visibilia & externa Ecclesiæ constituant, nimirum prædicationem verbi Dei, ac Sacramentor. administracionem, & vbi cumque conspiciuntur hæc signa, velint ibi esse veram Ecclesiam: quia tamen ad eam solos iustos, id est, qui fidem habent, pertinere contendunt, qui autem sint illi certò, nescimus: propterea rectè concludimus eos Ecclesiam inuisibilem constituere. At si hæretici occulti non sunt de Ecclesia, sequitur eos solos qui certò veram fidem habent, esse de Ecclesia. Et proinde nos hac in parte cum illis hæreticis sentire, ac inuisibilem facere Ecclesiam.

Sextò, debet certitudine infallibili constare qui cætus hominum sit vera Christi Ecclesia. At si fides interna requiritur in quolibet membro, quis autem eam certo habeat ignoretur: Neq; certi erimus infallibilitet quæ sit vera Ecclesia.

Respondent primò, sufficere hanc fidem conspici per effectus: sicut hominem vivere dicimus, et si animam non videamus.

Secundò, non esse necesse ut constet distinctè nobis, qui sint Ecclesiam constituentes, sed sufficere assignari quemdam cætum hominum, intra quem certò credamus esse illos, qui ad Ecclesiam pertinent. Sicut dicitur is vidisse populum Romanum, qui cum vidi congregatum, etiamsi fuerint multi externi admissi, nec discernere potuerit ciuem ab externo.

i lib. de gestis cœ
emerito cap. I.

k 13. moral. 4.
explicans illud
Iob Rugæ meæ
testim. dicunt
contra me.

DE ECC. MILIT.

Ad primam responden. hanc certitudinem non esse infallibilem nec resert, exemplum hominis. tum quia effectus vitae sunt naturales & necessarij, fidei vero liberi, tum quod nec etiam certi sumus infallibiliter, an sit homo quem videmus, fieri enim potest ut Angelus sit.

Ad 2. resp. primò, fieri potest ut haereticorum occulitorum numerus, longè superet fidelium numerum: tunc autem quomodo dici poterit, hic cætus est Ecclesia Dei? 2. cum tota Ecclesia absolute nusquam iam, in unum locum conueniat, & Romana nec quidem in una Basilica Romæ, sed sparsa sit per varia loca, quoque incrimus, semper enim dubij, an cum vera communicemus Ecclesia. 3. quia fieri possit totum generale Concilium extra Ecclesiam, quid enim magnum si inter tot millia profidentium fidem Christi, trecentivel 400 homines in Concilio careant fidei? 4. si nescimus qui distinctè Ecclesiam constituunt, non tam sciemus, quæ sit Ecclesia, quam ubi sit, seu potius ubilatetur: quod non satis est ad Ecclesiarum visibilitatem saluandam.

Obiicitur. Primò, fundamentum, & quasi Ecclesiarum forma, est fides / 1. Corinthi. 3. in Eph. 2. & 4. n.

Resp. formam Ecclesiarum esse fidem externam, id est, fidei confessionem, teste p. Aug. & experientia. Illi enim admittuntur ad Ecclesiam qui profitentur fidem. In locis vero allatis non dicitur fides forma, vel fundamentum Ecclesiarum, sed iustitiae, vel doctrinæ, quæ est in Ecclesia; adde scripturas ponere charitatem, & dona spiritus sancti in Ecclesia, non minus quam fidem: nullus tamen dicet extra Ecclesiam esse, qui sola charitate priuantur.

p Cap. firmit. de Secundò, Concil. p Lateran. & Nicolaus Papa q Ecclesiam ex fidelibus siue catholicis constantem definivit. Cathol.

q De consecrat. Resp. 1. eos non dare perfectam definitionem: Concil. enim Later. solum assertere voluit, Ecclesiam esse unam: ac si dixisset, Ecclesia una est non multæ. 2. nomen fidelis, & catholicæ, accipi pro publicè fidem profitente. Et certè Nicolaus, qui prohibet ibi fieri catholicorum collectiones, sine nutu Papæ, ita necessario intelligi debet

debet. Non enim fiunt hæ collectiones aliter, quam in vnum conuocando locum, profitentes publicè fidem catholicam.

Tertiò, r PP. grauissimos docere hæreticos non esse r Tertull. lib. de verè Christianos. At Ecclesia non nisi christianor. esse pudicitia Cypr. potest.

Sed hi PP. loquuntur de manifestis hæreticis: Chri- 2. contra Ari- stiani enim dicuntur qui Christi fidem publicè profi- nos. Aug. lib. de tentur: quia Christianus, est professionis nomen.

Quartò, ante Christum ad Synagogam pertinebat etiam gentiles, qui vnum Deum sincerè colebant, ex quo sequi videtur, fidem esse vinculum Ecclesiarum.

Resp. omnibus sæculis eos solùm Ecclesiam Dei constituisse, qui simul colligati erant, confessione, & protestatione externa vnius fidei in Deum verum.

Quintò, si quæ ratio esset, quare hæretici occulti sint de Ecclesia, certè quia constare debet infallibiliter quæ sit Ecclesia. Sed nonobstante hoc, id nequit cognosci 1. quia non sunt Ecclesiæ membra nisi baptizati, at nullus scit certò, quis scit verè baptizatus. character enim inuisibilis est, & pauci adsunt cum quis baptizatur. 2. Ecclesia non potest esse sine veris Episcopis, & presby- teris, teste / Hiero. at quis nouit qui sint veri, cum id pèdeat ex intentione ordinatis, & inuisibili charactere? 3. excommunicati non sunt de Ecclesia, at multi sunt occulti vnde cogimur dubitare cum aliquem videmus, sit ne de illa Ecclesia, an non. 4. Accidere potest ut alii cubi hæretici manifesti, Iudæi, Turcæ, Pagani, alibi simulent se Christianos, qui si de Ecclesia dicantur, hæc constabit ex Paganis &c. si non, ergo dubij semper erimus, quæ sit vera Ecclesia.

Ad primam probationem minoris resp. 1. non requiri characterē, sed externū baptismā, non quidem ut quis sit de Ecclesia, sed ut admittatur. Si quis enim petat admitti ad Ecclesiam, id non fiet sine Baptismo, si dicat se baptizatum, & non constet contrarium, admittetur ad Ecclesiā: cuius rei signum est, quod si postea constet baptizatum non fuisse sua culpa, expelletur, nec ante pœnitentiam recipietur: si absque sua culpa, perficietur in eo quod deerat, nec iudicabitur non fuisse de Ecclesia,

DE ECC. MILIT.

sed aliud quam per ordinariam portam intrasse. 2. non baptizatos esse de Ecclesia tantum putatiū, & secundum apparentiam externam, non tamen verè: nec inde sequitur Ecclesiam fore inuisibilem: nam multi probare possunt certò se baptizatos, & baptismus natura sua visibilis est: non autem fides.

Ad 2. in Episcopis considerari duo, unum quod locum Christi teneant, illis debeamus obedientiam & quod nequeant, simul omnes cum Ro. Pontifice, nos decipere. Aliud quod habeant potestatem ordinis, & iurisdictionis. Priori, certi sumus infallibiliter, quos videmus esse episcopos veros, ad hoc enim sufficit, ut habeantur pro talibus ab Ecclesia. Posteriori non habemus de iis, nisi mortalem certitudinem: sed nec alia requiritur: quamvis certum sit infallibiliter, aliquos esse veros hoc posteriori modo: alioquin Deus deseruisset Ecclesiam suam.

Ad 3. excommunicatos occultos esse de Ecclesia numero non merito, de facto, non de iure. [Ex his, & aliis supra t mihi videtur, Bella. solum velle excludere ab Ecclesia, excommunicatos manifestos. Nam de occultis idem dici potest, ac de hæreticis occultis, qui simul sunt omnes etiam excommunicati, nisi sint purè mentales hæretici.]

Ad 4. resp. 1. difficile esse huius, non facilè detegi, quandiu tamen non manifestantur, eos Ecclesia non numerat inter suos, nisi ratione professionis externæ, quæ sanctissima est. cumque illi respectu aliorum de Ecclesia, sint pauci: propterea non sequetur Ecclesiam ex Paganis &c. constare. 2. illos non esse de Ecclesia nisi apparenter, nec tamen dubij erimus quæ sit vera. Nam de multis certò demonstratur esse baptizatos, pro veris Episcopis agnosci, & nusquam hæresim aut Paganismum saltem publicè professos fuisse.

t Cap. 6.

PRIMA PROPOSITIO.

*De visibilitate, & certitudine
Ecclesie.*

C A P. XI. ET XII.

Expli catum est quid sit Ecclesia, nunc dicendum qualis sit. Hæretici, *a* qui duas distingunt Ecclesiæ, dicunt, primò, veram esse inuisibilem, secundò, *b* visibilem interdum ita errare in fide, & moribus, ut deficiat penitus. Tertiò *c* inuisibilem id est, veram, non posse quidem deficere, nec errare in iis quæ ad salutem spectant: in aliis posse.

Prima propositio. Vera Ecclesia est visibilis. Probatur primò, vbi cunque inuenitur nomen Ecclesiæ in scripturis ut N umer. d. 20. Cur eduxisti Ecclesiam Domini in solitudinem. 3. Reg. 8. e Conuertitque Rex faciem suam, & benedixit omni Ecclesiæ Iſrael. Matth. 16. f super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. 18. Dic Ecclesiæ &c. semper significatur congregatio visibilis nec vnum saltem locum proferre potuit Caluinus, quo tribueretur inuisibili cœtui.

Secundò, vbi non nominatur quidem Ecclesiæ, sed tamen describitur, visibilis etiam designatur, Psal 18. g In sole posuit tabernaculum suum, id est, iuxta August. h In manifesto posuit Ecclesiam suam. Ita vt, sicut nequit sol omnino latere, ita nec Ecclesia, Ilayæ 2. i Mich. 4. k comparatur Ecclesia monti magno, & conspicio; secundum Hieron. l & August. m Matth. 5. n cœtitati supra montem positæ iuxta o August.

Tertiò, ex ipso ortu, & progressu Ecclesiæ. In veteri testamento adeò visibilis erat; vt in ipsa carrie, Iudæi portarent visibile Circoncisionis signum, In novo fuit ^{m sup.} principio tota in Christo & discipulis eius, qui adeo ^{n sup.} visibiles erant, vt super eos visibiliter descendenter Spir. S. o libro de unitate Ecccl. 14.

C A P. XI.

a Luther libro de abrogâda missa priuata parte. t. *Quis Ecclesiæ nobis monstrabit cum sit occulta in spiritu, & solùm credatur? sicut dicitur Credo Ecclesiam sanctam.*

Caluin. 4. Inst. 1. § 7. Nobis in visibilē solius Dei oculis conspicuam credere Eccl. necessitate est.

b Caluin. prefat. inst. 4. cap. 8. Inst. C A P. 12.

§ 13. Cal. d v. 4.

e v. 14. & ss. f v. 18.

g v. 5. h tract. l. in ep. Joan. i v. 2.

k v. 1. l In ea loca.

m sup. n v. 14.

o libro de unitate Ecccl. 14.

DE ECC. MILIT.

p. Act. 2. v. 41. deinde p additi sunt illis, vna die, ad tria millia per fideli confessionem, & baptismum, ac deinceps semper illi omnes, & soli habiti sunt de Ecclesia Christi, qui ad illos primos se adiunxerunt per Bapti. & fid. confess. & inde non exierunt per haereses, aut schismata, vel excom.

Quartò, Ecclesia est societas hominum: sociari: autem homines nequeunt, nisi se agnoscant, & copulentur exteris, & visibilibus signis, vt ait q Aug.

q. 19. Cōtra Faū
fium. II.

Quintò, volunt aduersari Ecclesiam tempore Christi, solum fuisse in Zacharia, Anna, Maria, & paucis aliis piis, at hi communicabant cum Pontificibus, in templo, sacrificiis &c. vel igitur male faciebant communicando, in religione cum iis qui extra Eccl. erāt, vel male faciunt Lutherani non communicando nobiscum, nec obediendo Papæ.

Sextò, tenemur sub periculo damnationis, nos adiungere Ecclesiæ veræ, capiti obediens, & ceteris communicare membris. vt patet r ex Cypr. / Hiero. & t Aug.

t De simplicitate
te Trælatorum.
f ep. r ad Damas.
de nomine Hypo.
t 4. de baptif. I.
u Homil. 30. in Matth.
xli. de uni. Eccl.
y Homil. 4. in 6.

Septimò, ex PP. Ecclesia (inquit Orig.) plena est fulgore ab Oriente usque ad Occidentem & Cypr. Ecclesia Dominus lumen perfusa, radios suos per orbem terrarum spargit. y Chrys.

Facilius solem extingui, quam Ecclesiam obscurari, & Aug.

numquid digito ostendamus Ecclesiam fratres mei & nomine

aperta est?

Isaia.
z tract. I. in epist.
Joan.

SECVNDA PROPOSITIO.

Ecclesia visibilis deficere non potest.

CAP. XIII.

a c superiori in I.
argu.

b Matth. cap.
v. v. vlti.

hō μετ' ἡμῖν εἴπει
τὸ σαء τὰς ἡμέρας
τε τῆς σωτηρίας
τε μᾶς.



Rimò Ecclesia in scripturis dicitur columna veritatis, aduersus quam non præualeat inferi portæ probatum est a autem nomine Eccl. in scriptura solum visibilem intelligi.

Secundò, ad Apostolos & discipulos, qui certè visibles erant, dictum est a Christo, b vobiscum sum usque ad consummationem seculi. cumque illi non

ſent hic perpetuo mansuri, ſine dubio ad eorum ſuc-
cessores iſta extenduntur.

12. 13.

d v. 7.

Tertiō, Apoſtoliſ c docet māſura in Eccl. ministeria
paſtorum, & doctoṛum, donec occurramus in vnitatem
fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, & men-
ſuram ætatis plenitudinis Christi, id est, iuxta omnes, in
nouissimis diebus, quando complebitur numerus ele-
ctorum. At iſta ministeria non poſſunt perpetuo exer-
ceri, niſi ſe viſibilibus signis paſtores & oues permanen-
ter agnoſcant.

c in eund. psalm.

f v. 8. quod ca-

put. ipſe Chriſtus

Lucae. 4. intelle-

xit de Eccl. noui

Teſtam.

g v. 9.

h vide ſup. ca. 7.

i Nam inuiſibilis

iuxta aduersa-

rios non niſi bo-

nos habet.

k v. 12.

l Ιακωβοῦ τῷ

ἀλωρᾷ ἀντεῖ, ἢ

σωμάτῳ τὸ στομά

τὸν εἰς τὴν ἀποδο-

κλω. τὸ δὲ χρυſο-

χαλκίνον ποτε

ἀσθενεῖ.

1 Matt. 13.v. 30.

ἀρτὶς σωματικῆς·

εἴσαι ἀμφότερα μέ-

χει τοῦ θεοφόρου.

m v. 39.

ἰδεισμός, σωμά-

τον τὸν αὐτὸν ἵστη.

n v. 49.

o v. 33.

p v. 44.

q v. 36.

r sup.

s In Psal. 101.

conci. 2. Item ibid.

Sed illa Eccl.

quaे fuit om-

gnat) illam nusquam periſſe admittebant. t Bern.

Nee nium gētiū,

iam non eſt,

perit: hoc dicūt, qui in illa non ſunt. O Impudentem vocem, illa, nō

eſt q̄ tu in illa nō eſt. Vide ne tu ideò nō ſis, nā illa eſit, etſi tu nō ſis.

t Sermon. 79. in Cantica.

DE ECC. MILIT.

verbositate Philosophorum, nec cauillationibus Hæreticorum,
nec gladiis persecutorum potuit ista, aut poterit aliquando se-
parari a Charitate Dei. Ecclesia autem inuisibilis non im-
pugnat a cauillatione philosophor. &c. ergo de visibili
loquitur.

Septimò, non possunt homines saluari, nisi veram in-
grediatur Ecclesiam. At si visibilis deficere potest, & so-
la maneat inuisibilis, quomodo in inuisibilem, quam
ignorant, ingredi poterunt?

Octauò, de ratione vera Ecclesiæ est, ut sit visibilis,
sicut probauimus. uero si hec perit nulla remanet Eccl.

¶ cap. 12.

Nondom, homines qui constituunt Ecclesiam inuisibi-
lem vel profitentur exterius fidem suam, vel non. si prius,
iam non erit Ecclesia inuisibilis, si posterius, cum non
nisi mali sint, id est, nulli boni (non enim est bonus, qui
fidei in corde quidem retinet, exterius autem impium
profitetur cultum), iam nulla erit Ecclesia.

TERTIA PROPOSITIO.

Ecclesia non potest errare.

C A P. XIII.

a idest si reui-
ciat traditiones
non scriptas.

b c. 2. § 1.

c nempe de fide-
ibus omnibus.

Non duobus errare non posse fatetur Calui-
nus. primò si non proponat dogmata ex-
tra a Scripturam: quam tunc fideliter pro-
ponit, cum agitur de rebus necessarijs ad
salutem. 2. si intelligatur de Ecclesiâ uni-
uersali, non autem representatiuâ, idest episcopis solis.

At nostræ propositionis sensus est, id quod tenent
omnes fideles tamquam de fide, sive habeatur ex scriptu-
ris, sive non similiter quod docent omnes episcopi ad fi-
dem pertinens, necessario esse verum, & de fide, quæ po-
sterior pars a nobis probata b est lib. 2. de Conciliis. c.
Prior, probatur primo, 1. Tim. 3. Eccl. Dei est columna, &
firmamentum veritatis. Quod autem respondet Calvin,
ideò hoc dici, quia Eccl. est custos fidissima verbi Dei
scripti, alibi est solutu & facilè soluit, tū quia Paulus
non meminit scripturarū, tum quia vera Eccl. fuit co-
lumna veritatis, antequam essent scripturæ.

Secundò. Ecclesia gubernatur à Christo, ut à sposo; d. hinc soluitur & Spir. S. vt ab animâ. Ergo si erraret Eccl. in dog. fidej, responsio Caluini & morum, error Christo, & Spiritui sancto tribui debet. Etsi d. enim sponsus non teneatur remouere à spō quod non teneat tur Christus remouere omnem nānum, sicut nō nem ignorantiam, tenetur tamen, si potest, om- tenetur omnem nānum, sicut nō nem errorum, ex quo malum oriatur magnum. At ma- remouere igno- gnum est malum, Ecclesiam falsa fide colere Deum.

Tertiò, Ecclesia est sancta, ista autem sanctitas in professione dogmatum consistit. Et proinde nihil Ecclesia poterit docere, nisi verum.

Quartò, si vera esset sententia Caluini, maxima pars dogmatum fidei reuocaretur in dubium: multa enim sunt minimè necessaria absolute ad salutem, ut credere historias veteris Testamenti esse Canonicas, imò esse aliquas diuinæ scripturas, e sine his enim fal⁹ esse potest. a & proinde totus inuisibilis.

Soluuntur argumenta pro inuisibilitate Ecclesie.

CAP. XV.



stat. Vide resp. supr. b

Secundò. c Regnum Dei non veniet cum obseruatione, neque dicent, Ecce hic, aut ecce illuc. Ecce enim regnum Dei intra vos est.

Respon. Intelligi per regnum Dei vel ipsam gratiam iuxta Theophil. vel vtrumque Christi aduentum. Interrogauerant enim Pharisæi. Quando veniet regnum Dei, id est, Messie? Respondit Dominus Messiam venisse: Ecce enim (inquit) regnum Dei intra vos est: & venturum: Dicent vobis (inquit) Ecce hic, ecce illuc, nolite exire: sicut enim fulgur, &c.

Rimò, Hier. 13. Dabo legem meā in cordibus eorum, & ero eis in Deum, &c. Item. Venit hora, & nunc est quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu. Quibus locis ita distinguitur status Testamenti veteris, à noui, ut hic in solo spiritu a sicut ille in sola litera consi- adorationē exten- sibilis non ador- rassent post ascē- sionem, Apostoli cius Iohann. & Petrus in templo Hierosol. Actor. 3 vult ergo solum dicere, nō adorabitis amplius aut ritu Samaritano aut Iudaico, sed Christiano.

c Luc. 17. v. 20. Ἐπέλεγον οἱ βασιλικαὶ τὰ δικαιαὶ ταρταροῦ. v. 21. οἱ διάβολοι οὐδὲ οὐδὲ ιδεῖσθαι. id est τὸ οἰκοδομεῖσθαι τὸ δικαιόσθαι.

D E E C C L. M I L I T.

a v. 18. ἐπρεστή-
λούσθη τὸν λαόντα
τὸν θεόντα
c v. 22. ἀλλὰ προ-

ειληλθάσται στοῖς ὅραι-
ς τὰ πάλιν τὸν θεόντα,
τηρουμένης ἡ τηρανία
τῆς μετάστασος ἡγείων
τηλυγύρεως.

f v. 5. ἢ αὐτὸν ὁ
διάβολος τὸν τελεό-
μονοῦσθαι τὸν πε-
μπαντὸν.

g v. 12. πεινασ-
τὴ τὸν πονεῖσθαι
τοὺς ἐπαρπαστούς.

h v. 44.

Tertiō, H̄ebr. 12. Non d' accessiblē ad tractabilem mon-
tem, & accessiblē ignem, sed c' ad Sion montem, & ciuita-
tem Dei viuentis, videlicet non tractabilem, alioquin nulla
esset Antithesis.

Respond. Per montem Sion, intelligi Ecclesiam triū-
phantem. Vult enim dicere homines Testam. veter. ac-
cessiblē ad montem Syna corporeum, ut per corporeas
quādam imagines Deum viderent. At nos spe ad spiri-
tualem, & supernam Hierus. vnde subiungit: Et multo-
rum millium Angelorum frequentiam.

Quattuor. Petri 1. f Jpsit tanquam lapides viui superadifi-
camini domus spiritualis. &c. At hæc Domus est Ecclesia.

Resp. dici aliquid spirituale, primò secundum substā-
tiā, quomodo Ephes. 6. dicuntur g spirituales nequi-
tiae in cælestibus. in ordine ad spiritum, quomodo 1.
Corinth. h 15. dicitur corpus spirituale. Non prior au-
tem, sed posterior loquitur Petrus. Vult enim dicere,
Eccl. non constare ex lignis, &c. sed hominibus Deo
consecratis.

Quintō, Ecclesiam esse, est articulus fidei. Ergo cre-
ditur non videtur.

Resp. nos videre in Ecclesia cœtum illum hominum
profidentium hanc religionem & fidem: Credere vero,
hanc religionem & fidem, esse verè Christi: hoc est ar-
ticulus fidei, illud, non.

*Soluuntur argumenta, quibus probant Eccle-
siam deficere posse.*

C A P. X VI.



Rimō, initio mundi tota Ecclesia in
Adam & Eua consistebat. At vterque
apostatauit à fide.

Secundō, Aaron Pontifex summus
a proposuit adorandum vitulum, &
omnis populus clamauit: *His sunt Dī
tui Israēl.*

a 32. Exodi.

b 3. Reg. 19. v.
14. & 18.

Tertiō, Relictus b sum (inquit Elias) ego solus, & Domi-
nus ad eum, reliqui mihi septem millia virorum, &c. qui cer-
tè occulti erant, alioquin eos cognouisset Helias. Ergo
totā Ecclesia vībilis defecerat.

Quartò, ex locis & quibus Proph. conqueruntur omnes defecisse. *c Isaiae 1. v. 3.*

Hier. 2. v. 26. 27

Quinto, Transibunt dies multi in Irael sine Deo vero sine sacerdote, & doctore, sine lege. 2. Par. 15. v. 3.

Sexto, Deficiet d hostia & sacrificium. utique in Ecclesia nostra. Item: Filius e hominis cum venerit, putas inueniet fidem in terra: Et, Nisi f venerit discessio primum &c. Quare iuxta Hieremiam. Nolite g. confidere in verbis mendacibus dicentes, Templum Domini, &c.

d Dan. 9. v. 27.

e Luc. 18. v. 8. & qic

απόποινα των, ε-

εις ιησους των τισιν

της της γαγ

f 2. Theff. 2. v. 3.

Septimò, Concil. Basileense generale depositum Eugē. g 7. v. 4. IV. & elegit Felicem, soluto concilio, iterum irrepsit Eugenius in sedem, sine villa electione canonica: cique omnes postea successerunt Papæ, quibus adhaesit Ecclesia tota. Ergo ab hinc tota defecit.

Ost. ex PP. Male (inquit Hil.) vos parietū amor cœpit, male Ecclesiam Dei in tectis, edificiisque venerabimini, male sub his pacis nomen ingeritis: montes mihi, & lacus, & carceres, & Auxentium. voragini sunt tutiores. quibus significat, adeo fuisse suo tempore, obscuratam veram Ecclesiam, ut solum in tenebris, & cauernis inueniretur. Hieron. Ingemuit i (inquit) totus orbis, & se Arianum esse admiratus est. Basilius, Luciferianos! k verò, & l Bernard. ita sui temporis Prælatorum vitia k ep. 69. & 70. deplorauit, ut satis ostendant omnes in viam suam de l serm. 33. in Cät. clinasse. Chrysost. m docet interdum nullum esse visitabile signum, quo vera cognoscatur Ecclesia, & ideo Matth. tunc ad solas recurrentem scripturas.

Ad primum ref. 1. plus probare quam debeat, nimis ē Eccl. omnem, id est inuisibilem quoque, defecisse. 2. tunc non fuisse Ecclesiam simpliciter (nec enim duo cōstituant Eccl.) sed tantum initium Ecclesiæ materiale, quia Adam primus omnium fuit de Ecclesia, & forma- n Nam in Iſr. le, quia fuit caput, Doctor, & Rector (dum vixit) popu- contendebat pro li Dei. Et quamvis errauerit male vivendo, & sentien- religione Elias, do, non tamen alios docendo. unde non dixit

Ad 2. tunc Aaronem non fuisse S. Pont. creatus est enim postea Exodi 40. Sed caput Ecclesiæ erat Moses, Reliqui mihi nec Leuitæ adorauerunt vitulum. Et proinde neque 7. millia, &c. tunc defecit caput, aut corpus Ecclesiæ totum. In Iuda, aut sim

Ad 3. negatur consequens. 1. quia loquitur Helias pliciter: sed Re- tantum de populo Irael (vt patet ex textu, id est, sub liqui mihi in Irael.

DE ECCL. MILIT.

iecto Regi Samariæ idololatrae. Et constat eodem tempore regnasse in Hierusalem Aſa, ac post eum Iosaphat optimos reges, & sub ipsis fuisse in Hierusalem populū, & Sacerd. manifestissimè in vera religione persistētes. 2. quia eti omnes Iudæi defecissent, non tam omnis Eccl. visibilis defecisset: extra enim populum Iud. icū, inueniebantur multi fideles, vt Cornelius Centurio, Eu- nuchus Candacis Reginæ, &c.

• 2. de Concil. c.
6. ad 1. arg.

p can. 25. in Ma-
thæum.

q apud Hieron.
in 9. Dan.

r libro contra Iu-
deos c. 5. alias 8.

s 1. Stromat.

t 8 Euangel. de-
monstr. 2. 1

u in 24. Matth.

x epist. 80

y v. 15. ἀλλα ἔτης

τὸ βδεῖλον μα τῆς

ἀπουσίας τὸ ἐπειδό-

τικά δεῖλα. Tū ἐπο-
φύλαξες τὸ τοπεῖ-
αν.

z 21 v. 20. ἔτης ἔτης

τὸ κυριακόφωνον ὅποι

σπαστούσιν θεοὺς τὸν

γενεθλίους τὸν γεν-

εθλίους τὸν γένε-

θλίους τὸν γένε-

Ad 4. resp. sup. o Ad 5. resp. 1. hæc dici de regno I-
fræl, non Iuda. 2. fortasse intelligenda esse de tempore
inter Iudæos, post Messiæ aduentum. Nunc enim sunt
sine Deo, sine sacerdote, &c.

Ad 6. testimonium 1. resp. eti p Hilar. Hyppol. q &
Apollin. illud intellexerint de tempore Antichristi: ta-
men sine dubio intelligendum esse, de euersione Hier.
& cessatione sacrificij Iudæor. tūm quia ita exponunt r
Tertull. s Clem. Alex. t Euseb. Chrysost. u Theoph. x
Hieron. Aug. & communis Hebr. opinio. tūm quod eu-
denter ex Euang. colligitur. Matth. 24. y Cum videritis
abominationem desolationis, que dicta est à Daniele Propheta
stantem in loco sancto, id est, ut habet Luc. z Cum videritis
circundari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote quia appropi-
quauit desolatio eius: tunc qui in Iudea sunt, fugiant ad mōtes
vñ.

Ad 2. vel loqui Dominum a de eximia quadam fide,
quæ in paucis nunc, in paucissimis tunc repertietur: vel
tantum b velle dicere, paucos futuros fideles tempore
Antichristi, non tamen nullos, aut adeo paucos vt Ec-
clesiam non constituant. Ad 3. præter ea quæ alibi c di-
cta sunt, illud intelligi etiam posse de discussione quidē
ab Ecclesia, non tamen omnium, sed multorum: vel si o-
2. 1. et exponit Hi-
mnium, occultorum tantum hereticorum. Porro nos
tron. Dial. contr. non gloriamur in templis, & successione Episcoporum,
Lucifer. & Aug. ac sede Apostolica secundum se, sed propter Christi
de unit. Eccl. ca-
pit. 13. promissionem, qualem nusquam habuerunt Iudæi.

Ad 7. Eugen. nusquam fuisse depositum à Pontif. nec
b ita Theophil. enim Basil. Conc. (de quo d sup.) talē potestatē habebat.

c lib. 3. de summ. Ad 8. loqui Hilarium de Ecclesia Mediolanensi tan-
Pont. cap. 2. ad tūm, velleque dicere non esse credendum Auxentio, e-
2. arg.

tiam Episcopus videretur, ac in templo concionare

d lib. 2. de concil. tur: vel Ecclesiam quidem interdum obscuram multitu-

e 19. ad finem.

dine scandalorum, sed ita tamen ut in suis constantissimis emineat membris, sicut illo tempore Hilarij in Iulio, Athan. Eusebio Vercellensi, Damaso, Ambrosio, &c. Hieron. verò vocavit orbem, Conc. Ariminense per figuram intellectonis, Arianumque vocat abusiuè, cò quod in eo Concilio quamplurimi Episcopi decreuerint tollendum esse nomen *iudeos*, quia tamen id fecerunt per ignorantiam, nescientes quid propriè significaret, decepti ab Arianis. non fuerunt hi Epis. hæretici nisi materialiter. Basilius aduersus Episcopos Arianos loquitur, ob quorum infestationem deplorat miseriam Ecclesiæ. Bernard. non reprehendit virtù doctrinæ, sed morum. Et ipse serm. 66. in cantica refellit ex instituto Apostolicos hæreticos asserentes malos Episcopos non esse Episcopos. Quæ ex Chrys. producuntur sunt ex opere imperfecto in Matthæum, quod vel depravatum fuit ab Arianis, vel ab authore Ariano editum.

Soluuntur Argumenta hæreticorum, quo probant Ecclesiam errare posse.

CAP. XVII.

Arum. in passione Christi non solum Sacerdotes omnes damnauerunt eum, sed etiam omnis populus clamauit, b Crucifige eum. Et b v. 13. c 14. Apostoli omnes fidem amiserunt, Mar. cap. 15. quod probatur 1. Ex Matth. 26. c c v. 31. d Marie d. Omnes vos scandalum patiemini in me. e 3. p. q. vlt. ar. 1. & Marci d vlt. Exprobauit incredulitatem eorum. 2. Ex ruxi rauti. Alexandro e Alensi, & Ioan. f Turrecr. qui in sola virgine Maria fidem remansisse contendunt: vt significatur illa vna candela, quæ sola accensa conseruatur ante Pascha in officio nocturno.

Sed quantum spectat ad huius sacerdotes, sup. g responsum est. Populus autem ille non comprehendebat omnes Iudeos. Nam in Hieros. erant Nicod. Ioseph ab Axim. & multi alii quibus hoc displicebat, quamplurimi etiam per orbem dispersi, qui nihil audierant de Christi

lib. 3. cap. 61.

g 2. de Concil. 8.

ad 2. arg.

D E E C C L. M I L I T.

accusatione, & proinde in vera fide manebant. Ad illud de Apostolis, dico. 1. tunc non fuisse, nisi Episcopos designatos, & proinde solum materiales Ecclesiæ partes quæ errare possunt. 2. neque tunc constituisse solos Ecclesiæ corpus. Nam status Ecclesiæ Christianæ cum obligatione ingrediendi in eam cœpit tantum in die Pentecostes. 3. non esse probabile Apostolos tunc amisisse fidem. Nam non leguntur reprehensi nisi de fide resurrectionis, quam amittere non potuerunt, cum illam non habuerint antea, nec enim intelligebant quæ de ipsa dicebantur illis à Christo, ut constat ex Luc. 18.
 h K. 34. h & Ioan. 20. i Deinde rogauerat k Christus antea pro firmitate fidei Petri, quomodo ergo probabile est eadē nocte Petrum fidem amisisse? Denique charitas non est sine fide. At illo triduo Magdalena l flagrabit ardenter, charitate. Ergo non in sola Virgine remanserat fides. Ad. 1. probationem resp. locum Math. intelligendum esse de peccato, quod Apostoli commiserunt fugiendo, & nimis timendo ac [forte] vacillando in fide, contra absolutum iudicium, siue deliberationem. Marcus verò non significat amisisse fidem, sed tardos fuisse ad credendum, quod nondum crediderant, scilicet resurrectionem.

Ad. 2. deceptos fuisse huius, authores maximè Turrecram, qui assentit esse contra fidem vniuersalis Ecclesiæ, ob illam unam candelam, contrarium asserere. 1. quia m Rupertus testatur tempore suo consueuisse extingui n ac per cætera lumina, quæ paulatim extinguebantur, significari Prophetas, quos diuersis saeculis Iudæi occiderunt, & occidentes, sibi tenebras faciebant, per ultimam candelam Christum. Deinde nouum ignem accendi solitum, significans nouum lumen Christianor. ex lapide Christo à Iudæis percusso ortum in mentibus nostris. 2. dici potest ideo illa significari cedula B. Virginem, quod in ea sola fuerit explicita Resurrectionis fides. Et certè intelligi nequit quomodo tot dispersi per mundum, qui nihil de Christo audierant, & ante eius passionem fidem habebant, illicè in passione illam sine sua culpa amiserint. Quod tamen necesse est asserere si in sola Virgine fides remansit.

m 5. Diuinor.
officior. 26.
n Cap. 28.



LIBER QVAR- TVS, QVI EST DE notis Ecclesiæ.

Refellitur sententia hæreticorum.

C A P. I. ET II.



Raetationem de notis Eccle-
siæ vtilissimam esse hinc con-
stat, quod per eas vera di-
gnoscatur Ecclesia, in a qua
sola est salus.

C A P. I.

Lutherus b septem notas proponit. Primo veram, & incorruptam Euangelij prædicationem. 2. legitimam nere non possunt baptismi administrationem. 3. legitimum Eucharistia sunt, qui esse vsum. 4. legitimum vsum clauium. 5. legitimam ministrorum electionem, qui doceant, & Sacraenta mi-
nistrent. 6. orationem publicam, & psalmodiam, ac Catechismum lingua vernacula. 7. Mysterium crucis deant licet

C A P. 2.

a Cyprian. de simplicit. prælat. Cum Deo ma-
in Ecclesia in Dei vnamimes noluerunt: ar-
flammis, &
ignibus traditi, vel obiecti bestiis animas suas ponant, non erit illa fidei corona, sed poena perfidie: occidi talis potest: coronari non potest.
b Lib. de Conc. & Eccles.

DE N O T . E C C L .

idest tribulationes intus nimirum mæsticiam, pusillanimitatem, terrores, & extus, videlicet paupertatem, contemptum, pro hæreticis haberi, &c.

c Artic. 6. Confessio e Augustana & Calvinius d duas tantum d Instit. 4. cap. proponunt, scilicet prædicationem sinceram verbi Dei i. §. 10. & II. & sincerum usum sacramentorum. quæ reuocari possunt. c centur. I. lib. sunt ad quinque primas Lutheri.

I. cap. 4. col. 137. Centuriastæ e duas addunt nimirum constantiam in & 164. fidei confessione, Et obedientiam erga ministros verbi f Nec enim per quatenus verbum administrant, sed comprehendunt ea quæ non sunt tur hæ duæ in 5. & 7. Lutheri.

alicui propria, Refellitur Prima Lutheri, primò, quia notæ, qui sed cum aliis cōbus aliquid facile dignoscatur, debent illi esse propriæ munia poterit & secundum rem, & secundum communem opinionem ab illis discerni, f ut patet. Sed nulla est secta, quæ se non afferat habere & cognosci. puram Euangeliæ prædicationem. Quomodo ergo per g 3. cap. 2. huiusmodi prædicationem poterit cognosci quæ sit inter omnes sectas vera Ecclesia? 2. notæ debent esse

h De prescript. notiores re cuius sunt notæ. At notior est Ecclesia præ- Quid prædicatio- dicatione verbi. Non enim aliunde scimus, quæ sit ve- uerunt Apost. ra prædicatione verbi, quam per Ecclesiam ut docent g quid illis Chri- Iren. & h Tertull. Deinde ita volunt aduersarii prædi- stus revelau- cationem verbi esse notam, Eccles. ut simul velint re- rit, & hic præ- quiri eius receptionem, idest credatur. At nobis igno- cribā non ali- ti sunt qui verè Euangeliō credunt.

ter probari de- Obiicitur primò i ones mee vocem meam audiunt. bère, nisi per Ergo ibi Ecclesia, vbi auditur verbum Dei. easd. Ecclesiæ Secundò, Ecclesia mundatur verbo Ephes. v. 26. Item. quas ipsi Apo- Vos k mundi estis propter sermonem quem loquutus sum vo- stoli condide- bis. & Euangelium, virtus Dei est in salutem omni creden- runt. Ratio est ti. Rom. I. v. 16.

quod non nisi ab Tertiò, l ubi sunt duo vel tres congregati &c. Quartò, Ecclæsia habet illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est. Ioan. 10. v. 35. tur quis verus Quintò, Qui ergo (inquit m Chrysostom.) vult co- fit sensus script. gnoscere quæ sit vera Ecclæsia Christi, unde cognoscat nisi vide supr. l. 3. de tantum per scripturas? Aug. n In scripturis (inquit) didi- Verbo Dei. cimus christum, in scripturis didicimus Ecclæsiam. similia i Joan. 10. v. 27.

k Ioan. 15. v. 3. l Math. 18. v. 20. m Homil. 49. in Math. n Epistol. 166.

habet etiam lib. de vnitate Ecclesiæ cap. 1. & 2. tertio
Sexto, verbum Dei est efficax, ergo vbi cumque prædi-
catur, ibi est aliqua vera Ecclesia.

Ad primum resp. p ibi agi de electis: cumque nescia-
mus, qui sint, siue qui audiunt perseveranter verbum
Dei: neque id poterit esse nota Ecclesiæ.

Ad. 2. his locis tantum haberi quid boni inuisibiliter
Deus suæ contulerit Ecclesiæ: inuisibile autem non est
Ecclesiæ nota.

Ad. 3. non demonstrare vbi sit Ecclesia, sed vbi Chri-
stus. vbi enim est vera Ecclesia, ibi est Christus.

Ad. 4. resp. 1. per Deos, intelligi solos principes, q
quibus Deus aliquid commisit. 2. non sufficere prædi-
cari verbum, sed debere (iuxta aduersarios) credi, fides
autem est inuisibilis.

Ad. 5. et si Ecclesia absolute sit notior scriptura, ta-
men interdum posse fieri, (nimurum quando scriptura
est clara & recepta, & quæstio oritur de Ecclesia hac
vel illa) ut Ecclesia per scripturam probetur, non tan-
quam per notam, sed quia docet scriptura quæ sint Ec-
clesiæ notæ. Et hoc solum velle testimonia allata.

Ad. 6. resp. 1. solum probare ad summum, vbi prædi-
catur verbum, esse aliquos bonos: verum non nouimus
illos. 2. verbum semper fructificare, quando legitimè
prædicatur, hoc autem nequit cognosci nisi per Eccle-
siæ verâ: & proinde quæ iam præsupponitur manifesta.

Secunda 3. 4. 5. nota iisdem refellitur arg. quibus pri-
ma. Deinde Ecclesia Corinthiorum tempore Pauli, & r *Vt docent*
Africana tempore Cypriani vera r erat Ecclesia: & ta-
men illi: / circa usum Eucharist, hi verò Baptismi non *Aug. 6. cap. 7.*
mediocriter errabant. *de Baptif. &*
Hiero contra

Sexta, si loquatur de interna inuocatione: cum hæc
sit inuisibilis, non erit nota: sed neque si de externa, cū
sit communissima. nam omnes sectæ huius temporis
dicunt orationem dominicam, & canunt psalmos lin-
gua vernacula.

Septima refellitur, quia internæ tribulationes sunt
inuisibilis: adde pusillanimitatem esse vitium: & re-
gnū Dei esse: gaudiū, in Spir. S. externæ non sunt per-
petuae: nam in principio, & fine Ecclesia tribulationes

*o Nolo homi-
nis documen-
tis, sed diuinis
oraculis san-
ctam Ecclesiā
demonstrari.*

*P Ut exponit
Ang.*

*q Hoc est enim
ad eos fieri ser-
monem.*

*t Ephesior. 5. v.
19. Coloff. v. 16.
Philipp. 4. v. 4.*

DE NOT. ECCL.

patitur, at in medio florentissima extat.

- u** Apud Euseb.
s. cap. 18. histos.
x Apud Epiph.
hæref. 80.
y Apud Aug. ep.
68. viuebant
(inquit) vt la-
tronos, hono-
rabantur vt
martyres.
z Serm. 66. in
Cant.
- Prima Centuriat. impugnatur primò, quia non nisi ex Ecclesia vera, constat quæ sit vera fidei confessio. 2. multæ sunt sectæ, quæ de suis martyribus gloriantur, ut Montanistar. u Maßilianor. x Donatistarum y Anabaptistar. tempore Bernardi z & nostro. Ecclesia etiā catholica innumerabiles habet martyres. Lutherana verò suæ confessionis paucissimos. quomodo ergo per id dignoscetur Ecclesia vera?

*Prima vera nota Ecclesiæ ipsum nomen,
Catholicum.*

CAP. III. ET III.

CAP. III.



Bseruandum est Primiò, aliud esse eidenter verum, aliud eidenter credibile. Illud est, quod in se, vel in suis principiis videtur: hoc, quod neutrò videtur modo: habet tamen tot, & tam grauia testimonia vt quilibet vir sapiens id meritò credere debeat.

Secundò, nos non velle Ecclesiæ notas (quas afferimus) facere simpliciter, ac omnibus eidentiam veritatis: alioquin nulli inuenirentur illas negantes: facere tamen eidentiam credibilitatis, iuxta illud: *Testimonia a tua credibilia facta sunt nimis.*

Tertiò, recipientibus scripturas diuinias, historias, & PP. facere eidentiam veritatis, hoc enim est eidenter verum, quod eidenter deducitur ex principiis certis.

Etsi autem veræ notæ Ecclesiæ variae à variis numerentur. 15. nos producemos, quæ facilè ad illa quatuor Symboli vnam, sanctam Catholicam, & Apostolicam reuocari poterunt.

Prima est ipsum nomen Catholicæ Ecclesiæ, & Chri-
stiano-

CAP. III.

b Epist. ad sym-
pronianum.
c In Triphone.
d Serm. 2. con-
tra Arianos
pag. 1.

stianorum. [Hoc enim est notissimum, vt patet] item, & propriissimum veræ Ecclesiæ, sicut docent PP. August. lib. contra epistolam fundamenti c. 4. Cyrill.ca-
tech. 18. Si iueris in aliquam urbem, non petas ubi sit Eccle-
sia, vel domus Dei, nam etiam hæretici dicunt se habere do-
mum Dei & Ecclesiam: sed petas, ubi sit catholica Ecclesia.
Id enim nomen proprium est huius sanctæ Ecclesiæ, matris
omnium nostrum. b Pacianus: Certè (inquit) non est ab
homine mutuatum, quod per saecula tantum non cecidit. Catho-
licum istud, nec Marcionem nec Appellem, nec Montanum
sonat: nec hæreticos sumit Authores. Iustinus c docet sectas
prauas denominari ab hæresiarchis. At d vt (inquit Atha-
nas.) numquam populus (Scilicet Dei) ab Episcopis suis,
sed à Domino in quem creditum fuit, nomen accepit. certè à
Beatis Apostolis præceptoribus nostris appellations adepti non
sumus, sed à Christo Christiani sumus, & nuncupamus: illi
verò qui aliunde originem suæ fidei deducunt, merito autho-
rum suorum cognomenta præ se ferunt &c. e Chrysostom. f
illi habent (inquit) quosdam à quibus appellantur,
prout enim hæresiarchæ nomen, ita & secta vocatur,
nobis autem nullus vir nomen dedit, sed ipsa fides. Hieron. contra Luciferianos in fine: sicuti audietis eos
qui dicuntur Christiani, non à Domino Iesu Christo,
sed à quocumque alio nuncupari, vt Marcionitas, Va-
lentinianos: scito Ecclesiam non Christi, sed Antichri-
sti esse synagogam.

Obiiciunt, nos vocari Papistas, & Romanenses. Sed
hec quamvis sint honorabilia nomina, à quibusnam
taliter vocamur, nisi à solis Lutheranis, & Caluinistis? non enim ita in Asia Africa Indiis Græcia, Italia, Hispania &c.

e Illi verò, qui
aliunde origi-
nem suæ fidei
deducunt: me-
ritò authorum
suorū cogno-
menta, vñad
quos perti-
neant, præse-
ferunt.

f εἰ τοις γόλων
απὸ τῶν ἀποστόλων
εἴτε τῶν επαρχιῶν
εἴτε τῶν κυρίων
εἴτε τῶν πάτρων
εἴτε τῶν πατέρων
εἴτε τῶν πατέρων
μακαρίων απόστολων
διδασκάλων ή μητέρων
επερμάνων, ή διακο-
νοντών τῶν κυρίων
ιαναγγέλων, ή τέ
εκεῖτων ή καταβολής
απὸ τοῦ Χριστοῦ
χριστινούς καὶ εμίσ
καὶ ἐργάζοντας οἱ
διπλῶς ἵστων ἔχον-
τε τοὺς ἀρχέτυποὺς το-
μένους πίστεως σκε-
υας εἰσθίως ἐχοντες
πλει παντούς, οι
αὐτῶς γειτόνων κατ-
ηγορούσι.

DE NOT. ECCL.

NOTA SECUNDA,

Antiquitas.

CAP. V.

a Unde Math
13. legimus prius
bonum semina-
tum semen quā
zizania.

b Eſſe antiquio-
rem omnium cō-
uenticulis paga-
norum, ino no-
ſtran ſcripturā
eſſe ipliſ: entiliū
diis antiquiōe
demonſtrat Tert.
in Apologetico
c. 19. & 20. Aug.
18. Cuit. 37. &
38.

c Hec omnia
in mutatione
ſtatus Ecclesie
eiudem à Chri-
ſto inueniuntur.
author, Christus
dogma, de Tri-
nitate, & incar-
natione, tempus,
15. Tyberij an.
locus, Judea
oppugnatores
Pharisei ac gen.
tiles, & certum eſſt initio fuſſe pauciores Christianos quam deinceps. d cap.
4. cap. autem 5. enumerant cuiuslibet hæreſes ſeculi, nec ullam annotarunt ex-
coſitatam à Romanis Pontificib. ſed potius condenatas ab eis c Ut epift. eius
ad omnes miſſas prouincias intelligi potest.



Anc eſſe Ecclesie notam patet,
Quod sine dubio: Ecclesia anti-
quior manifeste eſt vera: ſicut
enim dicitur catholica, quia omni
tempore fuit, ita & Apostolica quia
ab Apostolis fundata: & proinde
antiquissima. Noſtrum autem eſſe b
antiquiorem omnibus hæreticorum ſectis facile probatur. Nam eſt illa ipliſ quam iſtituit Christus. Si-
quidem in omni mutatione insigni religionis ſemper
iſta ſex demonstrari poſſunt. Primo e author eius. Se-
condo dogma aliquod nouum. Tertio tempus quo cæ-
perit. Quartio locus vbi cœpit. Quinto, quiſ eam op-
pugnauerit. Sexto exiguis aliquis cœtus, vnde paula-
tim aliis accendentibus creuerit. At nihil horum aduer-
ſarij vñquam de noſtra Ecclesia, poſt Apostolica
tempora demonſtrare poſuerunt. Nusquam enim no-
bis obiecerunt authorem noſtræ ſectæ, aut ab aliquo
particulari homine nos appellauerunt, non ſolum
nusquam oſtenderunt originem, poſt Christum, do-
gmatiſ nostri, ſed Centuriatores in ſingulis d Centuriis
annotant, qui authores defendent noſtra dogma-
ta, nec originem inueniunt niſi Apostolorum tem-
poſe. Nam Iuſtinum & Irenæum inter eos numerant,
quos conſtat vicinos Apostolorum temporibus. nus-
quam oſtendere poſuerunt tempus certum noſtræ de-
fectionis ab Ecclesia & quo loco cæperit. Nam poſt
500. annos, quo dubitanter dicunt incepſile, floruit
Gregorius magnus cum quo totus orbis Christianus e
communicauit. Quiſ eam oppugnauerit non habent,
c

proferunt quidem, Concil. Constantinopolit. sub Cognomino: sed illud illegitimum, & impium fuisse, *f. supra f. 2. De Conciliis probatum est.* Deinde non *damnauit nouum dogma cap. 8.* sed antiquum de imaginibus honorandis. Multò autem plures adhæsse Romano Pontifici semper quam quibuscunque sectis, satis constat ex epist. summorum Pontificum, ad diuersas orbis partes, & ex historicis. Hoc argumento ab antiquitate usi sunt Tertull. de præscrip. *Quis estis vos (inquit) unde, & quando venistis? ubi tandem latuistis?* Optatus. 2. contra Parmen. *vestrae cathedrae originem ostendite, quia vultis vobis sanctam Ecclesiam vendicare.* Hilarius. 6. de Trinit. ante medium Hier. ep. ad Pammachiū, & Oceanum. *Quisquis es assertor nouorum dogmatum, queso te ut parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ Apostolico ore laudata est.* Cur post quadringentos annos docere nos niteris, quod ante nesciuimus? *usque in hanc diē sine vestra ista doctrina Christianus mundus factus est.* Aug. contra epist. fundamen. 4. ponit antiquitatem inter Ecclesiæ notas.

Obiiciunt g primò, Ismael fuit senior Isaac, & tamen dictum est eifice Ancillam, & filium eius. Ergo inuictū nequit ab antiquitate duci argumentum.

Respondeo Ismael non fuisse figuram falsæ religionis sed solum Testamenti veteris, boni quidem in se. h Galat. 4. v. 24. Sed quia seruorum erat, qui timore ducuntur, debuit & succedere testamentum nouum.

2. non posse idcò ostendi authorem tempus &c. quo cœperit nostra mutatio, non quod nō sit noua: sed quia paulatim irrepserunt errores dormientibus pastoribus.

Resp. etiā mutationes alias non factas fuisse simul, ut patet de Luthero: qui initio nō nisi indulgētias negabat. 1. Math. 11. v. 15. Neq; dicuntur in Euág. zizania nata dormiētibus ho- k Ita Magde- minib⁹, sed seminata: Et tamen scimus quo authore, quo burg. Centur. 7. tēpore, &c. hæreses cœperint, & mox vt nata apparuerūt cap. 1. zizania, fuere cognita. Quomodo ergo per mille annos 1. 2. De Roman. detecti non fuerunt errores, si qui sint in nobis? Pont. à cap. 12.

3. h Insignem mutationē factam fuisse quando R. Pót. & deinceps (ac obtinuit a Phoca, dici caput Episc. aperuitque Pan- specialiter dum- thecon, templum videlicet omnium Deorum. taxat. 17.) qui-

Sed præter id quod hac de re / alibi dictum est. Con- bus probatur cil. 6. generale, quod aduersarii vt SS. recipiunt, post tē- primatus Pape

DE NOT. ECCL.

a Ut etiā proli- pora Phocæ celebratum est: huius autē præcipuæ partes
 x desribunt fuerūt m Agath. P. Porro Pantheon non fuit apertū om-
 Centur. Centu- nibus diis, sed dedicatum Deo in memoriam sanctorum:
 ria. 7. cap. 9 quodquidem non erat nouum. Cùm antea Romæ
 n Vide infra. haberentur templa s. Petri, Pauli, Laurentii, Sebastiani
 lib. 1. de Ecclesia & inuocatio Sanctorum longè n præcesserit.
 triumphante 19 Quod autem o dicunt suam Ecclesiam non esse no-
 o Calvinus præ- uam, sed illam ipsam quam fundauit Christus, quæ
 fat. instituti. per multa sæcula non apparuit, sed nunc repente vi-
 p 3. de Bapt. 2. sa est, conuellitur. Primo, Argumento Divi p Augusti-
 q Vide supr. lib. ni. Nam aut ista Ecclesia quæ nunc apparuit ante pe-
 3. de Eccl. milit. rierat, & nunc resurrexit, aut solùm latuerat, & nunc
 cap. 13 extulit caput. non prius, quia quomodo potuissest re-
 nasci, si mater eius perierat? Deinde q promissiones
 Christi pro Ecclesia sua contrarium docent. Si po-
 sterius, vel ipsa Ecclesia latens, suam profitebatur fi-
 dem, vel non. Siprius: ergo non latebat. Si posterius:
 ergo non erat vera Ecclesia: quia iuxta aduersarios est
 nota Ecclesiæ, fidei confessio. 2. fuissest Ecclesia Chri-
 sti miserabilior omni secta impia. nam, nulla fuit hæ-
 retica, quæ non sua habuerit templa, & ritus apparen-
 tes. Iudæi etiam post Christum, semper aliquas habue-
 runt Synagogas, nec usquam coacti generaliter Deos
 alienos adorare. At Ecclesia per mille annos, nec qui-
 dem angulum terræ habuisset quo suam exerceceret re-
 ligionem, & coacta seruisset diis alienis.

NOTA TERTIA.

Duratio diurna usquam interrupta.

C A P. VI.

- a Dan. 2. v. 44.
- b 2. Timo. 3. v. 9.
- c xix. regnū fūcūr t' m
mātūr.
- non Proficient
- ad plurimum.
- c 4. Ep. 2.



Am Ecclesia dicitur, a Regnum quod
 in æternum non dissipabitur. At hæreti-
 ci, b ultra non proficient (inquit Pau-
 lus) & schismati ci semper initio fer-
 uent teste c Cyprian. sed incrementa
 habere non possunt. Ecclesia autem
 nostra durauit ab initio mundi, vel si de statu noui Te-

stamenti loquamur à Christo usque huc, oppugnanti- *d* Non minui-
bus Iudæis, paganis, hereticis. ex quorum *d* persecutio- tur persecutio-
nibus creuit, & eleuata est, regna vero temporalia suè- nibus Eccle-
re destructa. sicut aquæ diluuij obruebant facilè regum sua (inquit Leo.
palatia, arcam verò Noe magis, ac magis attollebant. *i. serm. i. de 55.*
Nam si nostra Ecclesia, non est illa Christi antiqua: *Petro & Pau-*
ergo periiit omnino aliquando vera Ecclesia. Siquidem lo) sed augerit
ante Lutherum erant solùm in mundo hæ sectæ Paga- & semper Do-
nismus, Iudaismus, Mahumerismus, Græcismus, Nesto- minicus ager-
rianismus, Hussitarum heres, & Romana Ecclesia. fa- segete ditione
tentur aduersarii nullam harum (præter Romanam) vestitur, dum
fuisse veram Ecclesiam. Ergo Romana erat vera Eccle- grana, que fin-
sia. At Lutherani vix nati arescere cœperunt. Cœpit gula cadunt
enim regnum Lutheri an 1517. Surrexit autem Zuin- multiplicata
glius. 1525. post duos alios annos Anabaptistæ, qui nascuntur.
maiorem Lutheranorum partem ad se traxerunt. Qui c Ante Lutherū
verò Lutherani manserunt, adeò mutarunt doctrinam numerantur
Lutheri ut vix iam inueniantur puri Lutherani. Zuin- 200. heretico-
glius non diu regnauit. Nam ann. 1538. Surrexit Cal- rum diuerfissi-
uinus, qui ita breui inualuit, ut vix pauca quædam op- mæ familie
pidæ Heluetiorum Zuinglianis reliquerit. Ipsi quoque quarum nihil
Caluinistæ per libertinos in Gallia, Puritanos in An- supereft nisi reli-
glia, Trinitarios in Polonia, & Samosatenos in Tran- quiæ Nestoria-
syluania quotidie magis minuuntur. norum. Et Euty-
Ergone, Dubitabimus f (inquit August) nos illius chianorum in
Ecclæsiae concedere gremio, que ab Apostolica sede per suc- Oriente Hussi-
tessiones Episcoporum frustra hereticis circumlatrantibus cul- tarū in Bohemia.
men authoritatis obtinuit. g Breuem, apertamque animi f De utilitate
mei sententiam proferam, in illa Ecclesia permanendum credendi. ca. 17.
que ab Apostolis fundata, usque ad diem hanc durat ait g Hieron. in ex-
Hieronym. tremo dialogo
aduersus Luci-
ferianos.

DE NOT. ECCL.

NOTA QVARTA

*Amplitudo, siue multitudo, & varietas
credentium.*

CAP. VII.

a Ita explicat
quid sit esse ca-
tholicum *Vin-
centius Lyrinè-
sis in suo com-
monitorio.*

b *Ista Aug. ep.
80.*

c *ita Driedo. 4.
cap. 2. par. 2. de
Eccl. dogmat.
d u. 6.*

e *i. cap. 3.*

f *Lib. contra In-
deos cap. 3.*

g *De unit. Eccl.*

h *lib. de huma-
nitate verbi.*

i *Et Hier. in 24.
Mathæi.*

k *Ep. 73. & 80.*

l *In Epistol. ad
diuersos diuer-
tarum nationum.*

Episc. apud au-
thorè vite eius

m *lib. 2. cap. 7.
n lib. de pastor.*

cap. 8.



N quahæc consideranda sunt. 1. debe-
re a amplecti omnia loca, & homi-
num genera. 2. b non requiri ut sit
Ecclesia Catholica in omnibus homini-
bus totius mundi, sed tantum ut inno-
tescat omnibus prouinciis, ac in om-
nibus fructificet. 3. c non requiri ut hoc fiat simul,
sed sufficere fieri successiuè. 4. nihilominus debere
Ecclesiam nunc fuisse, vel esse in maiori orbis parte Ec-
clesia enim, omnium consensu, iam fenuit. Si ergo in
Adolescentia sua non creuit, quomodo in senectute
crescer?

Iam verò nostram Ecclesiam hanc habere amplitu-
dinem, probatur. Tempore Apostolorum fructificare
cœpit in toto mundo teste Paulo Coloss. 1. d tempore
Irenæi e erat per vniuersas prouincias tunc cognitas
sparsa. idem testantur de suo tempore f Tertull. g Cy-
prian. Athanas. h Chrysost. i August., k Gregor. l
Bernard. m Denique nostro tempore habet Ecclesia
Romana Catholicos suos in Hispania, Italia, Gallia
Germania, Anglia, Polonia, Bohemia, Hungaria,
 Dubiū 1. An praeceptum de decimis possit alia consuetudine abrogari. .
 2. An laici pauperes teneantur dare decimas Clericis diuitibus. .
 3. An excusentur a peccato qui nullas decimas soluunt ubi non est consuetudo soluendi. .
 4. Quæ sit ratio Determinationis Ecclesiae, circa decimas.
 CAP. 26. De possessionibus, que dono laicorum possidentur a Clericis. .
 27. De patrimonialibus Clericorum bonis. .
 28. An Clerici sint liberi a Jugo secularis potestatis. .
 29. An Exemptio Clericorum sit iuris naturalis. .
 30. Soluuntur Argumenta. .

LIBER SECUNDVS

Qui est

DE MONACHIS.

Ex Praefatione.

- CAP. 1. DE nomine Monastices. .
 2. De natura, sive definitione Religionis. .
 3. De variis ordinibus Religiosorum. .
 4. De confirmatione Religionum. .
 5. De origine Religionum. .
 6. Inenlacia aduersariorum, & calumnia. .
 7. Quid sit consilium. .
 8. & 9. Probantur consilia ex scripturis. .
 10. & 11. Idem assertur exemplis & ex PP. .
 12. Ratione probatur. .
 13. Soluuntur obiectiones. .
 14. Explicantur nomen & definitio voti. .
 15. & 16. Prima propositio, de voto.

INDEX

17. *Secunda propositio.*
18. *Soluuntur obiectiones.*
19. *Tertia propositio.*
20. *Quarta propositio.*
21. *Quinta propositio.*
22. *Sexta propositio.*
23. *Septima propositio.*
24. *Octava propositio.*
25. *Idem votum afferitur ex conciliis.*
26. *Ex Pontificum Responsis & Imperatorum.*
27. *Ex Patribus.*
28. *Probatur rationibus.*
29. & 30. *Soluuntur prima & secunda obiectio.*
31. *Soluuntur Tertia.*
32. *Soluuntur alia a ratione dubiae.*
33. *Soluuntur ex Conciliis.*
34. *Soluuntur ex Patribus.*
35. *De Juniorum votis.*
36. *Licere filii cum ad annos pubertatis venerint, nec eorum auxilio egeant necessario parentes, ingredientem parentibus iniurias.*
37. *Licere coniugatis ex consensu vovere continentiam.*
38. *Per vota solemnia solvi matrimonium, ratum sed non consummatum.*
39. *De Eremitis.*
40. *De antiquitate, & ratione tonsure Monachorum.*
41. *Licere Monachis manibus laborare.*
42. *Non teneri Monachos ad laborem manuum, magis quam quibus seculares.*
43. *Licitum esse Monachis vivere ex bonis patrimonialibus in communione.*
44. *Licere Monachis vivere ex rebus sponte donatis.*
45. *Licere Monachis ex mendicitate vivere.*
46. *Soluuntur Argumenta.*

LIBER TERTIVS.
De Laicis.

- CAP. I. **D**E politica potestate, *An sit bona & Christianis licita.*
2. *Afferitur politicus Magistratus ex scripturis.*
 4. *Idem afferitur exemplis sanctorum.*
 5. *Afferitur idem ex fine principatus*
 6. *Idem probatur rationibus ab efficiente.*
 7. *Ex Antiquitate.*
 8. *Principatum in impiis etiam esse.*
 9. & 10. *De officio Magistratus, Prima Propositio.*
 11. *Secunda propositio.*
 12. *Tertia propositio.*
 13. *Quarta propositio.*
 14. *Licere Christianis aliquando bella gerere.*
 15. *Quot & que sint iusti belli conditiones.*
 16. *Licere Christianis bellum contra Turcas gerere.*
 17. & 18. *De officio Magistratus circa Religionem.*
 19. *Non posse conciliari catholicos cum hereticis.*
 20. *Libros hereticorum abolendos esse.*
 21. *Posse hereticos ab Ecclesia damnatos puniri etiam morte.*
 22. *Soluuntur objectiones.*

Iij



LIBER PRIMVS, DE CLERICIS.

Denomine Clerici & Laici.

C A P . I.



A*ICCI* dicti sunt quasi plebeij, ac populares, (*λαϊς* enim populus est) quibus nulla pars functionis Ecclesiastice demandata. *a* Clerici vero, quasi domini sors & hereditas (*κληρος* namque sors est) qui diuino cultui consecrati, procuradæ religionis, rerumque sacrarum curam suscep-

runt, Deo ipso iubente.

Quamuis autem cum *b* Caluino *c* Lutherus velit, errore vel prava traditione nomen cleri ita usurpari a nobis: eo tamen in hac significatione videntur *d* Tertullian. passim Concilia, nominatim Nicenum *e* prim. canones *f* Apostolorum: ac ante illos *g* Hierem. dixit: *Clerii enim non proderunt eis: quod de clericis nostris intellexerunt b Origen. i Epiph. atque k Hierony. apprimè linguam callentes Hebream.*

Obicitur Primo, populus Christianus simplex esse debet Galat. 3. *l Non est Judeus, neque Graecus, non est seruus, neque liber, non est masculus neque feminus: in omnibus enim vos unus es in Christo Iesu.*

a Hieron. ep. ad Nepotianum.

b 4. Inst. 4. §. 9.

c li. de abrogan.

Missa priuata par. 1. tract. illud Petri: Non dominantes in Cleris.

d lib. de monoga mia.

e can. 1. 2. 3. 8.

&c.

f can. 12. si quis cum dñmato cle-

rico orauerit dñ

netur. item can.

13. &c. 15.

g cap. 20.

h hom. 7. in Hie.

i initio. ep. ad

Joan. Hierosol.

k supr. & in com-

ment. illius cap.

Hierem.

l v. 28.

m v. 29.

Resp. hanc simplicit. & vnitatem sitam esse, in vnitate eiusdem fidei, & sensus. n Ephes. 4. & o 1. Corinth. cum n v. 5.
qua non magis pugnat distinctio cleri, & laici, quam distinctio membrorum, cum vnitate corporis. Neque Paulus vult tollere sexuum, conditionum, nationum diuersitatem, in Ecclesia, sed tantum monere, non ista sed fidem, filios Dei facere.

Secundò, B. Petrum vocasse vniuersam Ecclesiam clerum. p 1. Petri 5.

Resp. primò probabile esse loqui tantum de iis, qui propriè clerici dicuntur: vt interpretatur q Hieron. Al-ludit enim ad leuitas veteris Testamenti, qui r dicun-tur de sorte domini, & quibus nostri respōdent clerici, non populus 2. posse huius. nomen sub diuersa ratione, tum vniuersæ Ecclesiæ, tum solis aptari ministris. Nam sicut Ecclesia vniuersa, sors Christi est, quia eam suo ac-quisiuit sanguine: sic magis propriè ea portio Eccle-siæ debet eius sors dici, quæ illi peculiariter dica-tur: non secus atque Synagoga Iudeor. vniuersa pa-sim a prophetis hæreditas domini vocatur, quod eam vniuersam Deus ex Aegypto liberasset. Et tamen so-lam leuiticam tribum, quam sacris præfecerat rebus, speciali quadā ratione sortē, & hæreditatē suā appellat.

p v. 3.

q ep. ad Nepot.
& Ecumenius
commentar. in
1. Petri.
r Deute. 18. v. 2.

DE INSTITUTIONE MI-nistrorum,

PRIMA PROPOSITIO.

*Non pertinet ad populum ius ordinandi pa-stores, siue ministros Ecclesiæ,
sed ad Episcopos.*

CAP. II. ET III.

APPELLATIONE a creationis Episcoporum tria conti- a CAP. 2.
nentur 1. Electio (id est designatio certæ personæ ad Ecclesiasticam præfecturam) 2. Ordinatio (scilicet ritus inungendi, ac consecrandi) 3. missio, seu vocatio,

DE MEMB. ECC. MIL.

quæ iurisdictionem tribuit, ac præsulem facit re ipsa.
 b & Ioh. Huff. b Vyclef ad solum Deum electionem spectare contendit c Lutherus & sectarij cæteri, electionem, ac vocationem, ad vniuersam Ecclesiam. Ordinationem verò ad pastores nomine totius Ecclesiæ. d Probatur tamen nostra propositio catholica. Primò Moses e sacerdos & Pontifex ordinauit solus Aaronem & filios eius Leuitici 8.
 2. doct̄r. fid. cap. 39. & 40. c lib. de potest. Pape. Calui. 4. Inst. 3. §. 15.

d Cap. 3. Secundò, f vbi cumque in nouo Testam. sit mentio impositionis manuū (quo ritu, etiam apud aduersarios, celebratur ordinatio) ea semper Apostolis, cæterisque Episcopis tribuitur, nusquam plebi.
 e Psal. 98. v. 6. Tertiò, ex can. g I. Apostol. quo sanctitur debere Episcopum a tribus ordinari Episcopis.
 f vt Actor. 6. v. 6. 2. Timot. 1. Quartò, ex h PP. qui constanter docent solius Episcopi esse initiare sacris, siue presbyteros, siue diaconi, siue Episcopos: neque id vlo modo presbyteris licere, multo minus plebi.

g est 4. Concil. Niceni. duodec. Quintò, ex antiqua, & perpetua Ecclesiæ consuetudine. A seculo enim non est auditum, vt Episcopum non Episcopus ordinaret. Imo apud Lutheranos, & h Epi p. bær. 75. Caluinist. ij solum manus imponunt, & pastores ac ministros faciunt, qui Episcopi haberi volunt.

Conc. Carthag. 2. Respon. clerum, ac populum non imponere quidem manus, non quia desit authoritas, sed commoditas: nec Carth. 3. &c. enim fieri potest, vt tot manus super unius hominis causa in breuiculo, col put imponantur. Itaque authoritas ordinandi ministros, lat. 3. cap. 5. totius est multitudinis, executio verò pastorum.

Sed nomine populi ordinari pastores a pastoribus, tripliciter intelligi potest. Primò, quia quod tribuitur parti, tribuitur toti: vt nomine totius corporis, lingua dicitur loqui, ita quod tribuitur Episco. tribuatur toti Eccl. & inde populo: verum hac ratione non magis erit potestas ordinandi in populo, quam in manu loqui: nec enim quod est vni proprium parti, alteri tribui potest.

Secundò, vt in ipso populo sit verè ordinandi potestas, sicut in principe ius dicendi (si velit) in prætorio. Ethoc quidem falsum, alioquin posset populus, qui buscumq; placeret, demandare ordinandi officiū quod aduersatur decretis, ac cōsuetudini Eccl. & aduersariis.

Nam ita in eorum cœtibus non quiuis è populo, sed soli pastores manus imponunt, vt si fecus fiat irrita censoratur ordinatio. Et certè cum potestas ordinandi ministros per ordinationem accipiatur, nequit intelligi populum ordinare, & ordinationem non accepisse.

Tertiò, et si populus, ordinis potestatem non habeat, habeat tamen iurisdictionis, & proinde ius imperandi pastoribus, vt certis hominibus, à se designatis manus imponant. Sed quia de hac iurisdictione proximè dicimus, nunc colligere sufficiat. Si non sunt veri pastores, qui non sunt per manus impositionem à veris pastoribus ordinati. (vt ex Apostolor. perpetua consuetudine colligit etiam Caluinus) nullos esse veros pastores apud hæreticos, & consequenter nec Ecclesiam. Pastores namque quos habuerunt primos, neque fuerunt à nostris ordinati Episcopi, vt patet, neque à suis. Non enim antecessores habuerunt, si primi non fuerunt veri pastores, neque etiam secundi, tertii, &c.

Respondet Caluin, cum primum constituitur Ecclesia, vel restituitur, solere Deum extraordinario modo excitare Apostolos, & Euangelist. Sed nequit restituī Ecclesia, nisi ante deficiat. Probatum est autem lib.

3. de Eccles. 13. eam deficere non posse.

i 4. Institut. 3. §. 16.

SECVNDA PROPOSITIO.

Non est populi, sed Episcoporum, & potissimum Papæ, vocare ministros.

CAP. IV.

Primò probatur, omnibus argumentis quibus monstratum est Ecclesiasticam iurisdictionem Rom. Pont. non esse in ipso fidelium cœtu, sed in summo Pont. & ab eo in Episcopos deriuari.

Secundò, ex Apostolica consuetudine. Nam Actor.

b 14. Paulus, & Barnabas constituebant per ciuitates, b v. 22. Item ad I iiij Titum 1. v. 5.

c Cent. I. lib. 2.
cap. 2
d infra cap. 7.

presbiteros. Et ipsi à Centuriator. fatentur primos, post Apostolos, Episcopos, ab Apostolis constitutos.

Tertiò, d probatur sumus electionem ministrorum populo non conuenire, multo minus ergo vocatio conuenier.

TERTIA PROPOSITIO.

Electio Ministrorum non fit à solo Deo.

CAP. V.

a articulo 8. damnatorū à concil. Constantien. fess. 8. Si Pap. sit Præscitus, & malus, & per consequēsmē brum Diaboli non habet potestatem super fideles, nisi for tē à Cæsare. f. art. 22. damnatorū ibi fess. 15. b Ioan. 6. v. 70. c Auct. 6. v. 5. d Homil. postre. in ep. ad Hebr. 2. cap. 4. contra tentare Deum, cum neque promiserit directum sor. Parmeniani. f v. 33. g Att. 1. ad finē.

Rimò probatur, Ideo VViclef a voluit fieri à Deo elect. hanc, quod soli debeat eligi prædestinati. At non semper eligi ad Eccl. præfecturam, pater ex Iuda. Nonne b (inquit Christus) ego vos duod. cim elegi, & unus ex vobis Diabolus est. Item ex c Nicolao Diacono inter septem primos. Idque docent Orig. hō. 4. in librum Iudicum, d Chrysost. e Aug. & Bernard. serm. 66 in Cantica. Secundò, si solus Deus dumtaxat eligeret, aut id faceret sine visibili, aut cum visibili signo. Si prius, quid nobis huiusmodi elec̄tio prodesset? numquā enim sciremus quis esset Ecclesiæ pastor. Si posterius, vel signum erit præter ordinem naturæ, ut prodigiosum tem. Joan. Huff. vel erunt sortes usurpandæ. Constat huiusmodi signum non haberi à nobis: sortes verò iacere cum humano cōtorum ibi fess. 15. filio res transfigi potest [& fortassis continget eligi peiorum] nullo modo licet. Nam vel existimatur sortes gubernari à casu, aut à cœlo, aut Diabolo, aut Deo. si prius dicitur, ut Diabolus est, si secundum, est fortunæ, quod potest definiri consilio. si secundum, est supersticio, neque enim liberæ actiones, quales sunt iaducentiā, postre. cere, vel educere sortes, gubernantur à cœlo. si 3. impīu est, retum laerarum authorem, Diabolum facete. si 4. est et. neque desit constitutum humanum ad eligendum.

Obiicitur primò, Salom. Proverb. 16. f Sortes mittuntur in sūnum, à Domino autem temperantur.

Secundò, S. g Mathiam fuisse forte electum.

Ad prim. nolle Salomonem dicere , sortes dirigi à Deo in electionem potioris, sed id quod respectu nostri accidit casu, [vel quod ex se contingentiter accidit] siue melior, siue peior eligatur , omnia tamen à diuina gubernari prouidentia [quæ ita secundis causis cooperatur, ut de actibus contingentibus , aliquid semper statuat certi: quamuis si non adesset simul determinatio causæ secundæ liberæ, & ipse solus immediate rem determinaret Deus, aliter nonnumquam ficeret . Aliud est autem à Deo dirigi immediate, & specialiter sortes: tunc enim semper melior eligeretur, aliud supposito casu & contingentia. Propterea non dixit Salomon gubernari sed temperari à Deo sortes.]

Ad 2. respondeo 1. non fuisse fortasse veram sortem, sed signum aliquod ecclœste, ut sentire b Dionys. Areopag. vi detur. 2. Id priuilegium fuisse. 3. sortibus tunc licere vti, i cum duo sunt æquè perfecti quoad iudicium humanum , nec apparer quis eligi possit. tunc enim, nec periculum est eligere peiorem quantum constet, & via multis præcluditur probabilibus querimonis.

*h cap. 5. celest.
Hierarch. p. 3.
i Aug. 1. doct.
Chr. 18. & epist.
180. ad Honor.*

QVARTA PROPOSITIO.

*Non decuit Christianos Sacerdotes, carnali
successione propagari.*

CAP. VI.

Rimò, huius rei figuram gessit Melchisedech in lege naturæ, ideo enim a describitur sine patre , & matre, genealogia a *Hæbr. 7. v. 3.* vt intelligeremus Sacerdotes Christianos non debere nasci, sed fieri.

Secundò probatur ex *Isaiæ 66. b Assumptam* (inquit Dominus) ex eis sacerdotes & leuitas. Quare dixit assumam, nisi quia vt obseruat c *Hieron. in Testamento nouo*, de quo ibi agitur, non erant sacerdotes nascitui ex una familia, sed assumendi ex omnibus gentibus.

b v. 2x.

c in hunc locum.

Tertiò, vt in veteri Testamento populus Dei propa-

D E M E M B . E C C L . M I L .

gabatur carnali generatione, ex Iacob, in nouo spirituali regeneratione, ex Christo: ita par erat, vt in Testamēto veteri sacerdotes carnali successione propagarentur, in nouo spirituali electione assumerentur. Item sicut sacerdotium Aaronicum carnale fuit, quippe quod totum in bobus, ouibus, &c. Christianum, spirituale, quippe in hostia spirituali: sic æquum erat sacerdotum propagationem in veteri carnalem, in nouo Testamento spiritualem esse.

Quartò, Christianæ reipubl. conuenire debet perfeccissima ratio instituendi ministros. At melior est ratio per electionem, quam generationem. Nam si electio valeat, nec interueniat vitium eligentium, semper eligentur optimi & capaciores.

Quintò, et si vitio eligentium fieri possit, vt aliquando peiores eligantur: tamen id emendari potest. At si per generationem introducantur, nullum remedium erit.

Q V I N T A P R O P O S I T I O .

Ius eligendi summum Pontificem ceterosque Ecclesiæ ministros ac Pastores non conuenit populo iure diuino. Quare, Si quid aliquando in hacre populus potuit, id totum habuit ex conniuentia, vel concessione Pontificum.

C A P . VII .

a v . 4

b v . 21 . καθεὶς ἀντιπλάσιον μετὰ πατρὸς καὶ τοῦ πατέρων μαζῇ

Sicut misit me te, ea que ratione, Apostolos gubernare Eccl. qua ipse cā Pater, & ego gubernauerat, visibili sua præsentia. Ioan 20. b At primis vobis, mūm Apostolos 12. deinde 70. elegit discipulos, sine suffragio, aut consilio multitudinis.

Apostol. 20. v. 28. 3 Iure diuino c̄ scripto, Episc. sunt constituti pastores



populi. Ergo non iure humano, id est populi electione.

Quartò, Apostoli eligebat Episc. sine suffragio populi. Nam electos mittebant ad infideles populos absentes, qui proinde minime eligere poterant missos.

Relp. d Kemnitius, fuisse electos à populo Ecclesiæ, vbi ordinabantur. Sed primò, qui volunt iure diuino pertinere ad populum hanc electionem, ideo id dicunt, ne populus accipiat pastorem ignotum. d in Exam. con. Trident. disput. de Sacr. Ordinis

At hoc non obstante, Apostoli eligebat Episcopos. Ergo sine consensu populi, tunc enim haec ratio cessat.

2. quo iure unus populus eligit Episcopum alterius populi? 3. quis dixit Kemnitio Episc. ab Apostol. missos, fuisse a populo huius electos? 4. longè melius nouerant Apostoli quid expediret populis infidelibus, quā plebs Christiana, ad quid ergo elegisset Episcopos mittendos populus Christianus?

Quintò probatur propos. ex conc. Laodice. c Non est permittendum turbis electionem eorum facere, qui sunt ad sacerdotium promouendi. Resp. Caluin. solum prohiberi ne d apud Martin. solæ eligant turbæ, sed debere semper interesse seniores. Bracarensem ca. At si ita esset, cum semper interfuerint seniores, quid o- pus erat statuto? Concil. d sub Martino Papa. Non licet c can. 1. f quod est occiatur: sed in iudicio Episcoporum sit. Nicæn. 2. e Omne ele- generale can. 22. ctionem que sit à Magistratibus Episcopi vel presbyteri, vel g vel promotio Diaconi irritam manere. Oportet enim eum qui est promouen- dius ad Episcopatum ab Episcopis eligi. Concil. f 4. Constat. vel Metropol. Sancta & uniuersalis synodus definit neminem laicorum Prin- aut cuiuslibet cipum vel Potentum semet inferre electioni, g &c. Episc. præser-

Sextò, exemplis, seu testimoniosis veterum post Apost. b Ruffinus, scribit Frumentium à S. Athanasio creatum in talibus po- Episcop. Indorum, Indis nihil dumtaxat scientibus. i testatem, quē Epiphanius Paulinianum, fratrem Hieron. presbyterū or- dinavit, & ad monasterium misit, ut sacerdotali fungere- tur officio: quamuis de hac re, ad illum nihil scripsissent laicorū habere fratres eiusd. monasterii. k Augustinum Anglor. Episc. conueniat. designauit Gregor. mag. iussitque ordinari ab Are- latensi Episcopo, si Angli fidem reciperent, quorum nō i epist. ad Ioannē expectauit assensum. Gregor. 2. ignorantibus Germanis S. Bonif. eis ordinavit Episc. vt ex vita Bonif. cōstat. k Beda I. histor. gratias sue,

DE MEMB. ECCL. MIL.

Septimò, si populus eligat, haec sequentur incommoda. 1. s̄p̄ius minus idoneos eligi: populares enim imperiti sunt, nec valent, etiam si velint, iudicare de idoneitate duntaxat. 2 iniquiores, nimirum quos cupient perditū præfici, nam maior pars vincet semper: sunt autem plures mali quam boni, stulti quam sapientes. 3. frequentes, & graues tumultus. Refert *l. Augustin.* turbulentissimum accidisse tumultum popularem, in electione Piniani. Alium *m. Ruffinus.* populi Mediolanens. n grauissimum Ammianus *o. Marcellinus* in electione Damasi, ita ut in templo quodam cæsi fuerint 137. homines.

Obiicitur Primò, tot incommoda reuera parit elec-
tio à populo facta: & tamen eam patiebantur veteres.
Signum ergo est, eam fuisse de iure diuino.

Resp. paulatim irrepsisse in Ecclesiam & proinde pau-
latim, suauiterque tollendam. Initio namque Apo-
p. Tert. in Apo- stoli, insciente populo, eligebant Pastores. Dein-
log. 39. Præsunt de cœpit populus adhiberti *p.* in testimonium dandum
probati qui. de vita, & moribus eligendi. Hinc ut populi magis
que seniores, suos diligenter pastores cœpti sunt tantum ordinari po-
honorem istū stulati à plebe. Tandem consuetudō in quibusdam lo-
no precio sed testimonio adepti. *Vide Leonem ep. 87.* *vel. 89.* cis, vt ius suffragij sibi usurparet populus. Sed postquam
hoc aliquandiu toleratum est, & apparuit rei confusio
& indignitas, paulatim sublata est à populo electio, &
postulatio: solūque relictum vitæ testimonium, ac
motum.

Secundò, toti Ecclesiæ datæ sunt claves Matth. 16.
Tibi dabo claves. hoc enim dicitur Petro, ut gerenti Ec-
clesiæ personam. Item 18. *Quicumque alligaueritis &c.*
ad eos enim refertur, de quibus dicitur: *Si peccauerit in*
te frater &c. idest toti multitudini.

q. 1. De Rom. P. Sed de primo testimonio, q supra diximus. Ad. 2.
12. 13. & 14. referri ad eam cui deferendum esse ait Christus peccā-
tem monitū, idest Ecclesiam. *Quid autem ibi nomine*
1. Lib. 2. de Ecl. *Ecc' es.* intelligatur, alibi r dictum est.

15. Tertiò, imperat *l. Dominus non audiri vocem alienorum,* t fugiendum esse falsos Prophetas, & Apo-
f. Joan. 10. stolus iubet eos anathematizari, qui docent aliquid
f. Math. 7. v. 15. præter Euangeliū. Ergo tenetur populus de iure di-

uino bonos querere pastores, & reiicere malos.

Resp. locum u Paulie explicare alios. Vult enim esse u Gal. i. v. 8. & execrandos, qui docent in populo fideli aliam doctrinam quam à maioribus acceptam: hoc est enim docere aliquid præter Euangelium acceptum, cum non sit aliud Euangelium, & sana doctrina fidei, quam quæ est ab Ecclesia per tot series temporum, recepta. Quare hac regula merito fugiendi sunt Luther. atque Calvini.

Tertiò, Episcopi sunt x ministri, non Domini Eccl. xii. Cor. 3. v. 5. clesia, y quæ est columna, & firmamentum veritatis. y I. Tim. 3. v. 15. Igitur summum tribunal penes Ecclesiam est.

Resp. Episcopos esse ministros regendo, & Ecclesiam firmam. veritat. audiendo. S. Petrum, pro cuius fidei firmitate dominus orauit.

Quartò, non soli Apostoli, sed Ecclesia tota Mathiā, & Barsabam elegit, ut ex eis unum Deus assumeret. Act. I. v. 23.

Resp. 1. cum Chrysost. x id factum ex concessione Petri, non ex necessitate. 2. non tam id electionem fuisse, quam postulationem, qua cupiebant aliquem, in locum Iudæ eligi. 3. ab uno exemplo, non posse deduci esse de iure diuino suffragium duntaxat populi: si exemplis constet, sine suffragio populi aliquos verè Episcopos electos: nec enim homines aliquid recte faciunt contra ius diuinum.

^z In hunc locū.

a v. 5.

b v. 21.

^x επίσκοπος είναι τοις ουρανοῖς αὐτοῖς επαρχούμενος κατά την επιλογήν.

Per Ecclesiam.

c v. 40.

^y Ιδωτεις ειναι τοις επαρχοις γενισται v. 41. επαρχιαι τοις λαοις απλανα μετριοι προσταχεισθαι μεταμφιεσθαι υπό της στοιχειωσης.

dedit eum manifestum fieri, non omni populo, sed testibus præordinatis à Dgo.

d Homil. 14. in Acta.

Quintò a Acto. 6. de multitudine credentium dicuntur: Et elegerunt Stephanum. Resp. primò, ut ad 4. secundò nos agere de electione Pastorum Ecclesiae, illuc verò de Diaconis tantum, qui præfessent mensis.

Sextò Actor. 14. b Et cum constituerint επονταρεστερα per singulas ciuitates presbyteros. Verbum autem illud Græcum significat, cum elegissent per suffragia. Nam επονταρια est, quasi επιμητρα, manus tendo, sive atollo in signum suffragi.

Resp. επονταρια tria significare. 1. eligere per suffragia. 2. eligere simpliciter quoquo modo sit ut Actor. 2. c 10. tertio, apud Ecclesiasticos scriptores ordinare per manum impositionem: sic enim d Chrysost. exponens illud: Et cum orassent imposuerunt illis manus, ait: ταν δι ει.

DE MEM. ECCL. MIL.

c Ep. ad Alexa. *Zeip̄st̄ria*: & in hac acceptione Concil. e Nicen. usus est
f i. Histor. 9.
g Orat. contra Timocratem.
h Orat. pro Flacco.
i i. Ep. 4.

hac voce apud f Theodoretum. Si. 2. & 3. modo acci-
piatur illo Actor. 14. loco, solutum manet argumen-
tum, si. 1. non significare eligere per suffragia aliorum,
sed suffragio proprio. Quomodo g Demosthenes & Ci-
cero h tribuunt populo *Zeip̄st̄riū*, siue porrigeret manus:
Cūm tamen populus proprio, non alieno eligat suffra-
gio. Elegerunt ergo Episcopos Paulus, & Barnabas per
suffragia propria, non populi. De quibus enim legitur:
Cum constituisserint presbyteros, dicitur commendasse Deo
ita constitutos. At certe qui commendauerunt, Paulus
& Barnabas erant, non populus.

Septimō, Propter quod (inquit. 1. Cyprian.) plebs ob-
sequens praeceptis Dominicis, & Deum metuens, à pecca-
tore praeposito separare se debet, nec ad sacrilegi sacerdotis sa-
crificia miscere, quando ipsa maxime habeat potestatem vel
eligendi dignos sacerdotes, vel indignos recusandi: quod & ip-
sum videmus de diuina auctoritate descendere, ut sacerdos
plebe presente, sub omnium oculis deligatur, & dignos atque
idoneos publico iudicio, ac testimonio comprobetur.

Resp. 1. non velle dicere ex iure diuino, sed ab exem-
pli Numer. 20. ad plis descendere diuinis, à populo Episcopum eligi.
finem.

1 Actor. 1.

n Actor. 6.

Nam id solum probat exemplo k Eleaz. l Mathiae &
Sept. m Diaconor. At exempla scripturarum, non fa-
ciunt rem de iure diuino. 2. nihil aliud tribuere populo,
his verbis quam suffragiū testificatiuum, siue testimoniū
de vita, & moribus ordinandorum: ait enim in
Ecclesia debere eligi Episcopū, sicut fuit electus Elea-
zarus. At constat fuisse electum à Mose, populo pre-
sente, sed non suffragium ferente. Vnde: Coram (in-
quit Cypritanus) omni Synagoga, inbet Deus constitutū sa-
cerdotem, id est instruit, & ostendit ordinationes sacerdotales,
non nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere, ut ple-
be presente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum
merita praedicentur.

Supra.

Octauō, Dignum est (inquit Nicen. Concil. o epist.
ad Alexan.) vos potestatem habere, & eligendi quemlibet, &
nomina eorum dandi, qui Clero sunt digni, & absoluē facere
omnia secundum leges & sanctiones Ecclesie. Sed hic non
plebem, sed Episcopos alloquitur. Rursus. Si quem

verò contigerit requiescere in Ecclesia, tunc prouehi in honorem defuncti eos, qui nuper assumpti sunt, solummodo si videantur digni, & populus eos elegerit, condecorante simul, & designante maxime Alexandrinae Ciuitatis Episcopo.

At non de simplici designatione, sed vera confirmatione ab Episco. Alexandrino agit. Nec aliud inde colligitur, quam tunc temporis capitulo populum immisce-
ri electionibus, quod minimè negamus.

Nond. Reuerendiss. & Deo amabilem (inquit p. Cōcil. 2. p. Ep. ad Damas. generale) Nectarium Episcopum ordinauimus &c. cuncta de- apud Theodor. 5. cernente pariter ciuitate. Similia profert Caluin. ex q. Leo- histor. 9. ne & r. Gregorio, Kemnitius ex Ambros. & aliis apud s. q. Ep. 89. Gratianum.

Resp. 1. ex iis non haberi testimoniiis, esse de iure di- f. Dift. 23. 24. 62. vino, ut populus eligit. 2. uno, aut altero exceptis, cæ- 63. 65. 67. & 68 tera nullam facere mentionem electionis, sed postula-
tionis, vel testimonii. 3. reuera populum aliquando ele- gisse, sed ex Pontificum concessione.

Decimò, per annos ferè. 1300. populus elegit, & so- t Obiit an. 1150.
lum à tempore t Friderici. 2. exclusus est ab electione. Qui sedit Fri-
Nam in decretalib. epist. à u. Gregor. 9. editis, cap. u Messana, mentio huius rei sit, & in x epistola eius. derici tempore.
Gregorij ad Episcopum Bremensem. Quare siue con- x Apud Kran-
trouersia ante annos. 300. vel circiter electio à laicis tzium. 8. Me-
siebat.

Resp. tempore Apostolorum habuisse populum, te- y Apud Platina.
stimonium solum in electione. Ante. 1200. annos Cō- z Radeuicus. 2.
ciliū, Laodicenum, ante. 900. Concil. sub Martino. ante
800. Concil. 7. ante 700. Concil. octau. interdixisse ne
laici eligant. Ante ann. 500. y Gregor. 7. ante. 400.
z Alexander. 3. à solis Cardinalibus sunt electi. Ipse- de gestis Frideri-
met Gregor. 9. in epistola citata, docet ad Canonicos ci. 1. cap. 50. &
electionem spectare, licet etiam accesserint vota, idest postulationes populi. Et ipso capite, Messana, Edicto seq.
(inquit Honorius) perpetuò prohibemus, ne per laicos cum
Canonicis, Pontificis electio presumatur: quod si forte præ-
sumpta fuerit, nullam obtineat firmitatem, non obstante con-
traria consuetudine que dici debet potius corruptela. Quo-
modo ergo citra controversiam laici ante annos. 300.
eliebant.

SEXTA PROPOSITIO,

Electio Episcoporum non pertinet de iure diuino ad Clerum, sed ad summum Pontificem ut vel ipse eligat, vel prescribat eligendi modum.

CAP. VIII.

a Lib. de Rom.
Pontifice.

b Vide Damas.
in Pontificali
Innocent. I. epist.

ad Decentium,
ad Ioan. 3. ep. ad
Germ. ac de hac

re tota Caietan.

Papæ & Concil.

cap. 13.



Rimò, quia probarum a est soli Petruo & successoribus commissam fuisse curam vniuersitatem Ecclesie. Secundò, si ad clerum pertineret, iure diuino Episcoporum electio, omnes Clerici ius eligendi haberent.

Quod tamen falsum esse constat. Eadem enim ferè in commoda sequentur ob Clericorum multitudinem,

tertio, sanctus Petrus, qui ius diuinum non ignorat de Potestate, solum suum successorem de legit Clementem, sed etiam ad plurimas Provincias Episcopos misit, non expectata Clericorum electione.

SEPTIMA

SEPTIMA PROPOSITIO

*Ratio eligendi summum Pontificem per solos
Cardinales, est omnium optima, et si abso-
lute posset eam mutare Pontifex. Est enim
ut patet de iure humano.*

CAP. IX

PRIMO quia non debet Pontifex crea-
ri per fortis, aut carnalem successio-
nem vel prædecessoris nominatio-
nem, aut suffragia populi, vel cleri,
Ergo ad suffragia primorum ex cle-
ro. Tales sunt Cardinales, hi enim
principi Episcopi sunt, presbyteri,
& Diaconi Eccles. Romanæ.

Secundò, nulli melius iudicare possunt qualis de-
beat esse eligendus Episcopus, quam huius Consiliarii,
qui cum eo Ecclesiam regunt.

Tertiò nulla alia forma electionis diu durare potuit.
Nam ab anno 1179. usque ad hoc tempus semper electi
fuere Papæ, à duabus partibus Cardinalium, iuxta de-
cretum Alexandri. 3. cap. licet, extra, de electione. an-
te verò hoc tempus, 17. mutationes inueniuntur in ele-
ctione Romani Pontificie.

Quartò, numquam fuerunt pauciora schismata quam
cum viguit hæc forma: nam a ex. 29. fuerunt 26. ante
Alexandr. 3. ex reliquis tribus, unum tempore Urbani.
2. accidit Cardinalium vitio, alterum à Ludouico. 4.
excitatum, ultimum à Concilio Basileensi.

Quintò, hæc forma temperata est ex omnibus aliis b De hoc Cypr.
bonis, & legitimis formis. Quinque si quidem modis 1. ep. 4. & rone.
consueverunt Episcopi eligi, primò per Papā. 2. per b Epis- Nicen. Can. 4.

*a Ut annotat
Onuphrius lib.
de Pontif. Rom.*

DE MEMB. ECCL. MIL.

copos eiusdem prouincie, postulato consensu cleri,
e Hic fuit invisu & populi. 3. c per clerum & populum ciuitatis. 4. per d
modus tempore Imperatores, ac Reges vel solos, vel cum clero: 5. per
Cbryst. Ambro. solos Canonicos. Primus modus non expedit in ele-
Aug. Leonis, ctione Papæ. 3. non reperitur propter incōmoda, neque.
Gregorij. 4. quia vel vi & quadam e Tyrannide introductus, vel
d Id seruatum ob defensionem Romanæ sedis, quarum vtraque ratio
vsque ad Con- iamdiu defecit. 2. reperitur, nam eligunt nunc Episco-
stantinum. 4. pi vicini, nimirum sex Episcopi Cardinales. Quinta
[circa an. 670.] item, Nam quod sunt Canonici in aliis vrribus, id sunt
e Teste Gregor. presbyteri & Diaconi Cardinales, in vrbe.
in Pſdl. 4. pani-
tential.

OCTAVA PROPOSITIO,

*Si nulla extaret Pontificia constitutio de elec-
tione Papæ vel omnes Cardinales simul
deficerent, ius electionis ad Episcopos vi-
cinos, & Clerum Romanum pertinet.*

C A P. X.



Rimò, quia ab omnibus Episcopis vici-
nis, & Clericis Romanis translatum est
ius eligendi ad Cardinales, qui sunt
quēdam pars Episcopor. & Clericor. Ro-
man. Ecclesiæ. Ergo Cardinalibus des-
cientibus, deberet redire ius eligendi ad
omnes Episcopos, & Clericos Romanae Ecclesiæ.

Secundò. quia est antiqua consuetudo, ut Episcopū
tam Romanum, quam alios, eligant Episcopi vicini,
præsente Clero & inauditum est Episcopos, aut Ar-
chiepisc. totius orbis conuenisse ad electionem summi
Pontificis: nisi in casu quo dubitatur de legitimis cle-
toribus.

De numero Ordinum Ecclesiasticorum.

C A P . XI.

 Aluin. a & Kemnit b tres tantum esse ^{a 4. In fit. 4.} & veros ordines contendunt. Episcopo- ^{b 19. In exam. sess.} rum, quos Pastores : Presbyterorum, ^{b 23.} quos Seniores, vel doctores, aut mini-
stros vocant: & Diaconorum. Ex cæte-
ris exorcistam afferunt, reliquos non
vt ordines agnoscunt, sed ministeria à Pastoribus libe-
rè distributa, plura, vel pauciora, pro Ecclesiæ magni-
tudine, aut paruitate.

Quia c Hieronym. quinque tantum ordines nu-
merat, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, fideles, & ^{c In 19. Isaie.}
Cathechumenos. Dionys. d tres tantum, Pontificum,
Sacerdotum, Ministrorū. Canones Apostolor. quinque,
Episcopor. Præsbyteror. Diaconor. lectorum, Canto-
rum. Ambros. e etiam quinque, sed loco Cantorum, ^{d 5. Eccl. Hieron.} ^{e In 4. ad Ephes.}
ponit exorcistam.

Ignatius f & g Epiphan. plures septem addunt enim
x̄π̄ν̄ιας, idest laborantes. Canonistæ h addunt psalmi-
stam. At tanta diuersitas satis ostendit, non esse præ-
cisè septem ordines.

Sententia catholicor. est, tantum septem esse ordi-
nes propriè dictos : scilicet sacerdotis, Diaconi, Sub-
diaconi, Acoluti, lectoris, exorcistæ, & Ostiarij. Etsi
enim Episcopus, & presbyter distinguantur: tamen
quantum ad Sacrificium, idem omnino ministerium
exhibent, proinde vnum ordinem faciunt, sicut lector.

Cantor, & Psalmista. Probatur hæc sententia, Primo,
quia Cornelius, loquens de ordinibus proprie dictis dū-
taxat, ait, suo tempore fuisse in Ecclesia Romana presby-
teros. 46. Diaconos. 7. Subdiaconos. 7. Acoluthos. 42.
Exorcistas cum lectoribus & Ostiariis. 52. nec aliorum
facit mentionem.

Secundò, numerantur iidem ordines in Cōcil. Rōm. k k Cap. 3.
sub Sylvestro, Carthag. l 4. addit Psalmistam, seu Cant. I Can. 10.

DE MEMB. ECCL. MIL.

sed ibidem monet Psalmistam non ordinari ab Episco-
po, sed sola iussione presbyteri posse officium canendi
suscipere.

m 7. *Etymol.ca.*

12.

n 1. *De Instit.*

Clericorum. 6.

& seqq.

o 2. *De officiis*

Ecclesiast. 7. &

seqq.

p 2. *De Sacra-*

mentis p. 3. c. 5.

Tertiò ex m Isidor. n Rabano, o Amalario, p Hugone,
qui eosd. 7. ord. numerant, & explicant.

Quartò, ex Concilio Florent in Instruct. Armeno. &

Tridentino less. 23. c. 2.

Quintò, ex Ecclesiæ vñsu. Non enim alij ordines præ-
ter istos conferri solent.

Ad arg. aduersario. Respon. duobus modis accipi
ordinem Ecclesiasticum ab authoribus. Propriè (nimi-
rum qui certo ritu sacro , & solemnī confertur ab Epis-
copo, referturque ad certum ministerium sacrificio di-
uino exhibendum) & communiter (scilicet qui quo-
modocumque dedicatur obsequiis diuinis , quomodo
Monachi, Virgines, Viduæ, Laborantes in sepeliendis
mortuis ordines dicuntur) Hierony ergo non vult
numerare simpliciter ordines propriè dictos , sed tan-
tum ordines Christianorum : Ac primò ponit fideles
idest Clericos , & laicos. Deinde Catechumenos : &
quia volebat numerum quinariaū perficere , ut expli-
caret illud Isayæ Erunt quinque Ciuitates in terra Ægypti,
&c. propterea ex ordinib⁹ propriè dictis tantum addi-
dit tres. Dionys. non exponit numerum ordinum , sed
Hierarchiarū. Etsi enim Diaconi sint ministri respectu
Sacerdotum, tamē respectu plebis præsunt, teste q Ignat-
io r Hier. s Chryso. & proinde sunt etiam Hierarchæ.
Clemens in canonib. Apostol. noluit omnes numerare
ordin. sed data occasione modo vnum, modo aliū. Am-
broſ. idèo tantum quinque numerauit, quod vellet de
que Diaconis. ordinib. explicare illa Pauli , Alios dedit Apost. alios Pro-
r Jn 2. ad Titū. phetas, Alios Euangel. Alios Pastores , & Doctores. Ignatius.
Hom. 83. in Math.

& Epiph. numerant etiam impropriè dictos. Canoni-
stæ propterea nouem ponunt, quia distingunt Epis-
copū a Presbytero, & lectorē à Cantore. Sed in re non
est dissentio. Nam Theologi solūm considerant ordi-
nes ut se habent ad Sacrificium, quomodo Episcopus &
Presby. lector & Cantor non distinguntur: Canoni-
stæ, quatenus constituunt Hierarchiam, qua ratione di-
stinguntur.

De Antiquitate ordinum, & de officiis
ministrorum.

CAP. XII. ET XIII.

Cluin. a vult ordines præcipue minores, ignotos fuisse primitiæ Ecclesiæ, & post multos annos excogitatos. Sed contrarium verum est. Primo, b Clemens Rom. omnium ferè ordinum etiam minorum ritus declarat, Ignatius c Saluto (inquit) Sanctum presbyterum vestrum, saluto sanctos Diaconos, saluto subdiaconos, lectors, Cantores Ostiarios, laborantes, Exorcistas.

Secundò Cyprian. 2. ep. 10. subdiaconi, & Acoluthi meminit, ut de re vbiique recepta. Item Cornelius supr. Concilium d Laodicen. ante 1200. & Carthag. 4. ante 1000. omnium ordinum meminerunt. Quod e ad officium ministrorum pertinet, exordium sumitur in Ecclesia à prima tonsura, sed quia non est ordo, & de ritu tonsuræ f alibi dicturi sumus, hæc prætermittetur.

Primus igitur ordo est ostiarii, cuius officium, aperire est de Monachis & claudere fores Ecclesiæ, & proinde curam habere ipsius tēpli de cuius ostiarii ordinatione ita loquitur Cōcil. Carthag. g 4. cui August. interfuit, Ostiarius cum ordinatur, postquam ab Archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuersari, ad suggestionem Archidiaconi tradat ei Episcopus claves Eccl. de Altario, dicēs: sic agē quasi rediturus Deo rationē pro his rebus, quæ his clavibus recludūtur.

Secundus lectoris, cuius officiū est legere ex pulpito in Ecclesia tempore sacrificij, quidquid ex utroque Testamento legendum Euangeli excepto. b De cuius ordinatione idem i Conc. lector cum ordinatur, faciat de illo verbum Episcopus ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam, atque ingenium: Post hec, spectante plebe, tradat ei codi-

b Octauo Conf.

c Ep. ad Antio.

chenses.

f Intra.lib.2. qui

est de Monachis cap. 40.

g Can. 9.

h Vide Cyprian.

i ep. 5. & lib. 3.

ep. 22. quibus aperte significat lectoratum ordinem esse.

i Can. 8.

DE MEMB. ECCL. MIL.

com, de quo lecturus est, dicens ad eum: *Accipe, & esto lector verbi Dei, habiturus, si fideliter, & utiliter impleueris officium partem cum eis qui verbum Dei ministrauerunt.*

Tertius Exorcista, ad quem spectat. Exorcismos Ecclesiae legere super Energumenos, & eo modo illos preparare ad sacrificiorum diuinorum participationem. De quo idem *k* Concil. *Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo. Accipe, & commenda memorie, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, siue baptizatum, siue cathecumenum.* Concil. etiam Laodicen prohibet ne quis exorcizet publicè, aut priuate, nisi ab episcopo ad id ordinatus sit.

k Can. 7.

I Can. 26.

*m Ab Acoluthis
sequor.*

*n Carthag. can.
6.*

o Can. 5.

p Can. 40.

q 2. Constit. 14.

r Serm. 6. qui est

de lapsis.

s. de officiis.

14. item exli-

tururgia Chrysost.

ti sacrificanti assistere, vt patet ex Clemente q Cy-

& homil. 83. in prian.

r & Laurentio apud s Ambros.

Tu numquam,

Mathae. Isidor.

(inquit ad Sextum) sine ministro sacrificium offerre consue-

Rabano, Amala-

uerus. Item, Eucharistiam populo distribuere, in ab-

rio, sup.

t Can. 14.

u Apologia. 2.

x V. 6.

Quartus Acoluthi, *m* cuius est cum cereo accenso sequi Diaconum ad locum Euangelii, & vrceolos, atque ampullas ad sacrificium præparare ac subdiacono porrigerere. Idem *n* Concil. *Acoluthus (inquit) cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat, sed ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, ut sciat se ad ascendenda Ecclesiae lumina mancipari. Accipiat & vrceolum vacuum, ad suggerendum vinum in Eucharistiam sanguinis Christi.*

Quintus Subdiaconi, cuius propriè interest ministrire Diaconi in Sacrificio: vnde idem *o* Concil. *Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de episcopi manu accipiat vacuam, & calicem vacuam. De manu vero Archidiaconi vrceolum cum aqua, & mantile, & manutergium.* Eius etiam est epistolas ad Missam legere, iuxta Concil. *p* Remense.

Sextus est Diaconi, cui primò conuenit præponi colligendis oblationibus, & opibus Ecclesiae administrandis, quod etiam aduersarii fatentur. 2. Sacerdoturgia Chrysost. ti sacrificanti assistere, vt patet ex Clemente q Cy- & homil. 83. in prian. r & Laurentio apud s Ambros. Tu numquam, Mathae. Isidor. (inquit ad Sextum) sine ministro sacrificium offerre consue-Rabano, Amala-verus. Item, Eucharistiam populo distribuere, in ab-rio, sup. 1. ac absentibus deferre vt constat u ex Iustino, Atque ob hæc potissimum institutus est hic ordo. Nā Act. x 6. ordinantur Diac. ab Apostolis, per manū impositionē.

Quod non erat necesse ad solū mensis ministrandum, cūm antea viduæ ministrarent mensis sine hac impositione; baptizare y Actor.8. prædicare. & Actor.7. pœnitentes recōciliare publicos, in absentia Episcopi, & presbyterorum, teste a Cyprian.4. tempore sacrificij Euangeliū legere, ut constat ex b Hierony. Gregor. Concil. c Vasensi, & d Remensi.

y exemplo Phil.

Diaconi.

z exemplo Ste-

phani & 8.eius.

Philip.

a 3.ep.17.

b ep.48.

c can.4.

d can.5.

a apud Epiph.

heres.75.

b apud Uvald.

z doct.ar.3.c.60

c 4.Just.4.§.2.

d Examine sess.

De distinctione Episcopi, & Presbyteri.

C A P . X I I I I .



Erius, a Vviclef, b Caluin. c Kem-
nit, d nullam inter Episcopum, & e Conc.Trid.sess.
presbyterum distinctionem agno-
scunt. Iuxta verò Ecclesiæ catholi-
cæ sententiam, hac de re, sit prima absolute definit.
propositio: *Jure diuino maior est Epi- Episcopos esse
scopus presbytero potestate ordinis.* Pro- Presbyteris su-
batur. Solus Episcopus ordinare potest presbyteros, & periores.
si secus fiat, irritum habetur. Igitur id de iure diuino f nam consecra-
habent. Alioquin si id de iure diuino etiam presby- tiones eorum &
ris conueniret non esset irrita ordinatio facta a presby- vesteris, & officia
tero. distincta erant.

Secunda e Propositio: *Maior est etiam Presbytero Epis.* Exod.28.¶ 40.
potestate iurisdictionis iure diuino Primò, non debet esse Leuit.8. & Nu-
minor distinctione hierarchica in Testamēto veteri quam meror.3.4. unde
Nouo. At in illo erat 1.f. Summus sacerdos Aaron & ei cōstat fuisse tra-
succedentes. 2. minores sacerdotes, 3. leuitæ. Episcopi duis distinctos.
autem nostri non respondent nisi Pontificibus anti- g Deuter. 17.
quis, presbyteri sacerdotibus, diaconi leuitis. Igitur si Qui superbie-
cut & maior erat iurisdictione antiquorum Pontificum rit nolens obe-
iurisdictione sacerdotum minorum: ita & in nobis ma- dire &c.
ior Episcopor. quam presbyterorum. h Conci.Neoce-

Secundò, quadam proportione, id quod erant Apo- far.can. 13. Da-
stoli erga discipulos, sunt Episcopi erga presbyteros mas.ep.3. Anac.
propterea enim h dicuntur Episcopi Apostolis, presby- ep.2.Hier.ep.ad
teri discipulis succedere. At Apostoli excedeant iu- Marcellaw.

DE M E M . E C C L . M I L .

isdictione discipulos. Ergo &c.

Tertiò, Episcopi, cōstituti sunt de iure diuino Pastores, & Rectores Ecclesiarum, quod de presbyteris neque in scriptura, neque traditione habetur.

Quartò, si Episcopi iure humano presbyteris præfessent, inueniretur principium aliquod huius institutio-
ni, post Apostolica tempora. At ipso Apostolorum tem-
pore Paulus loquens Episcopo, *i Aduersus presbyterum*
(inquit) accusationem noli recipere nisi sub duobus vel tri- bus testibus. Ergo ad tribunal Episcopi, ut iudicis sui,
presbyter spectabat.

i. I. ad Timot. 5.
v. 19.

xviii. p̄. p̄. b. t̄. p̄.
xvi. l. p̄. p̄. j. m. n. n.
p̄. d. x. i. n. e. t̄. n. n.
e. n. d. o. n. n. r. u. m. a. p.

Tempor.

k. 5. Eccl. hierar.

1 lib. de Baptis.

itē Ignatius ep.

ad Philadelphię

fes, Clemens can.

40. Apost. Fre.

3. cap. 3.

Quinto ex PP. k Dionysius describens hierarchi-
dūinitus institutam, primo Pontifices 2. sacerd. 3. mini-
stros ponit. l Tertull. *Ius habet (inquit) dandi Baptismum*
summus sacerdos qui est Episcopus, de hinc presbyteri, & Dia-
coni, sed non sine Episcopi facultate.

Tertia propositio: *Episcoporum authoritas in cōtu pres-*
byterorum est ut primi pis in cōtu Consiliariorum, non ut con-
silis in senatu.

Primo, quia omnia concilia fuere ab Episcopis cele-
brata. At in Conciliis maximè principis iurisdictio lo-
cum habet: nam leges decernuntur, & poenae prævarica-
toribus imponuntur.

Secundo, multi leguntur presbyteri excommunicati
a suis Episcopis, & irritam excommunicationem facere
non erat in potestate ullius presbyteri aut omniū simul.

Soluuntur obiectiones.

C A P . X V .

a. cap. I. v. 1.

ταῦλας ἐν περιβολῃ
στοῦλοι οὐχ Χειρού,
εἰσι τοις ἀγροῖς οἱ
Χειροὶ οὐκοῦ τοῖς
βούσσι φάγεται,
σωματικόντος καρ-



RIMA, Apostolus scribens ad Philipp. a Paulus (inquit) & Timotheus servi Iesu Christi, omnibus sanctis, qui sunt Philippis cum Episcopis & Diaconibus. At si fuissest a presbytero Episcopus distinctus, nō nisi unus in urbe una fuissest. Et tamen plures exprimit Paulus.

Ego nulla erat Episcopi a presbytero distinctio ut nomine Episcorum omnes vnius vrbis intellexit presbyters.

Resp. i. cum b Ambros. illud *Cum Episcopis &c. referri b in huc locum.*
 ad Paulum, & Timoth. vt sensus sit, *gratia vobis & Pax cum Episcopis, id est nobis, scilicet Paulo & Timoth. Et Diaconibus.* 2. cum c Chryso. tempore Apostolorum nomina Episcopi & presbyteri communia fuisse sacerdotibus omnibus, licet res, & potestates distinctae. Cum ergo vellet Paulus salutare vniuersum clerum, nec cogere tur singulos enumerare ordines, nomine Episcoporum comprehendit omnes sacerdotes, nomine Diaconorum omnes ministros. Atque ita soluuntur alia similia loca 1. ad Titum. primæ ad Timoth. 3. & 4. Acto. 20.

Secunda, *Idem est presbyter qui Episcopus* (inquit Hieron. in 1. cap. ad Titum) & antequam Diaboli instinctu studia in religione fierent & diceretur in populis: *Ego sum Pauli &c. communis presbyterorum consilio Ecclesie gubernabantur &c. Episcopi nouerint se magis consuetudine, quam dispositionis Dominicæ veritate Presbyteris esse maiores, & in commune debere Ecclesiam regere.*

Resp. d Medina, Hierony. imò Ambros. Aug. Sedulum &c. hac in re idem sentire cum Aerio, toleratos tamen, propter eorum honorem sed immerto hoc dicit 1. quia nulla est ratio quare damnatus sit Aerius propter hoc, & non hi PP. qui post Aerium fuerunt. 2. quia Medina facit Ecclesiam personarum acceptatricem 3. si adeò errarunt hi PP. qua fronte poterunt a catholicis in testimonium produci. 4. quia nihil Aerius habuit commune cum Hierony. hac in re. Ille negabat maiorem Episcopum esse presbytero de iure diuino quoad ordinis potestatem e Hierony. contrarium afferit. Aerius contendebat non rectè Ecclesiam facere, quæ Episcopos anteponit presbyteris, Hierony. hoc rectissimè factum, ad tollendā schismata, & quidem ab initio nascētis Ecclesiae.

Resp. Ego Hierony. videri certè arbitrari distinctiōnem inter Epis. & presbyterum, quoad jurisdictionem, non esse de iure diuino. Nihilominus tamen hoc indubitanter non sensisse 1. quia loco citato docet hanc cæ-

d 1. de sacrorū
hominum origi-
ne & continen-
tia cap. 5.

e ep. ad Euagriū.

DE MEM. ECC. MIL.

f v. 12.

pisse Apostolorum tempore scilicet cum diceretur: *Ego sum Pauli &c. f i. Corinth. 1.* Et tamen colligere nititur esse pares Episc. & presbyterum ex ep. ad Titum, & Philippens. Item Petri, & Ioan. quæ scriptæ sunt post priog de viris *flue*- rem ad Corinth. g 2. Iacobum illicè a christi Ascensio-
strib. in Jacobo. ne ordinatum fuisse Hieros. Episcopum. Igitur iuxta Hierony. nusquam tēpus fuit quo Ecclesiæ sine Episco-
h ep. ad Euagry. pis gubernarentur h 3. comparat Episcopum Aaroni, presbyteros filiis Aaronis: Episcopos Apostolis succe-
i ep. Marcellam dere i docet, presbyteros discipulis. At certè Aaron fi-
de erroribus liis, Apostoli discipulis de iure diuino maiores, iurisdi-
Montani. ctionis erant potestate.

k in 4. ad Ephes. Tertiò k Ambro. Timoth. (inquit) *Episcopum a se crea-*
tum, presbyterum vocat, quia primi presbyteri Episcopi appelle-
labantur, ut recessente eo sequens ei succederet. Denique apud
Aegypti presbyteri consignant, si præsens non sit Episco. sed quia
ceperunt sequentes presbyteri indigni inueniri ad primatus te-
nendos, immutata est ratio, prospiciente Concilio, ut non ordo,
sed meritum crearet Episcopum l &c.

l Mitorū sa-
cerdotum i-
dicio consti-
tntum,

Resp. 1. non esse certum de authore commentator. vbi
hæc habentur 2. solùm docere, initio Ecclesiæ consue-
uisse antiquissimum presbyterum ordinari Episcopum,
quo mortuo ei succederet fine alia electione antiquiss.
quoque presbyterorum, ac sic deinceps: non tamē sine
noua ordinatione, & iurisdictione: vnde idem author:
m In Episcopo omnes ordines sunt, quia primus sacerdos est,
hoc est princeps sacerdotum. n Item: Omnis Episcopus pres-
byter, non tamen omnis presbyter Episcopus.

o in 1. Tiuob. Quartò, *Inter Episcopum atque Presbyterum (inquit*
o Chrysost.) interest fermè nihil, quippe & presbyteris Ec-
clesie cura permissa est, & que de Episcopis dixit, ea etiam
presbyteris congruunt: sola quippe ordinatione superiores illi
sunt.

Resp. velle solùm distinguere Episcopum a presby-
tero in re, qua nullo modo conueniunt, quæ sola est
reuera ipsa ordinatio. Nam & si iurisdictione sit Episco-
pi maior: tamen ex commissione Episcopi, potest
etiam presbyteris conuenire imo & Confirmatio ex di-
spensatione.

m sup.
n in 3. Prioris ad
Timoth.

o in 1. Tiuob.
ca. 3. hom. II.

Quintò, Theodoret. in. 1. ad Philippen. ait presbyteros fuisse quos Paulus Episcopos appellat.

Resp. ita loqui, quod arbitraretur eos quos nunc Episcopos vocamus, tunc Apostolos vocatos, sicut Episcopos nominatos, quos nunc presbyteros dicimus: & proinde semper distinctionem inter eos potestatis agnoscit.

Sexto, Quamuis p (inquit August.) secundum honorum vocabula, que iam Ecclesie usus obtinuit Episcopatus presbyterio maior sit: in multis rebus tamen Augustinus Hieronymo minor est.

Resp. sensum esse ante Christiana tempora, nomina ista Episcopus, & presbyter, non erant honoris, sed officij, aut ætatis: nunc autem honoris, atque dignitatis.

Septimò, presbyteri succedunt Apostolis, non minus quam Episcopi ex Clemente. q 2. constit. 32.

Resp. Episcopos, & presbyteros variis modis à PP. comparari, sed semper seruata proportione. Aliquando enim dicunt r Episcopum locum tenere Dei, presbyterum Christi, diaconum, Apostolorum. / Aliquando Episcopum, Christi: presbyteros, Apostolorum: Diaconos, discipulorum, aliquando Episcopos, Apostolorum: & presbyteros, discipulorum.

Octauò, Christus presbyteros t ordinavit in ultima cena. At Episcopos nusquam. Negatur minor. Nam u ordinavit Petrum, Petrus Iacobum, & Ioannem, & hi tres Apostolos alios.

p ep. 19. ad Hie.

q & Ignatio ep.
ad Smirnen.

r Clem. 2. confit.
30. ignat. ep. ad
Trallianos.

s Cle. 2. confit. 32.

t ut omnes ca-
tholici docent.

n vide 1. de Pö-
tifice ca. 23.

a plura de Card.

vide apud Alua-

rum Pighium^{2.}

de planctu Eccl.

ar.16.Thomas

UV ald. 2. doctr.

ar.3.Turrecrem.

1.sum. de Eccles.

81.82.83.84.O-

nupbr. libello de

Episcopat. Tit.

& Diaconiis

Cardinalium.

b.4.Inst.7.§ 30.

c.11.epist.34.

d.5.epist. II.ad

Fortunatum.

e.3.Vit. Greg.7.

f.epist. ad Mich.

les, quod summo

Pontifici adhærent

proximè, qui est

Imper. cap. 32.

veluti Cardo totius

Ecclesiæ. Et certe

Cardinalis idem

ex Gregor. I.5.

videtur significare

quod Principalis,

sive à quo alii pen-

epist. II. & Conc.

dent ut a cardine

ostia; et si autem

Papa non dicatur

Meldensi can. 54

Cardinalis, dicuntur

tamen qui cum eo

Ecclesiæ regūt

h. supr.

eique proxime adsunt.

Sed quamvis Gregor.

explicet

i. ut patet ex Sy-

quare Rom Ecclesiæ

Cardinales per Antonomasiam ita

nodo S. Gregor.

vocentur, non tamen

quare simpliciter, cum constet g

4. regist. can. 88.

alibi etiam Cardinales

fuissent.

1. De significatione, 2. De antiquitate nomi-
nisi. 3. De varietate. 4. Antiquitate officij
5. De comparatione Cardinalium
cum Episcopis.

C A P . XVI.

DE a. 1. b Caluinus putat proprium fuisse
Episcoporum nomen, & proinde male à
nobis tribui presbyteris, & Diaconis. Fal-
litur. Nam Gregor. magn. meminit pres-
byterorum, c ac Diaconorum Cardinalia-
lum, & Ioan. e Diaconus numerat quos Episcopos fe-
cerat Gregor. ex Cardinalibus presbyteris.

Onuphrius h. putat dictos presbyteros, & Diaconos,
tut. ex Concilio Cardinal. qui præerant aliis presbyteris, vel Diac. eiusd.
Meld. sup. Ioan. Ecclesiæ. Refellitur i. quia i erant aliquando plures Cat-
Diac. 3. vite dinales in eodem titulo, sive Ecclesia. 2. tempore Syl-
Greg. II. Cat-uestri erant tantum 7. Diaconi, & hi omnes Cardina-
dinales violē- les, quibus ergo Diaconis præerant? 3. pari ratione de-
ter in Paræciis berent dici Episcopi Cardinales, qui præfuerint aliis E-
ordinatos fo- piscopis eiusdem diœcesis quod est absurdum.
rensibus in pri- Videlut ergo nomen primo k impositum loco. Dice-
stimum Cardi- bantur enim tituli Cardinales, quædam principales Ec-
nem (id est Car- clesiæ, in quibus conferebatur Baptisma, ad differentiā
dinalem tituli) minus principalium locorum factorum: deinde à loco
Gr. reuocabat.

deriuatum ad personas: ita ut presbyter qui eam regebat Ecclesiam diceretur Cardinalis. Similiter diaconiæ Cardinales erant, loca quædam principalia in vte distincta, iuxta regionum numerum: & inde qui in ea residebant Diaconi, Cardinales quoque vocabantur.

De 2. 1 Caluinus ait se non legisse nomen Cardinaliū ^{1 supr.} ante Gregor. verū fieri potest non legisse: fieri nequit non fuisse. Nam in Concilio ^m Rom. sub Sylvestro, 300 fere annis ante Gregor. legimus fuisse in Ecclesia Rom. ^{m can. 6.} 7. Diaconos Cardinales. Neque id Concil. instituit Cardinales, sed solum iussit, vt præter illos essent etiam Diaconi duo ad examen Paræciarum.

De 3. officia sunt Cardinalium tria. 1. Episcopale, vel presbyterale, aut Diaconale munus, quod nec Caluin. negat. 2. eligere summum Pontificem. 3. ei perpetuò assistere, & in regenda Ecclesia iuuare.

De 4. negari nequit primum officium antiquissimum esse. Etsi autem à tempore Apostolor. post aliquot saecula, omnes Presbyteri, & Diaconi, quod essent pauci, ad electionem Episcopi vocarentur: tamen cum multitudine Cleri crevit, principales dicti Cardinales ad electionem Papæ tantum conuenerunt, ut supra ⁿ probatum est. Hæc duo officia postrema, eorumque antiquitatem negare Caluin. non potest, si sibi constare velit. ^{n cap. 7. &c. 9.} Nam antiquissimum in Ecclesia fuisse o contendit, ut presbyteri ex suo numero unum eligerent, cui specialiter dabant titulum Episcopi, & cum quo communis consensu Ecclesiam regebant. ^{o 4. Inst. 4. § 2.}

De 5. dicimus 1. potestate ordinis maiorem esse Episcopum simplicem Cardinali Presbytero tantum, vel Diacono. Ille enim ordinare potest, hi nequeunt. 1. Iurisdictione Episcopi, in propriam diæcesim, & Cardinalis in proprium titulum, maior his quoque Episcopus est. tūm quia ordinariè maior est Episcopi diæcesis titulo Cardinali, tūm quod Episcopus ut ordinarius pastor, potest in sua diæcesi leges ferre, dispensare, punire. At Cardinalis, cùm sit veluti Parochus in suo titulo, nihil potest, nisi quantum Episcopus permittit. 3. ratione regiminis totius Ecclesiæ maior est nunc Cardinalis presbyter, vel Diaconus Episcopo simplici, raro

DE MEMBR. ECCL. MIL.

enim adhibentur Episcopi simplices ad regimen vniuersal. Ecclesiae. At Cardinales fere quotidie. vnde ab eis, vt p cooperatoribus summi Pontificis, creantur, iudicantur, deponuntur Episcopi, non contra. Propterea considerat. Ve- ^{p Bernard. 4. de} absolute Cardinalis Episcopum simplicem præcedit.

niamus ad col ^{lateralis, &c.} Obiicitur q primò, erat Hieron. presbyter Romanus & proinde Cardinalis. At Augustinus se maiorem fuisse Hieronymo, ratione dignitatis, docet.

hi seduli tui, hi Secundò, in Concil. Carth. 6. cum adessent duo R. intimi tui. Et Pontif. legati unus Episcopus, alter presbyter, hic in infra. An non ultimum locum reiectus fuit. Et in Concil. Rom. sub eligēdi de to- Gregor. Presbyteri ultimo loco sedent, & seorsim sub- to orbe orbem scribunt, Diaconi nullo modo.

iudicaturi. Ad 1. negatur major. Hieron. enim r erat presbyter ^{q Caluin. sup. ca.} Antiochenæ Eccles. quantumuis fuerit Romæ, & Damasum iuuerit in epistolis scribendis. Et certè si fuisse Rom. Ecclesiae, illud obiecisset Joan. Hierosolymitano, ut ei ostenderet se maioris Ecclesiae presbyterum fuisse, quam sit Hierosolymitana. At solum Antiochenam Ecclesiam obiecit.

Ad 2. respond. 1. si in Concil. 6. Carth. sedit post Episcopos Cardinalis presbyter, sedisse ante ipsos in Cōcilio Nicæn. 1. Ephes. Chalced. in 6. 7. 8. generali.

2. réuera aliquando Episcopos præcessisse Cardinales ^{s vide Onuphr. supr. & colligi- tur ex lib. 1. cap. 7. vite Gregor.} presbyteros, simo Cardinalatus erat gradus ad Episcopatum. tum quia tunc eligebantur Papæ ab Imperatore, vel populo, tum quod primis 600. annis summi Pontifices ad grauiora Ecclesiae negotia cogebant Concilia nationalia, in quibus primum locum Episcopi habebat, & eorum maximè vtebatur consilio Papa. At postea merito ordo est mutatus, tum quia cœperunt soli Cardinales eligere Papam, tum quia negotia totius Ecclesiae cœperunt communiter ad Senatum Cardinalium reunisci: non sine magna ratione. 1. quia sic Papa habet senatum in promptu, ita vt si velit, possit singulis diebus de rebus grauissimis deliberare. 2. quod id fiat sine detimento Ecclesiarum particularium. 3. quod habeat consiliarios magis instructos & exercitatos.

De Chorēpiscopis.

CAP. XVII.

Horepiscopus dicitur quasi ἡγέτης χωρας οπός oppidi, sive regionis Episcopus: vel potius qui loco Episcopi sit. Hi in duplice genere erant. Alij solum presbyteri in pagis aut oppidulis curam animalium gerebant, ut nunc ferè Parochi. *a* Et hi neque presbyteros & diaconos ordinare, neque Chrysimate frontem fidelium inungere, aut templa & altaria consecrare poterant. Atque de iis loquitur *b* Damasus cum ait Chorēpiscopos non posse subdiaconum ordinare. Cætera ferè omnia præstare poterant quæ Episcopi. Alii Episcopalem consecrationem vere acceperant, sed in aliena dicēcessim ministrabant, quod non haberent propriam, quos nunc Titulares Episcopos, & Suffraganeos dicimus.

Atque de his loquitur Concilium *c* Antiochen. cum ait licuisse Chorēpiscopis Subdiaconum ordinare. Si *c can. 10.* tamen ostendi posset Chorēpiscopis prioris generis concessam hanc ordinandi potestatem, in Subdiaconos: dicendum esset id priuilegio, & dispensatione habuisse: Damasum vero loqui, de ordinaria potestate.

a ut cognosci potest ex Concil. An-
cyr. can. 12. &
Antioc. can. 10.
& Hispal. 2.
can. 7. Damas.
epist. 3. Leon. epi.
86. alias. 88.

b supr.

De Cœlibatu Sacerdotum.

PRIMA PROPOSITIO.

*Non est de iure diuino, sed humano cœlibatus
annexus sacris ordinibus.*

CAP. XVIII.

a 4. distinct. 24.
q. 2.
b libro de continentia Sacerdot. cap. 4. & seq.



Æc propositio est contra Ioannem Maiorem, & h Cœlthouæum. Probatuſ primò. Non est de iure diuino, coniugatos, si ordinentur, abstinerere ab uxoribus: quod non ſolum concedit Cœlthoueus, ſed patet ex praxi. Nam Ecclesia Roman. iam à multis ſæculis permifit Græcis ſacerdotibus hunc uſum. Ergo neque de iure diuino, ut poſt ſacerdotium ducant uxores. Non enim ſacerdotium pugnat cum ipſo Sacramento matrimonij: ſed vel cum actu matrimoniali, vel impedimentis, & curis ſecularibus, quæ matrimonium ſequentur: quod non minus contingit, in eo qui ante ordinationem duxit, quam qui poſt.

Secundò, nullibi inuenitur tale preceptum diuinum. Nam in veteri Testamento ſacerdotibus licitum erat uxores ducere: In nouo nihil hac de re Dominus locutus eſt.

c cap. 10. eſt antiquiss. Conciliū, & confirmatū à Leone distin. 20. can. de libellis. Tertiò, Concil. e Ancyran. docet, poſſe Diaconos cum licentia Episcopi uxores ducere, etiam uſcepto Diaconatu. At in iure diuino nequit diſpensare Episcopuſ.

d Epift. ad Tim. Quartò, ex Conciliis, & PP. in ſequenti capite ci- & Titum. tandis. Obiicitur primò, d Apostolum iuſſisse Episco- pos & Diaconos eligi caſtos. Respond. id e Apostoli- c de quo cap. seq. cum preceptum, non diuinum uifſe. Secundò, Deut.

¶. v. 9. dicitur in benedictione Leui à Moſe. Qui dixit patri ſuo & matri ſue, neſcio vos, &c. & neſcierunt filios ſunt. Quod de ſacerdotibus Christianis exponitur. Relp. vaticinum diuinum non mandatum fuiffe. quod nunc impletur etiamſi ex lege humana.

Tertiò, f. Videte ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis mundi. Quod g Leo ait præcipue ad ſacerdotes ſpectare.

Ref. Leon. ſolum dicere hunc locū ad omnes fideles atque ad nos præcipue ſpectare ut viciniores diei Domini. Nec aliud prohibet Christus, quam nimiam terre- g. ſerm. 8. norum ſollicitudinem: cum Paulus h iubeat Epifcopū h. Timoth. 3. curam habere familiæ. Id eſt vxoris, & filiorum. Nec enim iuferit quod prohibuerit Christus.

f. Lue. 21. v. 34.
προσλαύτοις οὐκ εἰσερχομένοις μηδὲ βαπτιζόμενοι οὐκ εἰσερχόμενοι εἰς τὴν κρυπτὰν τοῦ μέγατος εἰς τὸ μετέμφυτον εἰς τὸ οὐρανόν.

PROPOSITIO SECUND A.

*Calibatus iure Apostolico recte annexus eſt
ſacris ordinibus.*

a PP. Concilij
Trullani circa
an. 700. can. 13.
& antea Vigila-
tius apud Hier.

C A P. XIX.

Ræci & contendunt debere clericos v- initio libri con-
xores ducere, ante ordinationem: quod tra eum.
non liceat post, inſtetque magnum for- b. UVald. tom.
nicandi periculum. b. VViclef, c. Luthe- 22. de Sacram.
rani, & d. Caluinistæ, id licere post ordi- cap. 128. & 129.
nationē. Noſtra autem propos. probatur. c libro de abrog.

Primò, in veteri Testamento, cum Iudei aliquid ſacri Missa priuata. tractatur erant, ab uxoribus abſtinere debebant. Nam d. 4. Inſt. 12. § 23. com esturi Agnum Paſchale, e præcipiuntur accingere e Exod. 12. v. 11. renes, f id eſt, edomare carnis voluptates. Accepturi f uerponit Gre. legem audiunt à Moſe: g Eſtote parati in diem tertium, & homilia 22. in ne appropinquatis uxoribus vestris. h Abimelech noluit Euangel. date panes propositionis comedendos Dauid, niſi in- g Exod. 29. v. 15 tellexisſet ab uxore aliquandiu abſtinuisse. Ergo Chri- h 1. regum 21. v. ſtiani ſacerdotes qui quotidie, ſaltem ferè res tractant 4. & 5.

DE MEMB. ECCL. MIL.

sacras, & comedunt panem Angelorum, corpus Christi, ab vxoribus perpetuo abstinere debent.

Respond. 1. Calu. leuiticos sacerdotes Christi figurā

i 4 Instit. 12. § fuisse, ac proinde hac continetia, eius significatio puritatem. At cum iam venerit Christus figuram celasse. Refellitur 1. quia etiam nunc sacerdotes, Christum qui

lv. 22.

1 ad Titū 1. v. 7.

~~διεπιστολαν
νηκτον αρι,
οποτε Επιστο
πυν σινε κριμι
εστι.~~ Nam Dauid semper gerebat figuram Christi, & tamē solūm comesturus panes sanctos, requiritur ab eo hēc continentia. 3. si, qui tantūm Christi figuram gerebant adeò debebant se purificare, quanto magis qui quotidie Christum tractant?

v. 8. ἀλλὰ φρονέειν
φιλάγαθον, τύπον
σπουδαίον, δοτον, ιγνώ-
την.

in bunc locū.

n 2. ad Tim. v. 4.

o 1. Corinth. 7.

p ut concludit

Hieron. in ca. I.

ad Titum, Orig.
hom. 23. in Num.
& Epiph. heres.

Catharor.

q can. 1. est anti-
quissimum circa
an. 311.

r can. 3.

s canon. 2. Item
Carthag. 6. can. 3
& African. ca.
37.

t can. 1.

u can. 33. circa
Sylvestri primi
tempora est anti-
quis.

x cap. 1.

y cap. 26.

z cap. 6.

Secundò, l Oportet, (inquit Apostol.) Episcopum esse hospitale, benignum, σωφρόν, (quod prudentem, sobrium vel castum significare potest) iustum, sanctum, continentem, scilicet ab uxoris amplexibus ut Hier. m exponit.

Tertiò, n Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. At quæ maiora secularia negotia, quam nuptiae?

Quartò, o iubet Paulus coniugatos ex consensu abstinerere, ut orationi instare possint. p Ergo qui quotidie orationi instare debent, & perpetuo abstinere ab uxori bus debent.

Quintò, ex conc. in Oriente, Neocæsar. habemus. q Presbyter (inquit) si uxorem duxerit, ordinē suo moueatetur, Nicæn. 1. dum prohibet Episc. presb. diacon. mulieres domi habere, præter matrem, soro rem, auitam: alias debuisset primo ponere uxorem. In Africa, Carth. 2. l Omnidibus placet, ut Episc. presbyt. diaconi, vel qui Sacram. contrebant, pudicitie custodes, etiam ab uxoribus se abstineant: ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. In Italia, Concil. Röm. sub Sylu. 1. can. 8. In Gallia, Arelatense 2. ante 1200. an. can. 2. Turonen. 1. can. 1. & 2 Aurelianensi. 3. t Nullus clericorum à Subdiacono, & supra, proprie, si forte iam habeat, misceatur uxori. In Hisp. Elibertinum. u Placuit in totum prohibere Episcopis, presbyteris, Dioc. ac subdiac. abstinere, (id est ut abstinent se) à coniugibus, & non generare filios. Item Toletan. x 2. y 4. & z 8.

In Germania, a Aquisgranense cap. 6. VVormacense ab fine se. b Placuit ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & subdiaconi donici i. ablineant se ab uxoribus, & non generent filios. b cap. 9.

Sexto, ex PP. Clemente can. 27. Apostolor. In nuptiis qui ad clerum proœcti sunt, precipimus, ut si voluerint uxores accipi ant; sed lectores cantoresque tantummodo. Calixto I. apud Gratian. Presbyteris, diaconis, subd. & Monachis cōcubinas habere, seu matrimonia contrahere penitus interdicimus. Syricio epist. d'ad Himericum. Innocent. ad Exuperium e Leone ep. f 82. Omnia sacerdotum tam excellens est electio, ut hæc que in aliis membris Ecclesie vacant à culpa, in illis tamen habeatur illicita. Cum enim extra Clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfecte continentie puritatem nec subdiaconis quidem carnale connubium conceditur. &c. Gregor. I.e. epist. 42. Zachar. g epist. f Testimon. Ultima ante annos 800.

Septimò, ex PP. Græcis, Origen. h Videtur mihi quod ille Episc. & Clericus solius est offerre sacrificium, qui inde sinendi & perpetua se ricias, leg. Eum deuouerit castitati. Euseb. i Eos qui sacrauti sunt, atque in qui, & seqq. n'è Dei ministerio, cultuque occupati continere deinceps seipso à in Authenticis commercio uxoris decet.

k Epiph. Adhuc viuentem, & liberos gignentem unius uxoris h Homil. 23. in virum ecclesia non suscipit &c. At dices mihi in quibusdam Numer. locis adhuc liberos gignere presbyteros, diaconos, & hypodiaco- i 1. Demonstr. 9 nos. At hoc non est iuxta canonem sed iuxta hominum mentem, k heresi 19. qua per tempus elanguit. Chrysost. l homil. 2. de patientia l Dixit unius Iob. Nyssen. lib. de virginitate. Cyrill. catech. 12. Occu- vxoris virum, men. in 3. primæ ad Timoth. ad illud: unius uxoris virum. non ea ratio- Oct. ex Latinis. Cyprian. siue author libri de singulari- ne, vt id nunc tate Clericorum. toto lib. probat, clericos non debere suæ in Ecclesia ob- domui mulieres habere. Quare cum in fine ait, Si quis ha- setuetur, oportet matrem, vel filiam, vel sororem, vel coniugem, vel cognatam, sic tet enim omni habeat, ut nulla ancilla intersit. loquitur de coniuge quæ si- prorsus castita mulcōtinentiā voverit. Amib. in m 1. c. ad Ti. 1. Deinceps te Sacerdotem ornatum esse.

m & 1. officiorum ultimo. Inoffensum exhibendum, & immaculatum ministerium, nec vello coniugali coitu violandum cōgnoscitis, qui integro corpore incorrupto pudore alieni etiam ab ipso consortio cō- jugali sacri ministerii gratiam recepistis.

DE MEMB. ECCL. MIL.

o in fine Apol. (inquit) ab usu famine cohibentur & o Hieron. Episcopi,
 pro libro contra Presbyteri, Diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certe post sacerdotium pudici. p August. solemneis (inquit)
 Iouinian. proponere continentiam clericorum. Greg. Tur. q refert quendam Comitem ab omnibus Episcopis excommunicatum,
 p lib. 2. de adult. coniugis 20. quod initiatus sacris, vellet ad uxorem redire. r Isidor.
 q 4. hist. 4. Placuit S. PP. ut qui sacra mysteria contrectant, casti sint,
 r 2. de officiis di. unius 10. & continentes ab uxoribus & ab omni carnali immunditia
 f cap. 2. liber. Quare cum ait, scilicet castumoniam corporis perpetuo seruent, aut unius matrimony vinculo faderentur. Sensus est,
 v ut de coniuge epist. 8. t Beda & Arator in Acta Apostol. cap. 30.
 Gregor. patris S. Nonò, ab exemplis. Nam à tempore Apostolorum omnes Episc. presbyt. aliqui Eccl. probati, quorum vitas habemus, continentes fuerunt. Si quidem quæ Magdeb.
 c 3. de Taberna- exempla in contrarium adducunt, vel intelligi debent,
 culo. 9. de uxoribus ductis ante sacerdotium, vel de minoribus ordinibus. Ansel.
 v ut de coniuge Gregor. patris S. Nazianz. Decimò, Eccles munera sunt sacrificare, orare, doce-
 Gregor. patris S. re, exhortari, curam ouium & pauperum habere. Sacra-
 Nazianz. menta ministrare, &c. quæ omnia coniugium impedit.
 x ut quæ ex ep. Zacha. ad Bonif. vt Chrysost. a. ait. In actu coniugii negari non potest,
 Gregor. patris S. zscut cum affir- quin admixta sit quædam impuritas, non quæ peccatum, mani Cent. 5. c. 7. sed ex peccato sit. Oratio requirit mentem eleuatam,
 presbyteros Ma- purgatam, tranquillam. b Actus coniugii hebetat aciem
 ced. duxisse uxori- mentis, & ad inferiora deprimit. c Quomodo vero ex-
 res teste Innocè. Zacha. ad Bonif. vt Chrysost. a. ait. In actu coniugii negari non potest,
 1. epist. 22. cum quin admixta sit quædam impuritas, non quæ peccatum, diligen-
 nihil tale Innoc. mani Cent. 5. c. 7. sed ex peccato sit. Oratio requirit mentem eleuatam,
 dixerit. presbyteros Ma- purgatam, tranquillam. b Actus coniugii hebetat aciem
 a lib. 6. de Sacer. mentis, & ad inferiora deprimit. c Quomodo vero ex-
 b Aug. 14. ciu. 16. Zacha. ad Bonif. vt Chrysost. a. ait. In actu coniugii negari non potest,
 c vide Ambr. 1. quin admixta sit quædam impuritas, non quæ peccatum, diligen-
 de officiis ult. presbyteros Ma- purgatam, tranquillam. b Actus coniugii hebetat aciem
 d vide Naucler. mentis, & ad inferiora deprimit. c Quomodo vero ex-
 cere, tantus contemptus Sacramentorum sequutus est,
 vt pallium laici Sacra- mента ministrarent.

Soluuntur argumenta Caluini.

C A P . X X .

PRIMUM, Deus reliquit matrimonium liberum Ergo nulli licuit id prohibere. Resp. neque id prohibet Ecclesia; sed solum requirit coelitatum Ecclesiast. tanquam conditionem sine qua non initiatetur. Quomodo non censetur prohibere officium torotoris, etiam si nolit eum ad sacra ministeria admittere.

Secundò, a Apostol inter haereticos nouissimorum temporum ponit prohibentes nuptias Resp. cum b PP. loqui de iis, qui simpliciter damnabat nuptias, ut per se malas, quales fuerunt Tatiani, Manichaei, &c. Pernovissima enim tempora, intelligit ultimam ætatem à Christo ad finem mundi. Nam neque in Græ est, *Ιερατείαν*, sed in posterioribus. Nec refert c Augustinum dicere Manichæos non prohibuisse nuptias, nisi electis suis, apud eos, velut sacerdotibus, & Monachis. Nam idem d Aug. testatur, à Manichæis interdictas nuptias simpliciter; quia etsi eas permitterent auditoribus suis, id faciebant quod aliud obtinere non valerent. Adde ita permisisse, ut conceptum, & liberorum procreationem cauendam esse monerent, quod est nuptias aperte damnare.

Tertiò, e Apostol inter dotes Episcopi ponit esse vnius uxoris virum. Resp. loqui de vxore accepta ante ordinationem, ut patet ex testimonii priori cap. productis. Nec ponit inter dotes Episcopi habuisse vxorem sed exponit conditionem ut minimum necessariam, ad Episcopatum, scilicet non plures habuisse uxores.

Quartò, honorabile connubium in omnibus. Hebræor. 13. f Cur non etiam inter sacerdotes?

Resp. i. in omnibus, Idem g esse quod omni ex parte, id est, siue Sacramenti, siue prolis, siue fidei rationem consideres. 2. h vel significare apud omnes 3. i in

a 1. Timoth. 4.

b Hieronym. 1. in

Iouinian. Aug.

30. in Faustum

4. & 6. Ambros.

chrysost. & alius

in 1. Timoth. 4.

c 2. de moribus

Manich. 18. &

epist. 74.

d 30. contra Fa-

sum. 6.

e 1. Tim. 3. v 2.

f v. 4. τίμιος ἐγένετο

μους ἐπάντοτε ἡ κοι-

τηλαγωγής.

& thorbus im-

maculatus,

g ita Oecumen.

in hunc locum.

h ita Fulgent. de

fide ad Pet. 3. ca.

i ita Theophyl.

DE MEMBR. ECCL. MIL.

omnibus non simpliciter, sed legitimè coniugatis, siue nobilibus, siue obscuris, siue Græcis siue Hebreis, &c.

¶ v. 5. Quintò, Apostoli non solum vxores habuerunt, sed etiam circunduxerunt, *¶ i. Corinth. 9.*

Respondeo, qui Apostoli habuerint uxores, non satis constare. Certum est autem ab uxoribus abstinuisse, postquam vocati sunt à Christo, ut Hieron. 1 docet.

11. in Iouian. Nam cum dixisset Petrus, nomine omniū, *m* Ecce nos rem Math. 19. v. liquimus omnia, & sequuti sumus te. Explicans Dominus 27. *¶* οὐκέτι αὐτούς quid sit relinquere omnia, subiunxit: nō omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, aut uxore. Mulieres vero quas Apostoli circunducebant, non erant eorum uxores, sed pia fœminæ Apostolis ministrantes.

Obiicit p Petrus Martyr, 1. si ita esset, non dixisset Paulus sororem mulierem, sed sororem tantum: omnis enim soror est mulier. 2. non dixisset potestatem circumducendi, quod auctoritatem sonat. 3. si haec mulieres aluiissent Apostolos suis facultatibus, falsum esset Apostolos accepisse sumptus à populo.

Ad primum vocari sorores mulieres, sicut Actor. 1. q o ita fere Græci dicuntur viri fratres. Ad 2. vel hanc potestatem non fu- & Latini inter- isse in mulieres, sed tantum in actiones, si sequi vellent pretes omnes, ut vel auctoritatem fuisse, non virorum in uxores, sed do- Chrysostomus, & etorum in discipulas. Ad 3. vel eas non fuisse diuites, sed Theodor. Ambr. tantum obsequium praestasse accipiētes pecunias à po- Haymo, &c. pulis, vel aliusse Apostolos non semper, & proinde ali- pin 9. prim. ad quando fuisse à populis nutritos.

Corinth. Porro etsi r quibusdā antiquis placuerit Paul. habuisse q v. 16. vxorem maxime cū illud Phil. vi. v. 3. πατέρα καὶ εὐτελήναν & Clemens Ale- Rogo & te Germane compar, posse verti Germana coniux. xandr. 3. slym. Tamen probabilius est nusquam habuisse ut asserunt tura, & iuxta s plurimi veterum. primò, quia vocatus i est Paulus codices quosdam. cum esset Adolescens, quo tempore non est credibile Ignatius episto-

la ad Philadelphos. s Hieronymus epistola ad Eustochium de virginitate. Hilarius in Psalmum 127. Augustinus libro de gratia, & libero arbitrio capite quartq. Epiph. heres. 58. Tertull. utroque libro ad uxorem, Ambros. in cap. 7. prioris ad Corinth. ut obseruat Ambr. supra.

habuisse vxorem, postea autem non habuit. 2. ponit ^a Ut annotat
se inter innuptos. 1. Corinth. 7. Quare illud ex epist. ad Theor. in 7. prio.
Philipp. non poterit intelligi de vxore Pauli: cùm hæc ad Corinth.
epistola scripta x sit post epistolam 1. Corinth. inter x Sicut ostendit
quas non est credibile Paulum vxorem duxisse. Nec di- Theodor. prefat.
xisset ^y vnius sed ^y vnius: non erat enim tam politus sermone
ut Atticismis vteretur. Loquitur ergo Paulus, de quo- commentarium
dam viro quem germanum coniugem vocat, vel quia ^z in ep. Pauli. Hic
maritus erat alicuius ex fæminis nominatis, vel quia so- omittitur argu-
cius in Euangeli prædicatione, mentum ex

Paphnutio in
Concilio Nic-
ano, quia illud so-
luitur 2. de
Ecclesia. 8.

Soluuntur argumenta Philippi.

C A P . XXI.



Rimum, coniugium est de iure diu- a v. 28.
no, Gen. 1, a Crescite, & multiplicati-
mini.

Resp, 1. verba Genes. non sponare
propriè præceptum, sed institutionem b v. 22.
exprimere naturæ. Nam idem etiam b
dictum est brutis, in quæ propriè præcepta non cadūt.
2. si sit præceptū solūm obligasse pro tempore, quo terra
vacua erat: tūm quia subiungitur: Et replete terram. tūm
quia si obligaret pro semper, condemnandi essent,
Christus, Maria, Joan. Batista, &c.

Secundò, est de iure naturæ, vt patet ex appetitu ge-
nerandi. Ergo sicut nemo potest obligari à se vel ab
alio, ad non comedendum: quia hoc esset contra in-
clinationem naturalem conseruandi individuum, sic
nec obligari ad non ducendum vxorem, quod sit con-
tra naturalem inclinationem conseruandi speciem.

Ad antecedens, illud ius esse affirmatum, & proinde
non obligare pro semper, sed tantum in casu necessita-
tis. Ad conseq. negatur, quando non est periculum ne

DE MEMB. ECCL. MIL.

individuum pereat ob abstinentiam cibi, vel species humana, ob coniugii defectum.

c *Corinth. 7. v. 2.* Tertiò, iubet e *Apostolus* ut unusquisque proptiam habeat vxorem, ad evitandam fornicationem.

Resp. 1. hoc non esse præceptum, sed consilium: sensus enim est iuxta d *Hierony.* & alij in hunc locum. Bonum est mulierem non tangere, vel post ductam abstinere ex consenu: tamen si timeatis fornicationem, benè facitis adhærendo vxori ad fornicat. vitandam. 2. e loqui de coniugatis in Paganismo, qui conuersti ad fidem dubitabant an deberent vxoribus vti. f 3. nullo modo loqui ad voto continentiae obstrictos. Illis enim: f *Ita Hiero. sup.* b *Damnationem* (inquit) habent, quia primam fidem irritam Chrysost. in hunc fecerunt.

locum Epiph.

heres. 61. Aug.

in Psal. 83.

h 1. ad Timoth. 5.

v. 12.

i Can. 4.

k Dist. 31.

l 35. q. 1.

*m Et Hubertus
Cardinalis libro
contra Nicetam.*

*n Vide supr. lib.
1. de Eccl. cap. 7.*

Quartò lex cælibatus dissentit à Conciliis: quæ sint, non ponit *Philippus*: videntur autem hæc: Canon. 6. *Apostol.* *Episcopus* aut *presbyter* uxorem propriam nequam obtentu religionis abiiciat. Concil. i *Gangr.* Quicumque discernit à presbytero, &c. Concil. v. *Carth.* can. 3. in quo statuitur, ut *Episcopi Presbyteri, Diaconi* abstineant ab uxorib. in propriis terminis, idest in ordine viciis suæ, ut exponunt *Trullani PP.* can. 13. Item Can. k *Aliter.* quo *Stephanus Papa* dicit, Ecclesiasticos viros in Orientali Ecclesia coniugatos esse, nec id reprehendit. Can. cum l igitur. ex *August.* Ecclesia (inquit) post *Apostolica instituta*, quedam consilia perfectionis addidit, ut pote de continentia Clericorum.

Ad prim. test. sensum esse *Episcopus*, aut *presbyter*, nequaquam prætextu, iur. cœlac, cautionis, idest ut cautiùs continentiam, cui obstringitur, custodiat, dimittat curam alendi uxorem, quam quoad thorum dimisit, ut explicat m *Concil. Turon.* 2. can. 8. Ad. 2. dici anathema solū arbitriantibus matrimonium esse malum, & proinde non licere ei sacra facere qui uxorem habuisset, etiamsi iam contineret.

Ad. 4. illud Concil. quod latinum fuit, latinè habet secundum priorum statuta, idest Concil. Carthaginensium, non autem, in propriis terminis, nec illi *Trull. PP.* aliquid n authoritatis habent:

Ad. 5. resp. 1. illum can. forte nullius authoritatis esse.

Nam neque Gratian. ait quotus sit Stephanus iste , nec in aliqua alicuius Steph. Papæ epistola hæc habentur verba.2. nolle dicere, Græcos ducere vxorem post sacerdotium. hoc enim repugnat vniuersæ Græcorum præxi, sed matrimonio vti. Quod etsi Rom. Ecclesia non probet, tamen id Græcis permittit. Ad.5. resp.1. ea non esse Aug. sed o Gratiani verba. 2. solùm velle Ecclesiam imposuisse Clericis continentiam præcepto seruandā, quæ alio quin erat consilium tantum. Nec enim Ignorabat Gratian. ante definitionem Ecclesiæ, etiam consilium fuisse. Et proinde nec opus erat, vt id Ecclesia tanquam consilium definiret.

Quintò, profert p Petrus Martyr Leonem: q Dicente p Libro de cælibatum Apostolo (inquit Leo) vt inter alias Christianismi regulas is Episcopus ordinetur, quem unius uxoris virum fuisse, q Ep.87. alias 85 aut esse constaret, tam sacra semper est habita ista præceptio, vt iam de muliere sacerdotis eligenda eadem intelligatur seruanda conditio. Sed est mendum manifestum. Nam legi debet de, muliere sacerdotis, eligendi, vt habent correctiores codices.

Sextò, donum continentiae r non omnibus datur. Et qui suscipiens ordines se continere posse putabat, postea cognoscet se continere non posse. Respond. omnibus dari continentiam, qui volunt continere, & quibus Deus dedit velle, dabit & perficere. Certè coniugati ipsi coguntur aliquando ad longum tempus, vel propter ægritudinem, vel propter absentiam abstinere ab uxore: num licebit ergo aliam ducere, quasi continere nequeant?

Vtimum Cælibatus Clericorum prodigiosas libidines, & scandala parit. Resp. si quæ huius sunt ex abuso cælibatus nasci: quod si propter abusum rerum, ex se bonarū, illæ essent tollendæ, certè & cælum quoque, terra, scriptura &c.

o Qui sua cum Augustini verba coniunxit, ut sepe facere solet.

t Math.19.v.12

a Centur. 9. cap.
10.

Soluitur argumentum, a Magdeburgensis
sibus proprium.

CAP. XXII.



Rgu. Sanctus Vldaricus Episcopus Augustanus epistola ad Nicolaum Papam Beatus (inquit) Gregorius. 1, aliquando, suo quondam decreto uxores sacerdotibus ademit. Deinde paulo post cum idem Gregorius iussisse ex piscina sua pisces aliquot capi, pescatores pro piscibus sex millia capitum infantium suffocatorum reperebunt: quam eodem infantium cum intelligevet sanctus Gregorius ex occultis furnicationibus vel adulteriis sacerdotum natam esse, continuo revocauit Decretum & peccatum suum dignis penitentiae fructibus purgavit.

Respond. confitam esse huiusmodi epistolam. Primo, quia non nisi unus fuit sanctus Vldaricus cuius mentionem historici faciunt: alter enim, quem primum b constituant Magdeb. nusquam extitit, nec enim eius parentes, aut patriam, aut authorem profiteantur. Nec Munsterus c ipse alium Vldaricum agnoscit quam unum. At hic, non potuit Episcopus scribere ad Nicolaum primum, qui obiit ap. d 967. Vldaricus vero creatus Episcop. ann. 924. e vel 903. f Neque ante Episcopatum. Vixit enim Vldaricus. 83 an. in Episcop. 50. ante Episcop. 33. quare natus est. an. 870. vel 891. unde inter obitum Nicolai. 1. & ortum Vldarici interfedunt tres, vel iuxta alios. 24. an. Neque scribere potuit ad Nicolaum. 2. obiit enim Vldaricus an. 953. vel 974. Nicolaus vero. 2. creatus Papa an. 1059.

Secundò, falsum est ademisse Gregor. uxores sacerdotibus, & postea rescidisse decretum: falsum, in piscina suisse tot capita inuenta, nullum enim horum extat ve-

b Centur. 9. sup.
col. 540.
c 3. de Germania in catalogo
Episcoporum
Augustanorum.
d Ex Onuphrio
libro de Rom.
Pontificib.
e Iuxta Hermänum Contracitum.
f Justa Chronic.
Augustane Eccl.

stigium: sed solum Gregor. I. ep. 42. temperat rigorem decreti prædecessoris sui, qui iusserat subdiaconos Siculos viuere cœlibes: permittit namque Gregor. uxori- bus vti, qui ante ordinationem duxerat, sed vetat alios ordinari nisi continentiam vaseant.

Tertio, si vera est illa cædes infantium, certè in Sicilia nata est, ad quam solum pertinet Gregor. decretum. Quomodo ergo verisimile, paucissimos subdiac. Siciliæ breuissimo tempore 6. millia infantium genuisse & tot capita ex Sicilia in Rom. piscinam saltasse? quomo- do intellec[t]um, esse clericorum, non laicorum infantium? quare nihil hac de re scripsentur historici omnes, aut quidquam habetur inter opera sancti Vldarici.

DE DIGAMIA.

*Apostolica lege prohiberi, ne bigamus quo-
quo modo sumptus, ordinetur.*

CAP. XXIII.

Probatur: oportet a (inquit Paulus) Episcopum irreprehensibilem esse unius uxoris virum. Item. b Diaconi sint unius uxoris viri. Lutherus c arbitratur, Paulum solum prohibere ne Episco- pus pluribus mulieribus extra matri- monium vtatur: idest ne indulget scortationi. Contra. Eadem phras[is] Paulus. d I. ad Ti- moth. ait: *Vl[er]ua eligatur non minus 60. annorum, quæ fue- rit unius viri uxori.*

Quo loco, per vxorem, nequit intelligi aliquid commune adulteræ, & veræ coniugi: ut sensus sit, eli- gatur illa vxor, quæ tantum virum cognovit proprium, non autem quæ fuit plurium vxor: idest præter pro- prium virum alij cognovit, tūm quia, illa quæ plures cognovit non dicitur vxor, sed adultera.

a δῆ τοι ἀπόκριτον
ἀπέληστον εἶναι,
μας γοτακες ἄρδια
b Tit. I. v. 5. no-
men presbyteri
habetur.

c οὐκ εἴη ἀτύχη-
τος μας γοτακες
d Cap. 5. v. 9.
c Libro de Capti-
uit. Babylonic.

χήρα καταλεγόσθια
μηλάπος ἐτῶν εἰ-
κοτα, γεροντας εἰσ-
αρσίς γυν.

DE MEM. ECCL. MIL.

tum quia non dixisset Apostolus, que fuerit, sed quæ
e Centur. i. li. 2. sit, id est quæ præter virum proprium, nullum cognoscat, semper enim mulieri prohibetur adulterium, & cap. 4. col. 451. Calui. in 3. prior scortatio. Vnde refellitur Lutheri explicatio. e Magdeburg. volunt prohiberi solùm multitudinem uxorum f Vide ff. de his simul.

qui notantur in Contra Principem, sensus verborum Pauli cum ait: vidua famia item Codi eligatur &c. nequit esse: Non eligatur, quæ plures habent incestis nubuit viros simul legitimos. Nusquam enim in vsu fuit ptiis L. nemine. vnam plures habere viros. Sed sensus erit, eligatur vi- g. ut Math. 5. dua quæ, cum fuit coniugata, vnum tantum habuit ma- v. 31. 32. & c. 19. ritum omnino, id est etiam successiue.

v. 4. Luc 1. Quare & aliorum sensus erit quoque Episcopus sit ma- v. 26. 1 Corint. 7. ritus vnius tantum uxoris, id est qui nec successiue ha- v. 2. Ephes. v. 33. buerit plures.

b 1. ad uxorem. Secundò, eo tempore quo Paulus hæc scripsit, non i heres. § 9. erat in vsu, aut apud Iudeos, aut apud gentiles, multo k 10. ep. 82. minus inter Christianos, Vnum virū plures simul habere uxores. Nam f apud Roman. polygami notantur iterauerit, cul- infames. In Euangelio vero semper loquitur g scriptu- pam nō habet ra de uxore in singulari numero. At quod non siebat coquinati, nō erat cur adeò prohiberet Paulus, prohibet ergo pos- sed prærogati- lygamiam successiua.

ua exiutur sa- Tertiò, quia de successiua polyg. hunc locum intel- cerdotis. leixerunt Tertul. b Digamos non finit (scilicet Apostol.)

1 in 1. Cap. ad præsidere, cum viduam allegi in ordinationem nisi uniuiram Titum. non concedit. Nec dubium est loqui de hac polygam.

m. homil. 2. in cum de hac in toto libro loquatur. i Epiphani. Oportet Ep. st. ad Titum Episcopum irrepreh. esse unius uxoris virum & c. reuera enim

Castigat (in non fusc pit sancta Dei predicatione post Christi aduentum eos, qui) hoc ipso qui a nuptiis mortua ipsorum uxore, secundis nuptiis coniuncti

etiam impudi- sunt. propter excellentem sacerdotij honorem. k Ambros. cos, dum os l Hierony. Apostolus de Episcopis, & presbyteris hæc pre-

non permittit cipiens, utique in ceteris relaxauit, non quod hortetur ad se- post secundas cunda matrimonia, sed quod necessitatibus carnis indulget. At

nuptias ad Ec. nō indulget Apostolus Christianis plures habere uxores regimen res simul, aut scortationi vacare, sed secundas successi-

di nitatēque uè inire auptias. Ergo hoc sacerdotibus prohibet Aug. Pastoriss assu- de bono viduitatis ca. 18. m Chrysost. Theophil. Ecu.

mi &c. & omnes huius loci interpretes, exceptio Theodoreto,

qui intelligit virum qui plures simul habuerit vxores.
Sed non est tantæ authorit, vt omnibus opponi va-
leat.

Quartò, ea fuit semper Ecclesiæ consuetudo i. teste
Leone ep. 88. . quia eius fit mentio rei in n canonibus ^{n can. 17. & 18.}
Apostol. Conciliis etiam antiquissimis Neocæsar. & ^{o can. 8.}
^p Nicæn. i. deinceps vero fuisse seruatum constat ex P teste Ambros.
Gratiano dist. 20. ^{ep. 32.}

Soluuntur obiectiones.

CAP. XXIII.

PRIMA, a Apostolus b iubet Episc. eligi ^{a Lutheri.}
sine crimine, cui criminis opponit, Eſſe unius ^{b ad Titum.}
vxoris virum &c. at successiva polygamia,
non est crimen. Ergo non opponitur mo-
nogamiae de qua Paulus: sed vel scortatio
vel vxorum pluritas simul ipsi monogamiae opponitur.

Resp. i crimen dici non solum peccatum, sed quid-
quid solet reprehendi ab hominibus & proinde etiam
incontinentia signum, cuiusmodi est polygamia suc-
cessiva. Propterea interdictum a ^c Concil. Neocæs. sa-
cerdotib. interesse nuptiis bigamorum. Et apud gentiles
bigami non poterant esse Pontifices ut refert ^d Tertull.
2. postquam dixerat Apost. Episcopum debere sine cri-
mine esse, non subiungere continuo virtutes crimini-
bus oppositas, sed conditiones quæ requiruntur præte-
rea, in Episcopo.

Secunda, vel monogamia ista Episcopi requiritur
ratione aliqua morali puta ab continentiam, vel my-
stica, scilicet ad significandum Christi coniugium cum
Ecclesia una. Non prius, quia multò magis prohibe-
tur in Episcopo concubinatus, vel adulterium. neque
posteriori: tum quia dotes quas postea Apostol. ponit,
omnes sunt morales, quidni & ista tum quia sequere-
tur i. & laicos e debere monogamos esse. 2. debere Epi-

^c can. 7.
^d i. ad uxorem.

^e eorum enim
coniugium re-
presentat etiam
unionem Christi
cum Ecclesia.

D E M E M . E C C . M I L .

scopum ducere virginem , & semper virginem conseruare . 3. priorem repudiare & posteriori adherere , sicut Christus repudiauit Synagogam , & Ecclesia adhæsit 4. necessario debet uxorem ducere , nec deserere ad punctum .

R. rationem huius monog. partim esse morale , nimirum ob minorem suspicionem incontinentiae , partim & præcipue mysticam , scilicet ad perfectius significandum coniugium Christi cum Ecclesia . Etsi enim , qui secundam duxit , significet istud Christi coniugium : non tamen significat Christum vnius tantum fuisse sponsum : Nec propterea tamē quod habeat duas significabit aliquid falsum in Christo , nam duas habere , non est alicuius mysticæ significationis gratia .

Ad primam probat contra moralem rationem resp. prohiberi etiam illa in Episcopo : quamuis non ita contrariantur , atque digamia : haec enim duplice ratione aduersatur , illa , vnicarum tantum , scilicet moralis .

Ad primam cont. ration. mystic. Numerari monogamiam inter cæteras dotes , tum quia moralis etiam est , tum quia etiam ut mystica , est Episcopo necessaria .

Ad 2. negatur , nec enim necesse laicos ea præditos esse perfectione , qua Episcopos .

Ad 3. Christi sponsam , simul & virginem , & fœcundam esse quæ duo nequeunt naturaliter in uno reputari coniugio humano : idcirco satis est si Episcopi coniugium alterum eorum significet .

Ad 4. nusquam Christum repudiasse synagogam sed tantum renouasse : ac de statu ancillæ in liberæ conditionem transtulisse & hoc modo eiecit ancillam id est statum seruilem .

Ad 5. non esse necess. Episcopum representare Christi coniugium , si tamen representaret , debere perfectius representare : ut autem representet inseparabilem vniōnem Christi cum Ecclesia , sufficit Episcopi matrimonium indissolubile esse , nec requiritur corporaliter semper presens adesse uxori .

Tertia idem sunt Episcopum esse vnius uxoris virum ,
f 1. Corintb. 1.7. & illud : *f* vnuisque uxorem suam habeat . Nam cum
ait Paulus : *Diaconi sint vnius uxoris viri* : si sensus esset ,

habeant vnam vxorem, sequeretur, Diaconis pluribus vnam deberi vxorem. At in illo: *vniusquisque uxorem &c.* non prohibentur secundæ nuptiæ, sed adulteria, & scortationes.

Negatur maior. Nā in primo loco, determinatur numerus coniugij, non in secundo. Ad probationem illud: *aliam ex I. Cor. 9.* Diaconi sunt &c. debere diuisim accipi, vt sensus sit qui- An nan habet diaconus sit vnius vxoris vir.

^g Quarta, Paulus poterat dicere Episcopum debere statem vxore esse monagum quod sonat singularitatem nuptiarum. circunducēdi Ergo cum aliter loquutus sit, intelligi debet, de singu- &c. videtur laritate mulieris eodem tempore, quod significat, *vnius enim tunc Paulus viduus fuisse.*

Resp. non debuisse Apostolum omnes loquendi for- se, & velle dice mas excutere: sed sufficere loquutum satis, vt intellige- re se posse uxoretur. Sed

Quinta h Ambros. exposuit verba Pauli dumtaxat, neque probare de coniugio spirituali Episcopi cum Ecclesia, ita vt pro- posuit Paulum hibetur Episcopus plures regere Ecclesias. *viduum fuisse.*

Resp. ad literam Ambros. Explicasse vt exposuimus: aut I. Corinth. 9. mysticè autem vt arg. hoc s. proponit. agi de coniu. Nā

Sexta, i Hierony. defendit Carterium Hispanum I. Corinth. 7. Episco. qui duas habuerat uxores, nec peccasse contem- ponit quidem se dit cōtra verba Apostoli, quæ explicat. i. vt Magdeburg. inter innuptos, 2. iuxta Ambros. sup. 3. iuxta Lutheri explication. non tamen inter

Resp. controverfiam fuisse apud veteres, num biga- viduos. mus esset, qui ante baptismum vñā habuisset qua mor- h lib. de dignita- tua, alteram duxisset post baptismum. Negatiuam de- te sacerdotali. fendift partem Hierony. affi. matiu. Ambros. Innoc. Aug. cap. 4.

quæ sententia præualuit in Ecclesia. Vnde apparet Hierony. non defendisse poligamiam sacerdotum primam k. Ut scriptæ illam exposuit, dicit se adducere vt malo cuneo malum sunt, nec eu- nodum scindat. 2. esse coactam, & duram 3. cum aliis cuare Baptis- duabus reicit, dum ait: *Hec uniuersa proferimus, non mun Saluato- quod veræ, & simplici intelligentiæ resistamus sed ut docea- ris..* vius te scripturas sanctas sic intelligere k. &c. Hanc autem l. ubi eam simpli simlicem intelligentiam, esse eam ex Hierony. etiam, citer amplecti- quam docuimus, patet ex comment. l eius in I. ad tur. Titum.

in de bono con-

Septima, m Aug. opponit sacerdotem Testamenti ingali cap. 18.

DE M E M . E C C L . M I L .

veteris, qui multas vxores habere poterat, sacerdoti Testamenti noui, qui vnam solam habere potest. At ille simul habere multas poterat. Igitur iste plures uno tempore habere prohibetur, non autem vnam post alteram.

Resp. antithesim in eo positam, quod illi plures habuerint vxores isti vnam: non autem quod illi plures simul, isti non simul plures i. quia Augu. dicit ideo sacerdotes non posse plures habere, quia significant Christi coniugium. At Ecclesia vna est omnino, non vna post alteram i. quia dicit peccatum non esse duas habere uxores: sed tamen esse impedimentum ordinationis. At Aug. docet peccatum esse plures simul habere. Quare cum dicit sacerdotes nostros non posse nisi vnam habere, intelligit nec successiuè, nec simul.

Octaua, *Quot n* (inquit Tertull.) ex digamia president apud vos. loquitur auctem de Christianis.

Resp. vel loqui de digamis qui ex dispensatione presidebant, vel ex abusu, vel qui alteram habuerant ante baptismum, quos digamos Tertull. putabat.

Nona, si bigamia esset sacerdotib. prohibita ob defectum significationis certè bigamus esset, qui plures legitimas habuisset, & cum vna tantum consummasset. Cuius contrarium difinitur *o iure Canonico*.

Decima, illa sola esset prohibita digamia, quæ ex duabus veris constaret matrimonii. At etiā cœsentur bigami, qui vnam legitimè, alteram illegitimè ducunt, & qui post votum solemne vnam, aut qui quamvis casti, fornicariam accipiunt quamvis si fornicarius virginem in uxoremducatur, non censeatur bigamus.

Ad nonam respondeo bigamiam non oriri nisi ex matrimonio consummato. Nam ut aduertit Innocent. Papa. cap. *Debitum de digamis Matrimonii* non consummatum significat Dei coniunctionem cum anima per gratiā, consummatum Christi cōiunctionem cum Ecclesia, per naturæ conformitatem: tunc enim dixit Apostolus Ephes. 5. *Sacramentum hoc magnum &c.* cum dixisset erunt duo in carne una. Bigamia vero oritur ex defectu significationis secundæ nimisrum quia non representat Christum cum vna Ecclesia.

Ad

n libro de monogamia.

o cap. debitum de Bigamis.

Ad 10. triplicem esse bigamiam vnam veram, & propriam, nimirum quæ ex duobus viris nascitur matrimonii: vel quia vir duas, vel quia uxor duos habuit viros, vel quia vidua viduam, dummodo in his sit consummatum matrimonium. Secundam interpretatiuam, id est quæ et si proprie digamia non sit, tamen talis reputatur a iure, quæ contingit quando quis secundam dicit de facto, non de iure. Tertiam metaphoricam, quæ consurgit ex duplicitate matrimonio, quorum vnum est metaphoricum, puta animæ cum Deo. Et hinc patet quare dicuntur digami qui vnam de iure aliam de facto ducant aut post votum solemne. Etsi autem non prohibetur præcepto Apostolico ducere fornicariam: Placuit tamen Ecclesiæ extendere penam digamorum ad eos qui ducunt, ob dignitatem presbyteri.

DE DECIMIS.

C A P . X X V .

Rimus, error a Vviclefi est qui decimas esse puras eleemosynas, nec villo iure sacerd. debitas asserebat. Refellitur. Quia laicos aliquid soluere sacerdotibus est b de iure naturæ. Ratio enim dictat, ut qui pro populo laborant a populo alimenta recipient: hac enim ratione stipendia militibus, salario Iudicibus & ministris publicis, tributa regibus deberi probatur.

Item de iure diuino: Nam Deus iussit e in veteri d 2. Conflit. c.29.
Testamen. decimas leuitis dari. Et si enim id non obli- 38. & 39.
get Christi anos in quantum iudiciale præceptum est, e in 3. Malach.
obligat tamen in quantum morale, scilicet quod ali- f Mat. 22. v. 20.
qua fructuum pars sit sacerdotibus danda, ut docent d
Clemens Roman. e Hierony. author. serm. 219. apud
Aug. & Greg. hom. 15. in Euangelia. Christus in nouo
Teitam. f Reddite (inquit) si que sunt Cæsaris Cæsari, & h lib. 50. homili.
que sunt Dei Deo, id est iuxta g Hiero. & h Aug. tributa homil. 48.

TOM. 2.

M

multi t canones dicunt decimas deberi de iure diuino. Refell. Quia tale præceptum non inuenitur in novo. Testam. ut pater: neque in veteri. Quia præceptum legis veteris, quoad hanc determinationem, non erat morale: tūn quia moralia semper obligant, hoc autem ante Molem non obligauit, alioquin impiè uero Jacob voulset decimas Deo, sub conditione, si deus dirigere viam eius &c. cūm ad decimas, ipso iure, obligatus esset: tum quia ratio non dicitur magis decimam, quam aliam dare partem, sed quantum sufficiat ad sufftationem. Neque cæmoniale fuit. Nam non ordinatur immediate ad colendum Deum, sed ad æquitatem inter homines constituendam. Familia siquidem Leui vna ex tribus, vel potius 13. x tribibus erat, cui secundum æquitatem deberetur 13. pars: cum in divisionem tertæ promissionis non venirent: quia tamen carteris nobiliores erant, præuidebat Deus futuros, qui non integrè soluerent, idcirco decimam attribuit partem, ut sic ad æqualitatem cum aliis Leuitæ venirent, nonobstantibus transgressoribus. Ergo Iudiciale fuit præceptum. At iudicia Christianos non obligant.

Obiicitur Innoc. c. Tua nos, de decimis, docens requiri decimas Deum ad professionem dominij supremi. Vnde videtur sequi hoc præceptum cæmoniale esse. Resp. dari ad hunc finem decimas, non immediate ut sacrificium, & similia, sed mediate: quia sacerdotibus dantur, qui ministrant Deo: quod non sufficit ut cæmoniale sit.

Ad Canonistar rationem Resp. i. nihil aliud y velle y ita intellige hos canones, quam vel decimas, esse de iure diuino conc. Matisco quoad substantiam, sicut dicuntur esse festa: quamuis newse 1.c. 5. cūm determinatio sit nunc de iure Ecclesiastico, vel 2. deum ait legem diuinam docuisse quidem Christianos decimas non verbo, sed de decimis exemplo: sicut dicunt quidam PP. Quadragesimam uendis seruum indictam a Christo. Nam dum Iudeis deus impo- dam esse. fuit decimas, docuit quid pat esset Christianos fa- z vide Ambr. cere vel 3. deberi decimas, iuxta determinatio- nem quæ in iure diuino habetur, non vi præce- pri diuini, sed Ecclesiastici quomodo maximè debet

x Nam Ioseph duas tribus fecit Ephraim scilicet, & Man.

DE MEM. ECCL. MIL.

intelligi cap. in aliquib. cum ait : *Ille quippe decimæ necessaria soluenda sunt, quæ debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata*: id est quæ debentur iuxta determinationem legis diuinæ, quam determinationem in nouauit Ecclesia, vel iuxta quantitatem determinatam ex consuetudine loci. Et certe si de iure diuino simpli citer esset hæc determinatio, non posset quacumque consuetudine abrogari: sed ubique essent decimæ soluendæ.

Dubium I.

An præceptum de soluendis decimis possit alia consuetudine abrogari.

*ain hoc omnes
Theologi, & Ca-
non. cōueniunt.*

*b li. 9. q. 4 ar. 1.
de Iusti. & iure.
c est Sylvestri
verbo, decima.
q. 4. & Nauar.
cap. 21. n. 18.*

d 2. 2. q. 87 ar. 1.

Respon. quæ a parte diuinum, ac naturale est, non posse. Qua parte Ecclesiasticum affirmat b Sotus non posse: c contrarium est verum.

Primo, quia hæc d. d Thom. sententia, docet enim posse ab Ecclesia hoc præceptum mutari quatenus est humanū, at non minorem vim habet consuetudo legi timè præscripta. Secundò ex cap. Aliquib. supra. Attamen quia sicut consuetudo tollit legem, ita & lex consuetudinem, posset Concilium, vel Papa leges præscribere, vt soluantur etiam integræ decimæ, ubi iam consuetudo inolevit aliam partem soluere, eamque legem tenerentur fideles scruare.

Dubium II.

*An laici pauperes teneantur dare decimas
Clericis diuīribus.*

*a quodlibet. 6.
ar. 10.*

Ratio dubij, est, quod sicut laicus tenetur alere sacerdotem, quia sacerdos est, ita sacerdos alere laicum pauperem.

Affirmatiuē d. a Thom. respondet, quod obligatio decimarum ad iustitiam pertineat commutatiuam, in qua non consideratur conditio, sed æqualitas rei ad rem: qui enim emit, debet soluere quantum res va-

leat siue sit diues, siue pauper. Ad illam Rationem r. sp. non teneri Clericum hunc pauperem potius, quam alium alere.

Dubium III.

An excusentura peccato, qui nullas decimas soluunt, ubi non est consuetudo soluendi.

Respond. tribus modis peccare posse. Primo si Ecclesia propter defectum decimorum notabiliter patiatur, tunc enim siue petat, siue non, tenerit populus soluere. Secundo, si Ecclesia iure petat, siue egeat, siue non. Tertio, si eo esset animo populus, ut non solueret, etiam si iustissime eas intelligeret a se peti. Extra hos casus excusantur. Tunc enim censetur Ecclesia condonare.

Dubium IIII.

*Quæ sit ratio determinationis Ecclesiae,
circa Decimas.*

ria sint, g Consil. includat materiā præcepti & amplius, de verbis Apost.

DE MONACHIS.

h Aug. serm. 61.

de tempore.

i Hieron. epist. ad

Eustoch. de cu-

stodia Virgin.

k Aug. de sanct.

virgin. 14. cap.

a cap. 8.

b antiq. Aposto-

licorum apud E-

piph. hæc 6. 1.

c Iouianiani, &

Vigilant.

d VViclesi art.

21. Lutherus in

Erithal. Calu.

4. Inst. 14. &

communis nostr.

heret.

e cap. 9.

f v. 4.

g in hunc locum

& Hieron.

h libro de vera

Virg. Aug. de S.

virginit. cap. 24.

Gregor. 3. parte

pastoral. 2. 9.

i In Hebreo

טוֹב טוֹב

תְּבִנָה תְּבִנָה

תְּמִבְנֵה תְּמִבְנֵה

sekem tof

mibbanim

zmibbanoth.

n men bonum

p̄e filiis & filia.

iys, in Septuag.

z̄m̄r̄ m̄n̄w̄

x̄p̄l̄z̄n̄ q̄w̄, z̄ s̄w̄

z̄k̄p̄p̄w̄

k supra cap. 25.

ac proinde melior consilij, quam præcepti materia, ex parte subiecti, quod præceptum sit omnibus commune. *b* Consilium vero, qui potest capere capiat. Ex parte formæ, quod i præceptū vi sua obliget: sed non Consilium. Ex parte finis, quod k præceptum habeat pœnam, si non obseruetur: Consilium vero non item.

Probantur Consilia, ex Scripturis.

C A P. VIII. & IX.



Ariæa de Consiliis repetiuntur sententiae. Prima b quod vocamus consilium vocat Præceptum. Secunda, c res ait esse indifferentes consilia. Tertia, d neque consilia, neque præcepta esse: sed mala, & prohibita, maximè si assumentur ad colendum Deum. Quarta, esse verè Euangeliaca consilia, quæ nec sint præcepta, nec indifferentia, sed Deo grata, & ab eo commendata. Hæc probatur ex scripturis.

Primo e Isaiae 56. f Hæc dicit Dominus Eunuchis (utique voluntarius, non autem sic natus, aut abscissis, tūm quia id docent g Cyril. h Basil. tum quia nulla est ratio quare sic natus, aut abscissis maior cæteris gloria detur) qui custodierint Sabbathamea, & elegerint (proinde non præcepto ducti, sed consilio inuitati, illi enim eligere dicuntur, qui non præcepto coguntur) que ego volui, & seruauerunt sedus meum: dabo eis in domo mea, & in muriis meis locum, & i nomen melius à filiis, & filiabus, (id est quam si haberent filios, & filias, aut melius nomen quam habent cæteri filii mei homines) nomen æternum (id est iuxta k Aug. gloriam quandam propriam excellentemque) dabo eis quod non peirabit. Et proinde maximiæ eternique pœmii. Ecce continentia Consilium. Res-

pondet / Petrus Martyr loqui Iſaiam de veris Eunuchis l libro de celis.
 quibus pollicetur Dominus, si legem seruauerint, se da- batu, & votis
 turum meliorem partem, quam filiis & filiabus id est Iſ- Monasticis.
 raelitis malis. Contra primò, hæc expositio aduersatur
 PP. citatis. 2. quia nulli Eunuchi veti proferti possunt
 in quibus, in quantum Eunuchis, hoc fuerit vaticinū
 impletum, nos autem proferre possumus innumerabi-
 les virginum choros.

Secundò, Sap. 3. Felix m̄ sterilis & coquinata, &c. m u. 13. & 14.
 & spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec
 cogitauit contra Deum nequissima, dabitur enim ei fidei donum
 eleatum. (id est donum quoddam singulare respondens
 fidelitati ipsius) & sors in templo Dei. quem locum simi-
 lem esse primo docet Hieron. supra.

Tertiò, Christus commendat virginitatem Matth. 13.
 quo comparat regnum cælorum, id est Ecclesiam, terræ
 bona, cuius una pars reddat fructum centuplum id est,
 virginitatem, alia sexagesimum, id est, viduitatem, alia
 tricesimum, id est, coniugium castum iuxta n Cypr. o
 Hieron. p & Aug. At quod Deus commendat & nulli- n de habitu virg.
 bi precipitur, sine dubio consulit. o 1. In Iouian.

Quarto, Matth. 19. q Non omnes capiunt hoc, sed quibus p de sancta vir-
 datum est, &c. sunt Eunuchi qui seipso castrauerunt propter gemit. e. 44. & 45.
 regnum cælorum. Qui potest capere capiat. Non dari præce- q versu II.
 ptum patet, quia non licuisset nubere postea. At Do- ε τέλες χριστος της
 minus initio capit is probauerat nuptias. Dari consiliū λόγου τοντος, οπων
 constat, quod Apostolis dicentibus: Non expedit nubere διδοσσου.
 non respondit Christus, Imo vero expedit, sed: Non om- v. 12. ούτε τινά γε
 nes capiunt hoc verbum, qui potest capere capiat, id est, reue- είτε τινά γεγονότα λατ-
 ra non expedient, sed potius impediunt nuptiae. tamen τοις δικαίοις βασι-
 non omnes intelligunt, sed qui potest id allequi, non λικος Τοις εργασίαις
 omittat. Dari in cælo continentibus præmium, patet ex
 illis Propter regnum cælorum.

Respondet r Martyr idem esse: Propter regnum cælorum, r supra.
 ac propter Euangelium expeditius prædicandum. Con-
 tra Cyprianus hæc verba Christi, Matth. 19. extendit
 etiam ad virginem pueras, quæ certè Euangelium prædi- s de habitu virg.
 care nequeunt. t Hilarius exponit, spe regni cælestis. u t in hunc locum.
 Hieron. Proponit (inquit) Agonothetus præmium, invitat ad u supra.
 cursus, tenet in manu virginitatis brauim, ostendit purissi-

DE MONACHIS,

mūm sōntem, & clamitat: Qui sūit veniat, & bibat, qui pō-
 test capere capiat. Non dicit, velitis, nolitis, bibendum vobis
 est, atque currēdum, sed qui voluerit, qui potuerit currere,
 atque potare ille vīcet, ille satiabitur. x August. Christo
 laudanti eos, qui se castrauerunt, non propter hōe sacerdotium, sed
 propter regnum cælorum, Christianus contrādicat, affirmans
 hoc præsenti vitæ eſe utile, non futura?

x de sanc. virg.

y v. 15. n̄ a 234

mar. ew ira īxw

zolus aliovis.

z v. 17. eī dīlētis

eiōrētūr sk̄ līlō

z̄w̄t̄s T̄ēnōr̄ T̄ē

ēr̄m̄l̄s̄.

a v. 21. eī dīlētis

z̄l̄l̄ēs̄ s̄l̄l̄ē ū̄w̄z̄

z̄l̄l̄n̄l̄n̄ ū̄l̄l̄

z̄l̄l̄x̄f̄l̄s̄ x̄ d̄c

z̄l̄l̄x̄l̄s̄ x̄ d̄c

z̄l̄l̄w̄v̄ ū̄l̄l̄

b libro de viduis

v̄l̄tra medium.

c in hunc locum

d in hunc locum

e contra Vigil.

f ep. 89. q. 4.

g Matth. supr.

Mar. 10. Luc.

18.

h & Matth. 22.

v. 35.

Quintū ibid. y Quid faciam ut saluus sum, responderet Dominus, z si vis ad vitam ingredi, serua mandata. hæc enim videlicet ad salutem sufficiunt. a Quod si vis perfec-
 tūs eſe: id est, si non es vita contentus æterna, sed aspi-
 ras ad excellentem gradum in ipsa vita æterna, vade,
 vende omnia, & da pauperibus. Quod cum Dominus sub
 præceptis non comprehendenterit (& certè non posset eſe,
 nisi charitatis præceptum, nimis ut diligamus pro-
 ximum: hoc autem non requirit dare omnia proximis,
 sed satisfacimus præcepto, si partim demus, partim re-
 tineamus) propterea consilium erit sicut docent PP. b
 ultra medium. Ambros. c Hieron. d August. e Chrysoft. Cuius con-
 tra Vigil. filii obseruatori subiungit præmium Christus: Et habe-
 bus thesaurum in celo.

Obiicitur primò, f Hieron. & Beda docent hunc iu-
 uenem non voto descendit, sed animo tentandi ad Do-
 minum accessisse. Quare nec credibile est Dominū se-
 riò, sed tantum ironicè voluisse respondere.

Contra 1. quia g tres Euangelistæ hanc historiam de-
 scribunt, & nullus hunc reprehendit iuuenem. 2. quia
 Dominus cum eo lenissime est locutus, cùm tentatores
 rudiū excipere soleat. 3. quia intuitus eum dilexit, Do-
 minus autem hypocritas non amat. 4. quia non abiis-
 set ille iuuenis tristis, nisi seriò perfectionem deside-
 rasset. At Hieron. fuisse in hunc locum memoria lapsum
 quod ratus fuerit hunc iuuenem eundem eſe cum il-
 lo Pharisæo tentatore. b Marci 12. Nam hunc locum Marci allegat, cum tamen Marcus vnum ab alio
 distinguat. at q. 1. ad Heditiam, & lib. contra Vigilantium aliter exponit Beda ad cap. 10. Marci mutat sen-
 tentiam, ac docet falli huius posterioris sententia seſt.
 i Calu. 4. Inst. 13 Secundò, i Dominus non potuit perfectionem consti-
 tuere in vendendis omnibus rebus, i. hoc enim nihil est

sine charitate. 1. Cor. 13. & hic adolescens mentiebatur, cum diceret se omnia seruasse mandata. Ergo Christus cum illi respondit, noluit eum hortari ad vendendum omnia: sed solum proposito illi huius mandato, quod implere non posset, illum ostendere mendacem.

Probatur posterior pars anteced. primò, quia unum ex mandatis est diligere Deum ex toto corde, & proinde paratum esse dimittere omnia propter Deum nec effici tristem, si hoc præstandum sit. At iste iuuenis auditio Christo, tristis effectus est. 2. Præcepto tenemur perfecti esse. Mat. 5. k *Estote perfecti.* At iste iuuenis ut patet, *k v. ultimo.* non erat perfectus.

Ad primam anteced. partem, omnium desertionem rerum duplum considerari, uno modo secundum se, altero, ut est actus imperatus à dilectione, priori non est perfectio, sed instrumentum ad perfectionem. Et tunc verborum Domini sensus erit: *Si vis perfectus esse sume hoc instrumentum,* quod erit tibi facillima via ad perfectionem: posteriori, est perfectio, quia includit gradum charitatis eximium. Et tunc erit sensus: *Si vis perfectus esse, vende omnia,* & opus perfectionis egregie facies.

Ad 2. negatur, tum propter dicta contra primam obiecctionem: tum quia cum subiunxit Petrus: *Ecce nos reliquimus omnia,* &c. quasi diceret, *Ecce nos fecimus quod ipse iuuenis facere noluit, quid ergo dabis nobis?* Non respōd. Christ. senon serio loquutum, sed solum, ut ostenderet illum iuuenem mentitum: *Quin dixit: Amen dico vobis quod vos qui secuti estis me,* &c.

Ad 1. probat. resp. qui diligit Deū ex toto corde non teneri omnia facere quæ consultit, sed tantum quæ præcepit Deus. Non præcepit autē iuueni ut vēdat omnia, sed tātū sub cōditione dixit, *Si vis perfectus esse vēde,* &c.

Ad 2. duo esse perfectionis genera in hac vita, unum omnino necessarium ad salutem, scilicet obscurationem mandatorum Dei, & illud in præceptū cadit. Aliud necessarium tantum ad excellentiorem gradum gloriæ in regno cœlorum, quod solum ad confilium spectat, de quo loquitur Dom. Mat. 19. quidquid sit de illo Mat. 5.

Tertiò, idem est, *Si vis perfectus esse, ac, Si vis ut vobis tibi desit ad consequendam salutem.* Quæ autem sunt

DE MONACHIS,

necessaria ad consequendam salutem non sunt consilia, sed præcepta. Probatur maior 1. quod ille sit perfectus cui nihil dèest. 2. quia cum dixisset adolescens;

I. Marci 10. v. 21 Quid adhuc mihi dèest? Respondit Christus: *Vnū m̄ iibi dèest, vade, vende, &c.* Negatur maior. Nam sequeretur omnes diuites damnari, nisi vendant omnia quæ habent, & dent pauperibus. At ut obseruat in August. hoc n. A. 11. **Timoth. 6. v.** postolus non præcipit, sed solum ut diuites moueantur 17. 18. 19. non superbè sapere, nec sperare in incerto diuitialum, &c.

Ad 1. minoris probationem, perfectum esse cui nihil dèest in suo genere, nihil autem ei dèest ad salutem necessarium absolute, qui ritè obseruat mandata. ad 2. defuisse iuueni aliquid ad perfectionem posterioris generis, non autem prioris, acquitendam.

Quarto verba Domini Matth. 19. sunt intelligenda
p. ov. 39. *τίς εστιν ἡμῖν* - ut illa Matth. 5. o si quis te percußerit in unam maxillam, praebē illi & alteram. Hæc autem quamvis præceptum importent, non tamen nisi in præparatione animi. Ergo & consilia non nisi in animi præparatione sunt obseruanda.

Negatur maior, 1. quia exempla Domini & Sanctorum sunt optima commentaria scripturarum. At Dominus percutitus in maxillam non præbuit alteram, sed p. **Ioan. 18. v. 23.** percutienti dixit: p. *Quid me cedis.* Et Apostol. q. *percu-*
q. cap. 23. vers. 3. *tiet te Deus* (inquit ad Pontific.) *paries dealbate.* vnde in-
tollerat oī missas: intelligimus cum dixit Dominus praebē illi & alteram. in-
telligi in præparatione animi. Consilium autem de re-
linquendis omnibus rebus re ipsa impleuit. **Luc. 1. 9.** &
Apostoli Matth. 5. 19. 2. illud præceptum de altera ma-
xilla præbenda, nequit regulariter obseruari, sine dan-
no proximi, & offensa Dei, potest autem sine his Con-
silium de relinquendis omnibus, & proinde patia non
sunt.

tita Ofiander a- Quinto, t Consilium illud non est datum nisi illi iu-
pud Alphonsum ueni, cum eo enim solo loquebatur Christus.
Virneſum Phi- Contra 1. non dixit ea Christus adolescenti quomodo
lippica 20. documque, sed si vellet esse perfectus. Ergo spectat ad
u. vt Joan. 21. v. omnes, qui perfectionem aequi volunt. 2. quod
17. Pasce oues Christus dixit alicui ut Principi, accipiuntur dicta ut
meas. Prin-

cipibus omnibus. Ergo quod vni priuato, omnibus priuatis competunt. 3. quia Apostoli sibi quoque haec dici crediderunt dicentes, Ecce nos reliquimus, hoc Dom. probauit: x Amen dico vobis (inquiens) 4. simillimæ sententiae sunt ab eodem, eidemque dictæ: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, & si vis perfectus esse, &c, illa autem omnibus dicuntur, haec etiam ergo.

x Ma. 19.v.18

Sextò, probantur confilia, ex primo Corinth. 7. y Bonum est homini non tangere mulierem. z Bonum est homini sic esse. a Solutus es ab uxore? noli querere uxorem. b Dico autem innuptis, & viduis bonum est si sic permanserint, sicut & ego, id est, continentes, ut exponunt c veteres. d De virginibus preceptum domini non habeo, consilium autem do tanquam misericordiam consecutus à Domino ut sim fidelis. e Quiam trimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit melius facit, &c. Respondent f i. his locis potius disludaderi continentiam. Nam postquam dixerat: Bonum est homini mulierem non tangere, subiunxit: propter fornicationem autem, &c. quasi diceret, hortarer ad continentiam: tamen periculum fornicandi non me sinit hoc facere, sicut qui diceret, Bonum esset non comedere, sed quia nequit sine miraculo fieri, propterea unusquisque comedat.

Contra i. quia non ait Paulus, Consilium dare vellim, sed, do, neque bonum esse, sed bonum est. 2. quia ineptissime laudaret quod impossibile foret: nonne ridicule dixisset. Bonum est non comedere, sicares cibo noli querere cibum. 3. quia P.P. illa de Consilio exponunt, g Chrysost. h Ambroſ. i August. Hoc malo (inquit) exhortatur ad virginitatem, continentiamque perpetuam, ut aliquantulum a nuptiis etiam deterreat. Ad rationem responſionis dico. 1. si propter periculum fornicandi eset nubendum, omnes nullo excepto, nubere deberet: nullus est enim qui ab hoc sit tutus omnino periculo. Et tamen Lutherus excipit a nuptiis, eos qui donum continentiae habent. 2. solum monere Apostolum, ut quicumque uxorem duxit, eam retineat, & quicumque se fornicaturum sentit, uxorem potius ducat.

l v. 18.

Respondent z. l Dominum dixisse Genes. 1. k Non est k Petrus Martini bonum hominem esse solum. Et quia non debet Paulus pugnare cum Deo, loqui solum Apostolum, de iis qui certi locum.

Tom. 2.

O

y v. 1. καλὸς ἀνθρόπος πατέρων μηδέποτε

z v. 26. καλὸς ἄν-

θρώνος τὸ ὅλος εἰ τοι

a v. 27. λίλυσσος ἡ-

πατέρων μηδέποτε

γενεὰ XX.

b v. 8. λίλως δὲ πίσ-

τράπεζες τὰς κή-

πατές, καλὸς ἀνθρό-

ποτε γενεῶν τοις

κατερ.

c in hunc locum

d v. 25.

e v. 38. ὁ ἔκχριμος

καλὸς ποιεῖ. ὁ δὲ

σὺ ἔκχριμος οὐτοῦ ποιεῖ.

f Luther. in Epi-

thal.

g in hunc locum

h libr. de viduis,

Hier. in Fouini-

anum.

i libro de sancta

virginitate. cap.

16.

DE MONACHIS,

ti sunt se donum continentiae habere, Deum vero de iis omnibus qui hoc dono carent.

Refellitar 1. quia cum Deus hoc dixit nulli erant qui
hoc dono carent: dicta sunt enim antequam Adam
peccaret, & proinde cum donum continentiae haberet.
Quare non spectant ad eos qui hoc dono earent. 2. quia
et si non omnes habent hoc donum Dei, tamen possunt
habere, si a Deo petat, sicut non omnes habent donum co-
iugalis continentiae. Neque tamen dicent aduersarij
licere non habentibus fornicari, sed debere petere a
Deo qui dabit. 3. Deum loquiti de bono speciei, pro
tempore quo mundus vacuus erat, de bono item quod
ad vitam temporalem refertur, Paulum vero, de bono
indiuidui, pro tempore quo mundus est plenus: & pro
bono ad vitam relato aeternam.

Respondent 3. solum laudare Paulum continentiam, non tanquam Deo gratam, & meritoriam, sed tanquam vtilem in hac praesenti vita, tum *m* quod careat curis, & afflictionibus matrimonij, tu *n* quod reddat expeditores ad orandum, prædicandum, &c. Primò quia hoc significat Paulus cum ait, o Arbitror bonum esse propter præsentem necessitatem. Secundò cum ait, p Tribulationes tamen carnis habebunt huiusmodi.

Contra, præter has utilitates, Continentia valet ad placendum Deo, & præmia promerenda æterna. Primo quia id Paulus docet: q. *Mulier innupta* (inquit) & *virgo cogitat quæ Dei sunt, quomodo placeat Deo, ut sit sancta corpore, & spiritu.* Sanctitati autem quid respondet in alia vita, nisi præmium æternum? Secundo, ex PP. & Aug. Mirabiliter despiciunt, qui putant huius continentiae bonum non esse necessarium, propter regnum cœlorum, sed propter præsens secundum, quod scilicet coniugia terrenis curis pluribus, atque artioribus distenduntur, qua molestia virgines, & continentes carent. ¶ Hieron. *Illa virginitas, hostia Christi est, cuius nec mentem cogitatio, nec carnem libido maculauit.* Ad i. probationem, verba Pauli non significare propter præsentes molestias fugiendas, sed propter temporis breuitatem, quia Dominus prope est, & dies illi propinqui, de quibus dicitur: t. *Vix pregnatibus, &c.* ita enim explicat Paulus cum ait: u. *Tempus breve est.* v. *Præterit figura huius*

mundi. & Hieron. ep. ad Eustoch. de virgin. Ad 2. intel-
ligi quidem illa de afflictione temporalis coniugatorum
non tamen sequitur propter hanc solam utilitatem esse
continentiam sectaridam. Solum enim vult Paul. ostē-
dere, ut obseruat y Hieron. continentes esse etiā quoad
carnalia feliores coniugatis: ac proinde continentiam y in Ionianum
quoquo modo esse matrimonio meliorem.

Septimō, z Melius est mibi (inquit Paul.) mori, quā vt ^{z 1. Cor. 9. v. 15.}
gloriam meam quis evacuet. a Nam et si Euangelizauero, non
est mibi gloria: necessitas enim mibi incumbit. Vae enim mibi si
non Euangelizauero. b Que est ergo merces mea? ut Euange-
lium prædicans sine sumptu ponam Euangelium. quibus ver-
bis ostendit se plus fecisse, quam sibi præceptum esset,
& propterea apud Deum meruisse singularem gloriam.

Respondent, c loqui tantum Paulum de opere debito
coram Deo, quamvis non secundum iudicium homi-
num, & ideo nomine glorię, intelligi solum quandam
coram hominibus gloriationem. Primo quia pro opere
supererogationis nemo debet subire mortem. At melius
est mibi (inquit Paul.) mori, quam vt gloriam &c. Secundō
quia Paulus desperat de mercede si illud opus non fa-
ciat. Si (inquit) Euangelizauero, non est mibi gloria, id est, si
prædicauero accipiendo sumptus à populo, nihil lucra-
bor, Quae est ergo merces mea? ut Euangel. &c. At tantum
pro opere debito non factō, desperandum est de mer-
cede. Tertiō, qui agrauerit peccasset Paulus accipiendo
sumptus à populo: abusus enim fuisset sua potestate
& offendiculum Euangeli posuisset, ut patet cum ait:
d vt non abutar mea potestate, &c. v. 18.

Contra 1. partem responsionis, primo Apost. illo to-
to capite probare intendit, sibi licuisse vivere ex sumptu-
bus populi, exemplo, tūm Apostol. aliorum, tūm militū,
pastorum, agricolarum: Item ex lege Mosis, ordinatio-
ne Christi, & ex ipsa natura. Quod ergo non sumeret
sumptus præceptum non fuit. Secund. quia p Chrysost.
Ambr. q Aug. id de opere supererogationis intelligunt.

Contra 2. part. est 1. r August. qui de gloria æterna in-
telligit. 2. quia falso gloriaretur Paulus. 3. quis credat
Paulum gloriam suam posuisse in ore hominum? 4.
quod Paulus vocat gloriam, infra mercedem appellat.

DE MONACHIS,

At non expectabat ab hominibus mercedem.

Ad 1. prob. maiorem distinguo. Si sensus sit nemo teneri regulariter propter opus supererog. mori admittitur. Si, non licere mori: negatur, Quot enim virgines maluerunt mori, quam nubere?

Ad secund. probationem desperare Paulum de mercenariis hunc locum. cede, non quidem debita operi necessario, sed operi su-
t. Prompto si. peterogationis, ut Chrysost. exponit.

Ad tertiam negatur. Ad rationem: verbum *Abutor*, Græcè *καταχρησις* tria significare. 1. vti re aliqua contra eius institutionem. 2. præter institutionem. Ita Paulinus ep. 11. et ad Seuerum, unde figura *καταχρησις*. 3. vti simpliciter ita Plato ep. 8 Paulus in secunda significatione hoc verbum accepit, est enim ac si diceret ne quantum possum utar potestate mea, id est vehementer.

Offendiculum vero non significat scandalum, sed interruptionem. *Μηχανή* in Graeco: metuebat siquidem Paulus ne auaritiores, timore alendi concionatores, retardarentur ab Euangelio, verum sine culpa Pauli, primò, quia in cæteris Apostolis id contingere poterat, qui nihilominus accipiebant sumptus à populo nec est verissimile eos hac in re peccasse. 2. quia nulli iniuriam fecisset Paulus, suo iure vtendo.

Nonò y Apoc. 14. Nemo poterat dicere Canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia: his sunt qui cum mulieribus non sunt coquinati, virgines enim sunt, et sequuntur agnum quocumque ierit.

Respondent & id intelligi de non coinquinatis idolatria, quæ est meretrix magna.

Contra 1. Ioan. indicat paucos fuisse huiusmodi co-inquinatos: quid sunt enim 44. millia si cum turba sanctorum aliorum comparentur? At nō coinquinati idolatria sunt innumeri penē. 2. non dixisset Ioannes, *cum mulieribus*, sed, *cum muliere*. 3. de veris virginibus exponunt a Primal. Beda, Occumen, Anse. Gregor. 3. p. pastorali cap. 29. & seqq.

COL. 054

in hinc locum.

Idem afferitur Exemplis, Et ex PP.

C A P. X. & XI.

Xempl. a initio nascentis Ecclesie plurimi venditis omnibus communem, &cœli- b. v.34. ad finem ducebant vitam. b Actor.2. Item c c.v.9. Euseb.3.c. 21. quo tanquam aliquid eximium narra- 25. apud Ruff. tur, Philippum habuisse quatuor filias vir- 31. Refert ex gines. At quid magnum, si aliquando nupturæ fuissent? Polycrate has Hoc autem non fuerat in vsu ante Christum, nec vllihi filias Philippi in præceptum. Ergo id faciebant, quod ita consuluerit senectute virgi- Christus. nes oceubuisse.

d PP. Græci, & e Orig. Ea que supra debitum facimus, Philo lib. de vita non facimus ex præceptis. Verbi causa, Virginitas non ex de- contemplativa bito soluitur, neque enim per præceptū expeditur, sed supra de- testatur suo tem bitum offertur. f Euseb. In Ecclesia Dei duo modi viuen- pore plurimos di instituti sunt. Alter quidem naturam nostram, & commu- cœlībam duxisse nem hominum vita rationem excedens, non nuptias, non sobo- vitam. Iustinus lem, non substantiam, non opum facultatem requires, prorsus Apolog.2. ante à communi & consueta cunctorum hominum vita abhorrens, medium, ait a- & soli diuino cultui, ex immenso rerum cœlestium amore ad- pud nullam gen- dictus, &c. Et talis quidem existit in Christianismo perfecte tem ita coli cœ- vite modus. Alter vero remissior, atque humanior, hic & mo- libatum, ac apud desto coniugio, &c. Vtrumque autem Christum instituisse Christianos. idē docet initio capit. g Basilius, Voluit Dominus non Tertull. in Apol. præceptum esse ipsum virginitatis rectè factum, sed insigne a- cap.9. nime, virtutis studiose, ex propria ac libera potestate, id quo d d Cap. 11. supra mandatum, & supra naturam est à seipso perpetrantis. e in 15. ad Rom. Nazianz. h orat. i. in Iulian. Epiph. hærel. 48. i Chry- f 1. demonstr. 8. lost. Nequaque Dominum incuses, non mandat impossibilia, g libro de virg. multi & ipsa superant mandata. ultra medium.

Latinis, Cyprian. k Neque hos iubet Dominus, sedhorta- h In legibus tur, neque iugum virginitatis imponit, quando manet voluntate nostris alia pa- rendi necessi- tatem imponunt, nec sine periculo permitti possunt alia non necessita- sed in electione & voluntate posita sunt, &c. i homil. 8. de penitentia. k de habitu virginum prope finem.

DE MONACHIS.

I sed cum ha- tatis arbitrium liberum. l & m Ambrosius. Qui præcep-
bitationes mul- tum impleuerunt dicere possunt serui inutiles sumus, quod de-
tas apud Patrem buimus facere, fecimus. Hoc virgo non dicit, non dicit ille, qui
suum esse dicat, bona sua vendidit. o Hieron. Proponit Agnothetis, &c.
melioris habi- plus amat virgines Christus quia sponte tribuunt, quod sibi non
taculi hospitia fuerat imperatum: maiorisque gratiae est offerre, quod non de-
demonstrat. beas, quam reddere quod exigaris. p Aug. Quæcumq. man-
Habitacula i- dat Deus, ex quibus unum est, Non me hababeris, & quæcum-
melioravos que non iubentur, sed speciali consilio monentur, ex quibus unu-
petitis, carnis est. Bonum est homini mulierem non tangere, tunc recte sunt,
desideria ca- cum referuntur ad diligendum Deum, & proximum, & in hoc
strantes mai- seculo, & in futuro. q Gregor. Electi nonnumquam plus
riis gratiarum præ- student agere, quam eis dignatus est Dominus iubere & c.
stibus obtine- ut videlicet plus impendant obsequio, quam acceperunt præce-
tis.

m Libro de viduis ultra medium. o l. in Iouinianum. p in enciridio ca.
121. & serm. 18. de verbis Apostoli. Ambierunt virginis illam maiorem
pulchritudinem cordis sui, tanquam dicerent, quid iubes ne adulteræ
sumus? hoc præcipis, amando te plus facimus quam præcipis. q 15. Mo-
ral. 5. r Carnis enim virginitas nequaquam iusta est, sed tantum lau-
data, nam si illa iuberetur nimirum coniugium, iam culpa crederetur,
& tamen multi virtute virginitatis pollent.

Ratione probatur.

C A P . XII.



N qualibet re naturali duplex solet esse
perfectio. Vna necessaria ad esse, altera ad
benè esse. Homo si habeat animam, &
corpus, perfectus est in natura, & ad
esse. si verò formosus, vel probus, a-
liam quandam habet perfectionem na-
turæ ornatum.

In qualibet republica, ultra præmia, & poenas, trans-gredientibus, & obseruantibus leges, sunt præmia heroicis actibus decreta. Pari ergo ratione decet Christianum hominem duplē habere perfectionem: & in Christiana Republica, præter communia præmia, esse præstantiora quædam heroicis dicata gestis.

Soluuntur^a obiectiones.

*a Apud Petrum
martyrem in. I.
Corinth. 9.*

C A P. XIII.

PRIMA, b facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in Regnum cœlorum: Illud est impossibile. Igitur & hoc, nisi Deo: nimirum quatenus docet vendere omnia, & dare pauperibus. At ea sine quibus non patet ingressus in regnum cœlorum cadunt in præcepta. Igitur & vendere omnia.

Respondeo, utrumque esse possibile Deo, & manente camelo, camelo, & diuite, diuite, alias si solum esset Deo possibile, quia redigi potest camelus ad subtilitatem setæ, & duas fieri pauper, id non solum Deo sed etiam hominibus possibile foret.

Secunda, Nisi c quis renunciauerit omnibus quæ possidet non potest meus esse discipulus. Tenemur autem fieri discipuli Christi.

Resp. renunciandum esse omnibus in animi præparatione. Nam inter ea quæ Dominus renuncianda esse dicit, numerat uxorem, & propriam animam: quibus, non nisi in eo casu, est renunciandum.

Tertia, d Dominus iubet se diligi ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus viribus. Quid ergo superest quod erogemus?

Respond. his non præcipi, ut Deum secundum omnes gradus charitatis possib. diligamus, solum ut Deum præcipuo diligamus amore cique nihil anteponamus,

*b Math. 19. v.
24.*

ἰόνοπά περός ἵτιν καὶ μηδεὶς δέσμη τελεῖται τὸ φαριδός δικλεῖται ἐπλιστος εἰς τὴν βουλεῖαν τῆς Σεβίσθεντος.

c πᾶς ἢ οὐκέτι οὐκέτι αποτάσσεται πᾶσι τῷτε ιωτῷ θηραγνοῖ στοιχεῖον οὐδετέρον μηδεπιτέρον.

Luc. 14. v. 33.

d Deuter. 6. v. 5.

Math. 22. v. 37.

Marci. 12. v. 30.

Luc. 10. v. 27.

DE MONACHIS,

aut æquemus: quod plus & minus contingere potest.

Qui enim abstinet se propter Deum a licitis, magis diligit quam qui ab illicitis solum abstinet. Et tamen

c. V. 3.

ακοσας δι τηνδην δι παστλιον, Ευραχθην, των πασας ισοποιησεν. vterque diligit ex toto corde.) Nam passim in scripturis illa vox *Totum, vel, omnis, ita accipitur. Math. 2. e*

Turbatus est Herodes, & omnis Hierosoly. cum illo. Ideo magna pars habitantium Hierusalem. 2. Reg. 15. v. 1; To-

to corde uniusversus Irael sequitur Absalom. Genes. 31. v. 6.

scitis quod totis viribus seruiterim patri vestro, cum tamen multa alia eodem tempore fecisset Iacob. Cor autem anima, virtus, vires, pro uno & eodem accipiuntur. 1.

f. Moses dixerat.

Diliges ex toto corde, ex tota anima, & ex tota fortitudine tua.

Math. dixit Ex toto corde, dum esse Deum sincere.

& in tota mente tua Ex toto corde cere prævaricatoem, si non impleatur. Nam et si rati-

tuo, & ex tota ratione finis (quem iuxta eos, iudicat ex se hoc præcep-

anima tua, & ptum) nequeat impleri, & ei nihil addi possit: ratio-

ex omnibus ne tamen medii impleri, & ei addi posse. Respond. se-

viribus tuis, & cuncto verius esse hoc præceptum quantum est ex se

ex omni mente. Simpliciter impleri posse in hac vita.

te tua. I. quia scriptura Deuteronom. p 10. Lucæ. q 10. g 5. Reg. 14.

v. 6. h 4. Reg. 23. v. 25. i. Deuteronom. 4. v. 29. k 1. Reg. 7. v. 3. l Lib. de

spiritu, & litera cap. ultimo. m Serm. 50. in Cantica n 22. q. 44. ar. 6.

o Aug. d. supr. Neque enim si esse nondum potest tanta dilectio Dei

quanta illi cognitioni plenæ, perfectæque debetur, iam culpæ depu-

tandum est. Bernard. supr. Mandando impossibilia non prævaricatores

homines fecit, sed humiles. p v. 12. & cap. 13. v. 3. q v. 27 & 28.

præceptum hoc, vt quod obseruari queat proponit.
 2. Deus r promisit se facturum, vt in nouo Testamento diligatur in toto corde, tota anima &c. Deus autem non mentitur. 3. multi hoc mandatum impleuerant ut Dauid. s' 4. quia t PP. docent nihil impossibile fuisse nobis imperatum à Deo. u Aug. Quomodo (inquit) est graue cum sit dilectionis mandatum. x Neque enim imperaret hoc Deus ut faceremus, si impossibile iudicaret, ut ab homine fieret. Et Bernard. serm. 50. in Cantica in hanc sententiam inclinat.

Quinta, y Quam angusta porta est, & arcta via, quæ ducit ad viam, & pauci sunt, qui innueniunt eam.

Resp. legem Domini difficultem esse ex natura sua, quia est difficile virtutis medium attingere: & difficultorem ex naturæ nostriæ corruptione: sed facilem habenti gratiam, quæ naturam sanat, inclinat & dirigit ad bonum, vnde (inquit Christus) Iugum z meum suave est, & onus meum leue. Item mandata a eius gracia non sunt.

Sexta, In opere nostro semper aliquid deest. Ergo nusquam implemus legem. Probatur antecedens. 1. quia Paulus b ait se mente seruire legi Dei, carne autem legi peccati. 2. c Job verebatur omnia opera sua. 3. Isaías d vocat pannum menstruatæ omnes iustitias nostras. 4. Dauid e clamat: ne intres in iudicium cum seruo tuo domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Negatur antecedens. 1. quia alioquin delusisset dominus iuuenem illum cui dixit: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. idem enim est ac si dixisset: si vis in cælum ascendere fac tibi, remigium alarum. 2. quia sequeretur hominem numquam peccare: nec enim peccat, qui non facit quod non potest. 3. Deus esset iniquior Tyranno, quippe qui peteret, quod nemo soluere posset.

Ad 1. probation. Resp. loqui Paulum de motibus concupiscentiarum inuoluntariis, qui non peccata, sed penæ sunt. Ad. 2. illum veteri, siue metuere, qui videt f Et proinde hoc malum quod vitare potest, si enim non posset, desperaret. Si ergo Job verebatur opera sua, certè malum quod quin legem immisceri poterat, vitare f poterat. Ad 3. loqui pleret.

x Deute. 30. v.

6. Hierem. 24. v.

7.

f 3. Regum. 14.

v. 8. Iosias. 4.

Reg. 23. v. 25.

t Origen. homil.

9. in Josue. Hilarius in illud.

Latum man-

datum tuum

&c. Hierony. 3.

contra Pelagianos.

u libro de natu-
ra, & gratia
cap. 96.

x Ja Psal 59.

y Matb. 7. v. 14.

περὶ τῶν πληθύνοντων ἀληφῶν ἡ θεοφάνεια τὸν ἀπόγενον εἰς τὸν οὐρανόν, ἐξ ἣντος εἶται οἱ τελεσθεῖσι αὐτῷ.

z Math. 11. v. 30

ἀποτίσεις μεταχειρίσεως τοῦ προπτερού μεταβαλλεται.

ppor. isra.

a 1. Joan. 5. v. 3.

b Romanor. 7. v.

25.

c Job. 9. v. 28.

d 64. v. 6.

e Psal. 142. v. 2.

DE MONACHIS,

Isaiam in persona grauissimorum peccatorum, qui si quæ bona opera moralia faciunt, ea multis criminibus inquinant. Ad 4. resp. 1. nullum hominem iustificari coram Deo ratione venialium peccatorum, quæ tamen charitatem non auferunt. 2. non posse iustificari comparatum Deo, cuius tanta perfectio est, ut illius intuitu, Angeli etiam videantur immundi.

g Luc. 17. v. 10.
 εἰς τὸν πατέρα τὸν ἀνθρώπον
 τὰ διάταξις βίβλοι οὐκ
 λέγουσι οὐδὲ δύλεις
 χρήσιμοι οὐδὲ οὐδὲ
 φέλεις πονησται
 πεπονικασθεῖσαι.

Septima, g Cum feceritis hæc omnia, dicite, serui inutiles sumus que debuimus facere, fecimus. Nam seruus quidquid est, Dom. est & quidquid facit domino acquirit.

Respond. non esse in textu, cum feceritis hæc omnia, simpliciter, sed que precepta sunt vobis. Ad probationem, nihilominus posse seruum quædam facere ad quæ non tenetur, quamvis si faciat, Domino acquirat.

Octaua, iubemur quotidie dicere: *Dimitte nobis debita nostra.* Ergo numquam facimus, quantum debemus. Respon. hoc quotidie dicendum propter venialia peccata.

h Matth. 17.

Nona, dubitantibus h Apostolis de salute, cum dicerent. *Quis poterit saluus esse: non respondit Dominus, quinimo etiam supererogare potestis, sed, quod impossibile est hominibꝝ.* Respond. apud homines impossibile esse, & saluari, & opera supererogationis facere: apud Deum utrumque possibile esse.

i Vers. 10.

Decima, *Maledictus qui facit opus Dei negligenter Hier.* rem. i 48. Nemo autem est, cui non subrepatur aliqua negligentia. Ergo nemo satisfacit debito suo erga Deum.

Resp. in Hebreo haberi. *אָדוֹן הַמִּשְׁעָן תָּהֲבֵחַ תָּהֲבֵחַ*
אָרוּגֶת מֶלֶךְ הַבָּא רְמִיתָה. *Maledictus faciens opus Dei fraude, sive fraudulenter.* Vnde constat loqui Hier. de negligentia graui.

k Ioan. 13. v. 34.

Vndecima: k Hoc est mæceptum meum ut diligatis in-
 eter se fratres, καρικούσι. ut
 fratres sint, mæcias.
 πάτερ αἱλόντες, κα-
 έτες κατά την οὐρανού.
l. Joan. 3. v. 16.
ε 17.
m v. 13.

nicem sicut dilexi vos. At Christus sic nos dilexit, ut pro nobis sit mortuus. Ergo l & debemus pro fratrib. animas ponere. hæc autem est summa Charitas Ioan. m 15. Ergo nullus remanet consiliis locus Ad primaam conclus. verâ esse cum id exigit necessitas salutis proximi. Si igitur id faciamus, cum huins. non exigit necessitas, opus supererogationis faciemus.

Duodecima. Quidquid boni habemus, accipimus à Deo. Ergo sunt omnia nostra ei debita.

Ad conseq. esse debita si exigat, non esse si non exigat: non exigit autem quidquid possumus, sed tantum quod præcepit.

Decimatercia. n Quod reliquum est fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque honesta, quæcumque iusta, quæcumque pura, quæcumque accommoda, quæcumque boni nominis, si qua virtus, & si qua laus hæc cogitate que & didicistis. &c.

n Philipp. 4.

Respond. hæc esse negatiæ accipienda, ut sensus sit, Nihil cogitetis, neque agatis nisi quod iustum, quod verum &c. & hoc modo multa possunt superaddi affirmatiua. Alioquin si iuberet Paulus affirmatiuæ: deberemus etiam Mathematicas demonstrationes cogitare quæ verissimæ sunt. Et quis potest cogitare omnia quæcumque vera sunt?

Decima 4. vel potes aliquid facere ultra legem, vel non, si prius, ergo teneris: quia lex requirit omnes vires tuas: si non, conuenimus. Resp. legem solùm requiri obseruantiam præceptorum: non autem omnes nostras vires.

Decimaquinta, dicere nos facere plusquam teneamur superbia non caret, fitque Christo iniuria, qui frustra diceretur mortuus.

Respond. hanc superbiam non timuisse virgines quæ apud o Aug. dicunt Amando te plus facimus quam præc. o Serm. 18. de verbis Apostoli pis. Neque PP. citatos. Hinc autem nulla fit iniuria Christo, quia non asserimus posse suis viribus ea præstare, sed tantum gratia Christi.

Decimasexta. Nolle Deum amare, si plus possimus est grauissimum peccatum. 1. quia est negare Deum esse summum bonum. 2. est abuti Dei dono. 3. quia est ingratisudinis peccatum. non enim paria Deo referre valimus. Ergo nihil superaddere possumus. 4. qui talentū p abscondit, punitus est à Deo. Ad anteced. verum esse 1. si fiat ex contemptu. 2. si ex superbia. 3. si ex pigritia, quod nolis amplius proficere. hoc enim repugnat statui viatoris. 4. si necessitas exigat plus Deum amarum falsum autem si ideo tātum nolis plus diligere, quod ad altiorem gradum ascendere non velis, et si intendas

P Mathei 25.

DE MONACHIS,

proficere quoad conditionem, & gradum tuum. Ad 1. probat. negatur: quia ille Deum agnoscit summum bonum, qui eum super omnia diligit, quod præstatur si ei nihil anteponatur, aut æquetur: quamvis non tam ardenter ametur, quantum posset: alias semper peccaremus, quis enim amat Deum intensissima affectione sibi possibili?

Ad 2. illum abuti dono Dei, qui eo non vtitur, quando est necessarium: non abuti, qui paratus est ut cum necessitas postular. Ad 3. nullam esse ingratitudinem præsto esse ad parendum Deo cum iussit, & reddere de facto quod exigit. Superbiam esse præscribere Deo legem, id est facere præceptum à se institutum, quod ipse non instituit tale. Ad 4. hunc fuisse punitum, quia præceptum negotiandi habebat.

Explicatur nomen, & definitio voti.

C A P . X I I I I .

Nomen voti apud latinos ambiguum est. Significat enim promissionem, orationem, & desiderium: Græcis votum νόημα, Hebræis כְּדָרֶךְ nedér oratio ηρωσινή Hebræis תְּפִלָּה thephillah, est: votum autem est, Religiosa promissio alicuius excellentioris boni, Deo facta, libera voluntate.

Dicitur Promissio: quia votum est quasi contractus inter Deum, & hominem: includit enim obligationem unius ad alterum, non solum ratione veritatis, qua tenetur qui vovit verum facere, quod dixit, sed etiam ratione fidelitatis, qua tenetur alteri fidem datam seruare. Quæ obligatio nequit nasci ex solo proposito aliquid faciendi.

Religiosa, ut intelligamus formaliter, & quoad internum actum votum esse virtutis Religionis actū: quamvis materialiter, & exteriori actu, alterius virtutis esse posse.

Excellentioris boni: vt determinetur materia voti.
Nec enim voveri potest, nisi quod melius est facere,
quam omittere.

Deo facta: qua ratione differt votum a iuramento: illud
enim sit soli Deo & sanctis ut excellentissimo modo
Dei naturam participant. Hoc autem hominibus per
Deum.

Liber voluntate, vt distinguitur votum à lege com-
muni, hæc enim etiam inuitos ligat: illud, non nisi vo-
lentem.

PRIMA PROPOSITIO de voto.

Omne quod fit ex voto est cultus Dei, et si
aliòquin non sit a Deo præceptum.

C A P. XV. E T XVI.

Vther *a & b* Caluinus *c do-* a cap. I.
cent tria de voto primò vota b de votis mona-
ad colendum Deum, non nisi sticis.
ex rebus præceptis fieri posse c 4. Instit. 13.
proinde vnum esse fidelibus
cōmune votum promissionem
in baptismo.


Secundò, fieri posse de rebus
non præceptis, sed tantum ad
expeditius huius peragenda
vitæ negotia, aut vitanda peccata, & similia. Idūmodo
non referantur ad colendum Deum, vel peccatis satis-
faciendum.

Tertiò, vota monachorum impia, & irrita esse, quod
 fiant eum opinione diuini cultus, & de rebus nusquam
 a Deo præceptis *d* Petrus Martyr dicit. i. vota in veteri
 Testamento fieri potuisse, non autem in nouo. *e*. Pro-

d libro de Celi-
batu & votis
monasticis.

DE MONACHIS,

missionem quæ sit in Baptismo nullo modo votum esse.

e v.21. Probatur tamen nostra propositio primò vouere est actus religionis, Isaiae.19. e *In illo die cognoscent Aegypti Dominum, & colent eum in hostiis & muneribus id est (ut explicat) & vota vobebunt, & soluent.* Ergo & implere votum. Nam promittere & soluere ad eandem spectant virtutem. Sed per id quod fit ex voto etiam si non præceptum, impletur votum, igitur per id & colitur Deus.

e teste etiæ Cal- Secundò, e omne votum est promissio, Deo facta: uin. 4. Inſtit. 13. & prouide votum implere, est fidem Deo seruare. At initio capit. Deo seruare fidem est Deum immediate colere. Ergo cuiuslibet voti impletio erit cultus Dei.

f 2. Inſtit. 8. §. 23. Tertiò, iuramentum est cultus Dei etiam si fiat de re non præcepta ut admittit f Caluin. Ergo & votum. g ut Nume. 30. Sunt enim adeò similia ut g Iuramentum pro voto sàpè usurpetur in Scripturis. Et sicut per unum protestamus Deum immutabilem: ita per aliud eum esse bonum, cui placeant virtutum actus.

Quarto, soluere falsis diis votum, etiam de re non præcepta, est idolatriæ actus. Igitur vero Deo soluere, erit latræ cultus.

h v. 36. 37. 38. Quintò, omnis actus virtutis etiam non præceptus, factus propter Deum, ad eius cultum refertur h Lude Anna. i Iacobi 1. Igitur multo magis si fiat ex voto.

i v.27 Sexto, si quis voueat abstinere triduo a vino, & non soluat, peccat non certè peccatò intemperantia; non enim est actus necessarius temperantia abstinere a vino. Ergo peccat, quia Deum afficit iniuria non seruando fidem. Igitur, si abstineat, Deum honoret.

Septimò votum de re præcepta, non est votum, nisi cum res illa præcipitur, ut non præcepta, sicut probabitur infra. Igitur vel votum de re nō præcepta erit cultus Dei, vel nullum votum erit cultus Dei.

Octauò, si votum de re non præcepta non est cultus Dei. Ergo nec ipsum vouere, nullibi enim præcipitur. At Caluinus contendit vouere esse actum religionis. Igitur debet etiam admittere votum de re non præcepta esse cultum Dei.

Nonò, probatur exemplis. *k* Iacob vovit sub conditione. At præcepta non debent sub conditione fieri, ergo vovit de re non præcepta: ad colendum Deum, quia habere lapidem pro domo Dei id est pro ara, & offerte decimas, sunt religionis actus. David *l votum vovit Deo Jacob*, extruere templum, quod maximè ad religionem spectat. At illud non præceperat Dominus 2. Reg. 7. Leuitici 27. Numer. 6. & 30. habentur vota de rebus non præceptis, quorum tamen solutionem Deus seuerissimè exigebat. Et proinde constat placuisse Deo.

m v.23.

Obiicitur omnis cultus voluntarius id est quem Deus non præcepit Deo placere nequit. *t.* quia Paulus reprehendit *m Coloss. 2. omnem* ~~τύλος γνωστικής~~, quod noster interpres vertit superstitionem. *t. quia n Quod non est ex fide peccatum est.* Ergo votum de re non præcepta non potest fieri ad colendum Deum. *n 14. Rom. 24.*

Resp. Ad anteced. & *t.* probationem solum reprehendi cultum qui nec à Deo probatur, nec ex natura sua est materia cultus diuini ut sunt res inanes. Ad *2.* respond: *t.* cum interpretatione communiveterum, ibi fidem pro conscientia accipi, ut sit sensus peccatum id omne esse quod fit contra conscientiam *t.* per fidem nos etiam intelligere non solum placere Deo quæ præcepit, sed etiam quæ consulit: cuiusmodi sunt vota: & proinde esse etiam ex fide.

DE MONACHIS,

SECVNDA PROPOSITIO.

Non fuit Iudeorum proprium vota facere: sed cum Christianis id etiam est commune.

C A P . XVII.



Rimò , id prædixit Isaías 19. *Colent eum hostiis &c. iuxta Interpretes omnes.*

Respondebat Martyr. Non intelligi ibi apud Isaiam veras hostias & vota, sed solum spiritualem cultum , voluntenim Isaías cultum futurū exprimere per eum qui tūc erat in vsu:āias nūquam Iudei intellexissent. Contra 1. quia et si non habeamus cum Iudeis eadem vota , & hostias : si tamen nullas verè haberemus malè explicuisset cultum Christianorum, per hostias, & vota: Non enim explicatur aliquid, per id quod ei nullo modo simile est 2. nullam rationem Martyr reddere potest, quare hunc locum metaphorice interpretetur nisi quia apud Christianos non sunt verè vota & hostiæ: at id pertere principium est hoc enim in quæstione versatur.

av. II. Secundò, probatur proposit. ex a psal. 75. *Vouete, & reddite Domino Dco vostro, quod etiam ad Christianos spectare docent PP.*

b cap. 24. Tertiò, 1. ad Timoth. 5. de viduis quæ votum fregerant dicitur. Cum Luxuriæ fuerint &c. vide b infra.

Quartò, votum non est Iudaica ceremonia. Nulla ergo est ratio , cur solis tribuatur Iudeis: probatur anteced. 1. quia cæremoniæ omnes sunt externæ , votum autem sola mente perfici potest 2. illæ dicuntur propriez cæremoniæ Iudaicæ , quæ vel Christum significabant venturum , vel a Moysi institutæ fuere : prius non competit voto: quid enim votum ieiunij, eleemosy. &c. commune habet cum illa significatione ? neque posteriorius, nam ante Moysen, venit Iacob 3. post Moysen non cessat

cessarunt vota, teste c Augustin. At omnes ceremon.
Iudaicas Christus abrogauit.

Soluuntur obiectiones.

C A P. XVIII.

Rima, in Testamento veteri frequens fit
mentio voti: in Nouo, nec nominatur
quidem, nisi agatur de Iudaicis votis.

Resp. 1. si quid concluderet argum. in-
ferret etiam usuram non esse Christianis
prohibitam. Nam eius fit mentio frequens in veteri
Testamen. in nouo colligitur quidem ex illis: a Mu-
tuum date, nihil inde sperantes &c. sed obscurius multò
quam votum ex his Pauli. Qui primam fidem irritam fe-
cerunt. Nam illud non omnes de usurpa intelligūt: Istud
autem omnes, de voto. 2. et si nomen voti non habeat
in nouo, rem tamen ipsam haberi ut patebit infra
3. quamuis nihil haberetur in nouo hac de re, sufficere
tamen antiqui Testam. testimonia cum Ecclesiæ expli-
catione, & usu.

Secunda, ridiculus haberetur filius, qui tabulis obsi-
gnatis, ac testibus vellet se tradere potestati patris, cum
iam sit ei subditus. Et in Testamēto veteri cauit Deus
ne sibi voverent Israēlitæ primogenita pecorum, quia
sibi debebantur iure. At non minus sunt Christ. ob-
stricti Deo, quā illa primogenita, aut filius patri. Quid
ergo per votum illi tradere poterunt?

Ad maiorem, filium, id posse facere in iis quibus de-
iure non subditur patri, vt nuptiis, & [paraphernalibus
bonis]. De Primogenitis autem illis non reliquerat li-
beram potestatem Iudeis Deus, & propterea non po-
tent voveri: sicut & cætera. Ad minorem, quamvis
quidquid habemus, accepimus a Deo, vt ait b David, b Paralip. 29.
& teneamur reddere cùm exegerit: tamen multa nobis
reliquisse libera, vnde multa sunt dei, & nostra simul:

DE MONACHIS,

Dei, quia dedit: nostra, quia possumus pro arbitrio de illis disponere: dummodo non contra Deum.

Tertia, Nihil est liberum in particulari. Nam quando aliquid occurrit in particulari, aut repugnat saluti propriæ, vel aliorum, & sic necessario reiiciendum, aut conducit ad huius salutem, & tunc necessario expectendum.

Negatur propositio: ad probationem, id esse necessariò expectendum quod necessariò ad salutem conducit: non autem, quod tantum utiliter conduceat, aliquin malè Apost. dixisset. *Quod vult faciat, non peccat si nubat.*

Quarta, libertas Euangelica minuitur per vota. 1. quia Christus voluit esse libera genera vita, at qui votet, se adstringit ad unum. 2. Christus nos liberauit a lege.

Negatur propositio: ad probationes si ita est, ad quid ergo se legibus matrimonij heretici astringunt? 2. quomodo igitur dixit Petrus Martyr, nihil esse liberum? 3. negatur utraque: liberati autem sumus per Christum non a lege gratiae sed a peccato, & a ceremonialibus antiquis.

vide lib. 4. de summo Pontif. Imp. 17. ad 5. argum.

Quintò, qui votet iniuriam facit Deo 1. quia illi repugnat, facit enim necessarium, quod Deus voluit esse liberum 2. arguit Deum insipientiae, quasi nescierit alteri tam bene prospicere, quam sibi homo prospexit 3. inuidiae, quasi noluerit.

Neg. proposi. ad 1. probationem, Deum non fecisse plurima libera affirmatiue, sed negatiue tantum, id est, quia noluit obligare, ut suam nobis testaretur benignitatem: nosmetipso obligare ipsi per vota, ut gratitudinem, & pietatem reddamus. que non magis pugnant inter se, quam benignitas domini, & gratitudo serui. ad 2. & 3. negatur: quia etsi Deus haec non præcepit, consuluit tamen, & eius inspiratione aspiramus ad vota.

TERTIA PROPOSITIO.

Non est propriæ votum promissio quæ fit in Baptismo.

C A P. XIX.

Nonnulli a doctores volunt res præceptas cadere sub præcepto: alij b negant. 7. de Iustitia q. Sed conciliantur, si dicamus, rem præceptam, conceptam, & acceptam sub intentione se obligandi, etiamsi res illa ge pœnali. 10. præcepta non esset, recipere votum: non b d. Thom. & recipere, cum sola intentione acceptandi, & testifican- di obligationem quæ antea iam erat ut Exodi 16. c In c v. 8. Baptismo, d promittimus nos legem Dei seruatu- rios. d Tertull. lib. Quæstio igitur est, Nam hæc promissio sit prioris generis ut de corona mil- vult Caluinus, & Lutherus, an posterioris ut sentit cum tis Cyprian. 1. Theologorum opinione communi nostra propositio, ep. S. Hierony. quæ probatur. Apollo. 1. in Ruff.

Primo, vota censentur omnino libera e Deutero. 23. &c. At illa promissio in baptis. est omnino necessaria. Omnes enim ad baptismum diuina lege obligantur: Baptis- mus verò non datur ab Ecclesia, sine illa promissione. f ep. 1.

Secundo, vota parvolorum a parentibus edita, reduntur irrita nisi rata fiant a pueris adultis, ut docet f Bernard. votum enim est lex particularis, quam quisque sibi imponit, si velit: ac proinde voluntatem propriam necessariò requirit. At promissio quæ fit in baptismo, non expectat parvolorum annos, ut reddatur valida.

Tertiò, alioquin sequeretur i. omnia Christianoru- peccata esse duplia quia contra legem præcepti, & contra votum in baptismo. 2. esse sacrilegia, quia contra voti religionem. 3. non minus peccare sacerdotem fornicando, quam monachum. Quæ omnia aduersan- ter communi fidelium iudicio.

DE MONACHIS,

Obiicitur primò grauius peccant, & puniuntur Christiani, cum legem non seruant.

Resp. id esse verum, non ratione voti, sed ingratitudinis.

Secundò, *Quid debemus vovere?* g (inquit Aug.) credere in illum, sperare ab illo vitam æternam &c.

Resp. ibi accipi votum largo & communis modo, scilicet pro qualibet promissione. quamvis hæc acceptio voti difficile inueniretur in scripturis.

Tertiò, Ecclesia cogit baptizatos legem seruare. Quare, nisi ob promissionem quæ obligationem affert, quam non affert lex ipsa? Non enim potest cogere Ethnicos Ecclesia.

Resp. cogere baptizatos non tam ratione promissionis, quam quod per baptismum facti sint filii, & membra Ecclesiæ. Omne enim membrum debet subiici capitum, & filius parenti.

QUARTA PROPOSITIO.

*Paupertas voluntaria rectè Deo
vouetur.*

CAP. XX.

a v 3. μακάριοι οἱ
πλαχτοὶ τῷ πνεύμα
τῷ οὐ αὐτοῖς εἰσή
σανταῦται οὐα-
νεῖ.
b in hunc locum
c Chryso. in huc
locum, & Aug.
1. de serm. Do-
mini.
d v. 5.



ducendi uxorem, & tentatione prematur. Nec dicant
posse petere a Deo continentiam & obtinebit, quia tunc
est necessaria ad salutem: non obtinere autem certò, si
ad sit facultas nubendi, vel continentiae votum: quia
oratio debet nasci ex fide, fides niti promissione Dei:
Nulla est autem promissio Dei circa cælibatū perpetuum. Hoc enim facile soluitur, nam sufficit genera
lis promissio, qua promisit Christus: m si quid petieritis
patrem in nomine meo dabit vobis. Alioquin si particularis,
requiriatur: nec fides, nec spes, aut charitas, & conti
nentia, quo modo necessaria, peti posset, vbi enim de his
item ca. 15. v. 7. promissio particularis. 7. ex PP. n Tertull. Elige quod bo
et ca. 14. v. 13. num est (loquitur de continentia) si non potes, est quia
Luc. II. v. 9. non vis. Posse enim si velis, ostendit, quia tuo arbitrio utrum
lib. de Mono- que reliquit. o Origen. Qui vult capere verbum, quod de
gamia prope si castitate possum est, petat: credens dicenti, & accipiet non
nem. dubitans de illo, quod dictum est. Omnis qui petit, accipit.
o in hunc locum p Hierony. His datum est qui petierunt, qui voluerunt, qui
Math. 17. Qui ut acciperent laborauerunt. Nazianz. q orat. 31. Ambros.
pot capere &c.
P in eundem locum Math. q cum audis quibus datum est, adde da
tum esse iis, qui volunt & assentiuntur.

deviduis, r Chrysosto. His datum est, qui sponte id elicit in eund. Mat. gunt. s &c. August. 6. Confess. II. Basil. libro de virginitate ultra medium.

s quod ideo

Ad conclus. negatur posse rescindi votum ob con- dixit ut ostendit
cupiscentiae morbum: nec enim valet similitudo illa deret superio-
de ægrotu quia huius ægrotus nequit, etiam si velit, im- re auxilio no-
plere votum ministrandi pauperibus, ob morbum, etsi bis opus esse,
enim peteret sanitatem, non tamen propterea sequitur quod quidem
obtinere. At qui nubit post votum, non vult implete omnibus para-
votum, quod possit si Deo peteret. Nam, ut inquit tum est, si vo-
t August. Qui te hortatur ut vocas ipse adiuuat ut red- lumus in hac
das.

Obiicitur primò, haberi apud math. 19. in Græco superiores.

~~τίνεις χρήσιαν τον οὐρανόν; οὐδέποτε οὐρανόν εἰπεν πάτερ οὐρανού;~~ non omnes capiunt, id est, sim' capaces. At qui t in pfa. 137.
non est ad aliquid capax ad id potestatem non ha-
bet.

Secundò non dixit Dominus omnes capiant, sed, qui
potest capere capiat. Docens non esse omnibus faculta-
tem continendi.

Tertiò, Apostolus non libertatem, sed necessitatem
nubendi in quibusdam exponit, cum ait, Qui statut in
corde suo firmus non habens necessitatem

Ad 1. ~~χρήσιαν~~ interdum significare naturalem po-
tentiam ad capiendum quam qui non habent dicun-
tur propriè incapaces: interdum actualem, seu volun-
tariam capacitatem, quam qui non habent, non dicun-
tur incapaces, sed non capere, sicut qui consilium ali-
quod non admittit dicitur non capere illud, quamvis si
vellet caperet. atque de hac capacitatem loquitur Christus hoc in loco 1. quia si illam priorē significaret idem
esset, Qui potest capere capiat, &, qui est capax, sit capax.
quod est ridiculum 2. sensus esset non omnes esse ca-
paces continentia, quod libenter admittunt aduersarij. At id nequit concludi ex præcedentibus, cùm ait Christus sunt Eunuchi &c. videlicet sunt Eunuchi na-
tura, sunt & ab hominibus castrati, sunt & propria vo-
luntate, siue dono Dei: Ergo, non omnes capiunt, id est
non omnes continere possunt, potius enim sequitur, omnes
continere possunt.

Ad 2. omnes ibi Dominum monere, ut tantum facul-

DE MONACHIS,

tate propria qua possunt continentiam habere: siue iam
eam eis inspirauerit Deus, siue non, nam tunc possunt
u Math.13.v.9 efflagitare a Deo: ita enim alibi dixit *u Qui habet au-*
sres audiendi audiat: non quod omnes non habeant au-
sres, sed ut earum facultate vtantur.

Ad 3. non intelligi necessitatem coniugij ob caren-
tiam doni continentiae, sed necessitatem iungendi fi-
liam matrimonio si nolit cælibatum, vel non iungere si
nolit nubere, aut nullus sit qui eam ducere velit. vnde
hic locus non est ad propositum.

Soluuntur aliae a ratione ductæ.

C A P . XXXII .

a Iouinia. apud
Hieron. 1. in Ioni.
Lutheri in ser-
mone de matri-
monio, Erasmi
in Encomio ma-
trimonijs.
b sup. 2.
c ita Aug. c. 10.
de bono coniu-
gii & 23. de
bono viduitatis.



Varta, a si, cælibatus coniugio pœ-
stat videtur diuersitas sexus, & incli-
natio ad prolem frustra.

Resp. id non esse frustra, quod ad
speciei conseruationem est institu-
tum, si a quibusdam individuis exer-
ceatur, ab aliis non. alioquin frustra tot semina cum
fructibus naſcerentur, cum ex eis paucissima feran-
tur.

Quinta, si omnes continere vellent, periret mundus.
Respond. cum b Hieron. 1. videri impossibile omnes
contineri velle 2. si c id esset, tanto melius fore: quia
citius ciuitas Dei completeretur, & acceleraretur termi-
nus saeculi.

Sexta, ex cælibatu læditur Republica Christiana 1.
quia minuitur fidelium numerus 2. quia minus com-
modè resisti potest infidelium multitudini.

Negatur propositio. Ad 1. probationem, magis mi-
niū numerum fidelium ex monogamia quam ex cæ-
libatu, idèò enim valdè multiplicantur Turcae quod

polygami sunt, et si apud eos sunt etiam cælibes, nec tamen diceretur Monogamia lædere rem publ. Christian. aut polygamiam introducendam. Ad 1. victorias inimicis non nasci ex paruitate numeri fidelium, sed discordiis principum. Nam tempore Caroli mag. quo frequentissi. erant monachi, & sanctimonial. mirabiliter floruit res christiana.

Septima, cum nocet corpori notabiliter Ieiunij votum, eo ipso soluitur: ergo & cœlibatus, cum ex ipso oriuntur incurabiles morbi. Negatur consequens 1. quia cibus est per se ordinatus ad salutem individui idèò cum eius abstinentia laedit notabiliter, est omittenda. At coniugij actus non ita ordinatur per se, sed tantum per accidens, idque non indubitanter. At non est violandum quod per se est bonum, ut votum, propter incertum, & per accidens 2. quia nulli sunt morbi, qui non possint alia via curari: ut testantur periti, & pii medici.

Octaua, impedire propensionem naturalem (qualis est ad gignendum) est aduersari authori naturæ.

Respondeo, duplicem esse propensionem naturalem hominis: unam in rem absolute, & secundum se consideratam, alteram in rem cum omnibus suis spectatam circumstantiis. Si enim (verbi gratia) morbum secundum se spectes, abhorrebis, si propter gloriam Dei, amabis. contra priorem facere non erit illicè peccatum, sed contra posteriorem: quia sola est propriè propensio humana. Cœlibatus ergo soli priori repugnat: posteriori enim est maximè conformis, velut modus ad purius, & feruentius Deo seruendi.

Nona, virginitas non est virtus, sed res indifferens. 1. quia virtus per se appetibilis est, virginitas tantum ut ad Deum relata. 2. omnis virtus contrarium vitium habet, virginitas nullum.

Respondeo, virginitatem non esse virtutem, ut est tantum negatio quedam coniugii, ut autem est perfecta libidinis refrænatio, secluso voto, non esse quidem specialem virtutem, sed actum temperantiae perfectum. Ad 1. probat, hoc posteriori modo virginitatem esse ap-

DE MONACHIS.

petibilem per se. Ad 2. Actus virtutum perfectios non
opponi vitiis, sed tantum necessarios.

*d Erasmi in col-
loquio Proci &
Tuellæ.*

*d Decima, pomarium melius est, quod post flores par-
turit fructus, vitis melior quæ amplexa palum, vel vi-
num vuis est grauida, quam quæ humi iacens compu-
tresscit, rosa fœlicior, quæ manu atteritur hominis, quæ
quæ in frutice senescit, vinum fœlicius, quod bibitur
antequam arescat. Denique una virgo si nubat, poterit
multas efficere virgines.*

*Respond. virginem Christi fructum centesimum ha-
bere, vimo nobilissimæ scilicet Christo iunctam non
humi puttescere sed grauidam Spirit. s. & castis Chri-
sti amplexibus tactam semper remanere floridam, cum
ipsa coniugia marcescant. e Nasci quidem virgines ex
coniugio imò & scorto: non coniugii meritis, sed ex
ordine, & bono naturæ. At virginem sacram, non nisi
ex voto. [Deinde si virginem esse, nullius est excellen-
tiae, quid necessarium erit nubere ut procreentur virgi-
nes?]*

*c ita Aug. libro
de sancta virgi-
nitate cap. 10.*

Soluuntur ex Conciliis.

CAP. XXXIII.



Ndecima, Quotquot (inquit Concil. a Ancyra.) virginitatem pollicitam praeuaricati sunt professione contempta inter bigamos habeantur. At 1. Bigamia non est peccatum. Ergo nec solutio virginitatis pron illæ. 2. Concilium nō dirimt huius matrimonium, ergo legitimum erat.

a can. 19.

Ad 1. part. minotis negatur consequens. 1. quia concil. non ait eos esse bigamos sed tantum eos inter bigamos reiicit in poenam: & cum poena culpam sequatur, constat eos verè peccasse. 2. quia eos praeuaricatores, & professionis contemptores vocat. Ad secundam non dirimi matrimonium, quia nullum erat.

Duodecima, Concil. Gangren. can. 9. damnat continentes qui execrantur nuptias, can. 10. qui despiciunt coniugatos damnat.

Resp. damnare solum qui execrantur nuptias ut malas & abominabiles, sicut patet ex textu.

Decimatertia, Si qua se virgo (inquit Concil. b Chalced.) Deo dedicauerit similiter, & monachus, nō licet eis iungi nuptiis, si vero inueni fuerint hoc facientes, maneat excommunicati. Statuimus verò, posse in eis fieri humanitatem, sita probauerit loci Episcopus. Ide est (iuxta Petrum Martyrem) posse dispensari ab Episcopo, circa connubium.

b can. 15. aliq. 16.

Sed hæc humanitas, de qua Concilium, non est indulgentia nuptiarum, sed absolutio ab excommunicacione, ante mortis articulum, si illi ad poenitentiam venerint, ut exponit Concil. Triburiense, can. 23.

Soluuntur ex Patribus.

C A P. XXXIIII.

Decimaquarta, Iustinus in Apologia meminit quidem continentiae, sed non voti.

a apud Euseb. 4.
bifl. 22. in Ruffi.
23.

b in cap. 9.

Decimaquinta, a Dionys. Corint. monet Pinytum Episc. Gnosiorum, ne fratres compellat ad seruandam continentiam. Resp. quid inde? num propterea illam sponte suscipere ac vouere fas non erit?

Decimasexta, b Irenaeus meminit vxoris cuiusdam Diaconi. Resp. 1. inde non colligi votum continentiae illicitum esse. 2. Irenaeum non dixisse huiusmodi. Diaconum non continuuisse ab uxore, post susceptum ordinem. quare hoc testimonium nihil habet contra nos.

c 1. Pædag. 10.

Decimaseptima, c Clem. Alexand. ait Christianos debere aut pure vivere, aut matrimonium contrahere. Igitur Monachi & sacerdotes impure viuentes contrahere debent. Resp. debere vitam emendare, & pure vivere.

d lib. de Monog.

Decimoctaua, d Tertull. tractans illud: *Volo iuniores nubere. Ad eas (inquit) dirigit, quales supra denotat, inuenctas viduas, quæ in viduitate depræbense, & aliquandiu affectate, postquam in deliciis habuerunt Christum, nubere volunt, habentes iudicium, quod primam fidem resciderunt, illam videlicet à qua in viduitate inuente, & professæ eam, non perseverant. Propter quod vult, eas nubere, ne primam fidem susceptæ viduitatis postea rescindant.* At vel loquitur Tertull. de viduis quæ vouerant, quod verisimile est: Nam ait ad eas Paulum dirigere sermonem, cum dicit, *Volo iuniores nubere.* Et sic licebit nubere post votū: vel loquitur de his quæ minimè vouerant, & proinde eis non licebit vovere.

Res. cum ait Tertull. *Propter quod vult eas nubere, ne primam fidem susceptæ viduitatis postea rescindant, aperte monere se loqui tantum de iis quæ non vouerant: sed neq.*

de omnibus agit, sed solum de iis quae continere nolent, neque illis imperat, sed tantum consulit. Nam quae semel voverunt, & primam resciderunt fidem, id est, non perseverauerunt in professione viruitatis, ut interpretatur Tertull. quomodo possunt nubere, ne primam fidem rescindant? cum iam resciderint. Ad minorem, dirigere sermonem ad eas quae voverant, nihil aliud esse, quam eas respicere, & ex earum ruina aliis prospicere ne in simile periculum incident.

Decimanona, Cypr. 1. ep. 11. loquens de virginib. scris: *Quod si (inquit) ex fide se Christo dicauerunt, publicè & caste sine fabula perseverent, ita fortes & stabiles præmium virginitatis expectent: si autem perseverare nolunt, vel non possunt, melius est ut nubant, quam in ignem delictis suis cadant.* Ergo 1. licet post votum nubere. 2. sunt quidam qui continere nequeunt.

Negatur conseq. prima: nam sensus verborum posteriorū Cypr. est: *Si dum de voto faciendo deliberant, se non perseveraturas cogitant, melius est ut nubant, quam in ignem delictis suis cadant.* 1. quia in ead. epist. ait sacras virgines grauissimè peccare, si alicui misceantur viro, & adulteras in Christum esse. 2. ibid. loquens de huius. virginib. lapsis, iubet separati, nec posse matrimonium cum stupratoribus inire asserit. 3. dixit posse nubere si perseverare nolunt, id est cum possent, si vellent: alioquin si perseverare nolle, est perseverare non posse, frustra & inepte subiectiuè addidisset, vel non possunt. At quæ voverunt & perseverare possunt, nec quidem aduersarij concedunt nubere posse. Igitur cum ait Cypr. si perseverare nolunt, &c. loquitur de virginibus antequam vouchat.

Ad 2. vide e supra.

c cap. 31.

Vigesima, post narrationem abrogatæ legis à Constantino, qua cœlibes priuabantur hereditate, f Euseb. ait f 4. *devita Con-*
mulieres se ad perpetuam virginitatem Deo cœlebrasce. stantini 26.
 Ergo hoc tempore cœpit solemnis consecratio virginū.
 Resp. siue præmittat, siue non, nihil referre. Nam Eu-
 seb. non ait tunc se mulieres consecrasce: sed quia iam
 multi cœlibes viuebant, in horum fauorem hanc durā
 Constantimum abrogasse legem.

g Epistola ad

Vigesima prima, g Athan. ait se nouisse Episcopos, & Dracontium.

DE MONACHIS,

monachos qui genuerint filios. Resp. & nos agnouisse
h'cōbortatio. ad vt Lutherum, Bucerum, &c. At ipse met h Athanas. po-
Monachos. nit inter impedimenta vītē monasticæ alligatum esse v-
xori aut habere filios.

Vigesimo secundō, Basilius libro de virginit. præsta-
bilius esse virgines sacras nubere, quam flagitosè viue-
re. Mendacium.

i [Hic omittun- Primò, ex ipso Basili loco, Nam (inquit) si abiecta viri-
tur quedā testi- iugo, & ad vitam, ad quam conseruandæ domus, & procrean-
monia, quia vel dorum liberorum gratia, facta est inutilis, & professæ virginini-
solūm probat nu- tati pudenda futura est. (Quæ autē est profetæ virginita-
ptias esse bonas, ti pudenda futura, nisi quæ nondū voulis?) tota res damni
vel in cœlibatu plena est. Et longè præstabilius esset ipsam viro coniunctam ad
habendam esse vitam gubernari, &c. Secundò ex eod. libro, Virginitate
virium ratione professæ, deinde à carnis voluptatibus incitatæ scortationis
vel extra Eccl. peccatum, nuptiarum nomine velare volunt, non ignorantes,
nihil prodeße opinor, etiam si ignorantiam simulent, quod quæ sponsi sui dex-
continentiæ, cor- teram præterit, neque huius est sponsa, quam illegitimè reli-
poris contemptū quid: neque illius cui seipsum per affectū vitiosum adiunxit, in-
&c. vel non esse xta leges, vxor reperiri potest.

cogendum ad cœ- i Vigesima tertia. Melius est (inquit k Epiph.) Lapsum à
libatum: que ad- cursu, palam sibi uxorem sumere secundum legem, & à virgi-
mittimus liben- nitate multo tempore penitentiam agere, & non quotidie ia-
ter.] culis sauciari.

k heres. 6 i. Resp. 1. videri velle Epiph. minus malum esse nubere
libidem. post votum, quam perpetuò scortari, tamen ita nubere
m [hic præter- esse malum apertè fatetur. Sancti (inquit l) Apostoli tra-
mittitur locus diderunt peccatum esse, post decretam virginitatem conuersti
ex Chrysost. in ad nuptias. 2. [videti probabilius] Epiphanium loqui de
oratione de co- his qui sine voto in cœlibatu flagitosè viuebant, quos
habitatione re- hortatur ad nuptias. Quia, melius est (vt ait) unum pecca-
gularium mulie- tum habere, id est scortationem vnam, quam multa, id est
rum: ubi horra- scortationes multiplicare. Nam ibid. duo distinguit vir-
tut virgines ut ginum genera, vnum sine voto, aliud cum voto. Nec est
potius nubant probabile Epiphanium hortari ad nuptias eos quos A-
quam viris co- postolicas sanctiones ab eis excludere sciebat.
habitare. Nam m Vigesima quarta, Ergone (inquit n Chrysost.) in-
loquitur apertè

de nuptiis ante votum, quod tamen omiserunt Centuriatores Centur. 5.c.4.col.
444. cum hoc testimonium producit. n lib. 3. cōt. virtuperatores vītē Monast. tem-

tempeſtive liberos noſtres ab deſerti commoratione reuoemus, verum ſtudy cœleſtis diſciplinam in eis ſolidam permittamus, aliisque radicibus arbuſta firmari: & ſive decem annos, ſive etiam viginti nutriendi illi ſint in monaſterio, non peritur-bemur.

Reſp. fuſſe duo genera hominum in monaſterio, v-num proſitentium vitam monaſticam, & hi cum eſſent votis alſtriicti redire nequibant: alterum eorum qui inſtruuerentur tantum, & exerceſerentur, qui redire poterat cum nullis tenerentur votis, vt patet ex ipſo Chryſoſt. dum hortatur ciues omnes, vt filios ſuos ad monaſteria mittant, imò & illic ipſi coniugati aliquandiu commo-rentur. De posterioribus ergo iſtis tantum Chryſoſt. loquitur.

Vigesima quinta, Sanctum Virginum propositum (inquit o o epift. ad De-Hieron.) & cœleſtis angelorumque familiæ gloriā, quarum-dam non bene ſe agentium nomen infamat, quibus aperte dicē-dum eſt, vt aut nubant, ſi ſe non poſſunt continere, aut contineant ſi nolunt nubere. Quæ verba nequeunt intelligi de iis quæ nondum vouerant, quia nemo infamat ordinem in quem non fuerit aſcriptus.

Reſp. loqui de ancillis ſacrarum virginum, quæ cum p-votum non haberent, & tamen verſarentur inter ſa-cratas virgines, parum pudice viuebant vt conſtat ex ſe-quentibus: Digna res riſu (inquit) immò planctu incedenti-bus doniuiſ, ancilla virgo procedit oratione, ut pro nimia conſuetudine quam incomptam videris dominam ſuſpicereis. Ideo autem dominas infamabant, quia vt ibi ait Hieronym. Mores, & ſtudia dominarum plerumque ex ancillarum & comitum moribus iudicatur.

Vigesimasexta, ex cod. q Hieron. Si virgo es quid ti-mes diligenter custodiam? Si corrupta, cur non palam nubis? Non tibi diſpliceat eius conuertatio, que te ſponsotho virginē conſecravit. Vnde patet loqui de ſacra virgine.

Reſp. loqui de quadam virgine, quæ priuatim con-tinentiam vouerat (nam in ead. ep. ipſam hortatur vt ſe transferat in monaſterium) deinde relictā vidua matre cuidam adhæſerat iuueni, non ſine ſuſpicione impudi-citiæ: eamque monet, vt minus eligat malum, id eſt po-tius quām perpetuō ſcortari, nubat post votum ſimplex

P ut patet exe-pift. 22. ad Euflo-chii qua illam monet vt ex an-cillis, ſi quas c-iuſdem habeat propositi magis honoret, ſi que diſimulat, & ſeruitutem re-fugit huic legēdū eſſe Apoſtolum, melius eſt nu-bere quā yri. q ep. 47. de vi-tando ſuſpicio-continuerat.

DE MONACHIS.

quia ratum erit matrimonium, quamvis nubendo peccet ut ipse docet Hieron. Neque vero (inquit) hoc dico, quod post peccatum tollam penitentiam, ut quod male capit, male perseveret, sed quod desperem in istiusmodi copula diuisionem.

r de sancta virginitate cap. 40. Viges. sept. ex Aug. 1. cum ait r esse difficile scire cur Deus vni det continentiam, alteri non. Si enim in nostra potestate esset, facile redderetur ratio: nimis quia unus vult, alter vero minimè. 2. docet nuptias post votum esse ratas. 3. t non audet anteponere virginitatem Ioannis coniugio Abrahæ.

r libro de bono coniugali cap. 21. Ad 1. loquitur Aug. de dono continentie efficaci, atque idem dici posset de dono fidei aliarumque virtutum. **u vide sup. c. 31.** Ad 2. agit de simplici voto. Ad 3. non confert virginitatem simpliciter cum coniugio, sed unius personæ virginitatem cum alterius coniugio. Etsi enim praestet virginitas coniugio ut ipse facetur x Aug. fieri tamen potest monium. **Aug. ex** ut coniugium unius cum maiori humilitate, aliisq. virtutibus incedat, quam alterius virginitas.

tate omittitur, Viges. oct. y Gregor. Ante triennium (inquit) omnium qui ait quasdam Ecclesiarum Sicilie subdiaconi prohibiti fuerunt, ut more Rovirgines sacras mane Ecclesie suas uxoribus non miscerentur, quod mihi durum molius nubere atque incompetens videtur. &c. Vnde 1. constat tunc non quam viri, nam fuisse votum continentia annexum ordini facto. 2. modus est resp. atq. ad 26. rem hunc continendi incepisse ab Occidentali Ecclesia ignotum Occidentali. 3. Voluisse Gregorium hunc decretum temperare, & non potuisse quantum volebat. Sed haec omnes consequentiæ sunt falsæ. Prima, quia non sequitur alibi quam in Sicilia non voulisse continentia subdiaconos, imò ex abusu non volebant in Sicilia, propterea enim iussit ibidem Gregor. nullum deinde admitti nisi continentiam voveret. 2. 2 patet sup. 3. quia

z. in testimonius summa prætus potestate Gregor. erat, nec verebatur **Graecorum Patrum** hominum vultum, in iis quæ ad Deum spectabant.

cap. 37. Vigesima nona. a Gelasius loquens de viduis quæ cōtentiam voverant. Nos talibus (inquit) nullum laqueum debemus iniicere, sed solum adsortationes præmy sempiterni, p. enasque proponere diuini iudicij. &c. Respon. sensum esse proponendum viduis, antequam voverant, præmia si voverint, & supplicia, si post votum, fidem non seruau-

tint, non autem eis tunc esse prohibendas nuptias, quod
eis in laqueum veitatur.

De iuniorum votis.

C A P. XXXV.

Vtherus a contendit noti esse viros ante
70. vel 80. an. admittendos ad monastica
vota. b Caluinus fuisse nefas olim mulie-
res admittere ad continentiam ante an.
60. Primò, ex 1. Timoth. 5. Adolescentiores
viduas deuita id est, reyece. Item, volo iuniores nubere, &c.

a libro de votis
monasticis.
b 4. Instit. 15. §
19.

Secundò, Concil. Rom. sub Syluestro can. 10. pro-
hibet velati sanctimoniales ante 72. Tertiò, c Gregor. d v. 17.
id vetat ante 60.

c 3. ep. 11.

e versu 14.

Prima propositiō: Licet vota continentiae, paupert. & obe-
dientiae in quacumque aetate emittere, si adsit usus liberti arbit-
try. Probatur

ēpiscopū le manus, q.
p. h. x. xii. m. 11. &
nolite eos prohibi-
bere, i. 3. v. 17.

Primò, Thren. 3. d Bonum est viro cum portauerit iugum ab
adolescentia sua. Matth. 19. e finite parvulos venire ad me.

f de humanitate

Secundò, exemplis B. Mariæ, Antonii, Pauli, Hilario-
nis, Benedicti, Bernardi, Techlæ, Agnetis, Ceciliæ, A-
gathæ, Luciæ, Claræ, &c. qui in iuuentute continen-
tiam sunt professi.

g in qq. sive ex-
pliatis q. 15.
h 3. de virginil.

Tertiò, ex PP. f Athanasius ait pueros profiteri virgi-
nitatem eductos a Christo. g Basil. in prima aetate esse probauit,
pueros admittendos in monasterium, sed non ad pro-
fessionem ante rationis vsum. Ambros. h Non ergo (in-
quit) etas reuicitur florentior, sed animus exanimatur. Ac cer-
te Techlam non senectus, &c. i Hierony. epistola ad Eusto-
chium k de virginitate. August. l Respice agmina virginum, Deo, perfecta
puerorum, puellarumque sanctorum. In Ecclesia tua eruditum
est hoc genus, &c. & propter regnum celorum seipso non quia k qua docet in
minatus es, sed quia hortatus es, castrauerunt.

cenobii suo fuis-

Secunda propos. Ad professionem publicam, seruanda est se tempore omnis
etas, quam Ecclesia prescripsit. Probatur, Ecclesia est præ-
scribere leges quæ ad cultum Dei externum, & publicum l de sancta vir-
spectant: his autem legibus esse obtemperandum supra ginit. 36.
probatum m est.

m 1. de Rom.
Pontif. a. ca. 15.

DE MONACHIS,

Tertia, huiusmodi præscriptio fuit varia in Ecclesia. Probatur, Nam in Concilio n Cæsaraugustano, & o Agathensi iubetur mulieribus expectari 40. ann. ante publicam professi. in p Carthag. 3. exspectatur 25. nisi aliqua necessitas cogat ut exposuit Concil. q Mileuit. Gregor. 1. r vult non esse aliquem recipiendum ad monasticam vitam in Insulis ubi est habitatio molestiorante 18. multi can. sante 14. Concil. denique Tridentinum id verat ante 16.

Ad 1. arg. t resp. supr. Ad 2. resp. fortasse locum esse corruptum: hoc enim nusquam fuit in vsu. 2. loqui tantum de virginibus quæ antequam voverent, petierant viros: diutius enim erant probandæ.

Ad 3. loqui de Abbatissâ tantum, Juuenales Abbatis (inquit) fieri et hæc etiæm prohibemus nullam igitur, u

&c.

Licere filiis, cum ad annos pubertatis venerint nec eorum auxilio egeant necessariò parentes, ingredi religionem parentibus inuitis.

C A P . XXXVI .

NEgant id hæretici, si parentes super sint. Primò, quia præceptum de obediendo parentibus in omni ætate obligat. Secundò, vxor non potest inuito marito, seruus domino, Religionem ingredi. Ergo neque filius inuito parente. Tertiò, Quicumque (inquit a Concil. Gangrense) filii à parentibus, prætextu diuini cultus, abscedunt, nec debitam reverentiam rependunt illis, anathema sint.

Quartò, b Basil. negat filios esse recipiendos ad professionem monasticam, nisi offeratur à parentibus. Probatur tamen nostra propositio. Primò ex scriptura Gen. 12. c Egedere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo

n c. ultim⁹.

o can. 13.

p can. 4.

q can. 26.

r l. ep. 48.

s ut can. Ad nostram &c.

Significatum, extra de regulari. Conc. Triburens. can. 24. permittit professionem ante 12.

t cap. 24.

u fraternitas tua nisi sexagenaria m virginem, cuius ætas hoc, atq. mores exegerint, velari permittat.

a can. 16.

b in qq. suis ex plie. q. 15.

c v. 1.

Patris tui, d Deut. 33. Qui dixerunt patri suo & matri sua: d v. 9.
Nescio vos, c &c. Psal. 44. f Obliviscere populum tuum, & e Hi custodie-
dorum patris tui. Et concupisces Rex decorum tuum. Mat. 10. runt eloquiū
g Qui amat patrem vel matrem plusquam me, non est me dignus trahim, & pactū
Secundū ex facis canonib. h Concil. Tolet. Parentibus tuum seruauē-
filios religioni tradere, non amplius, quam usque ad quartū de-
cimum eorum etatis annum, si licentia poterit esse: postea vero, f v. 12. & 13.
an cum voluntate parentum, ansue devotionis sit solitariū vo- g versu 37.
tum, erit filii licitum, religionis assumere cultum. Conc. Tri-
but. i can. 24. Item. k c. Cū virum, loquens de puella nu-
bili: Tunc quia liberum habet arbitriam in electione propositi,
parentum sequi non cogitur voluntatem. h cas. ultimo.
i habetur 20. q.

Tertiō, ex PP. Chrysost. ^l Cum spiritualia impediunt pa-
 rentes, nec agnoscendi quidem sunt. ^m Hieron. Si quis te cor-
 ripit quod sis Christiana, quod sis virgo, non cures quod matrē
 deserueris, vt in monasterio inter virgines viueres: talis detra-
 ctio, laus tua est. ⁿ August. Sed quid dicit (scilicet mater) aut
 quid allegat? forte decem illos menses, quibus viscera eius on-
 rasti, & dolores parturitionis, ac labores educationis ē hoc hoc
 interfice verbo salutari, hoc perde matris, ut in vitam eternā
 inuenias eam. Gregor. homil. 37. in Euangel. ^o Bernard.
 Sola causa qua non licet obedire parentibus, Deus est. Ipse enim
 dicit: Qui amat patrem, aut matrem, &c.

Quartō, rationibus, 1. Cui licet maritum eligere, eur non li-
 cit Deum preferre? ^p inquit Ambr. At licet filii contrahe-
 re matrimonium parentibus inuitis. Ergo, & inuitis in-
 gredi monasterium. 2. licet viro, inuita vxore, ingredi re-
 ligionem ante consummatum matrimonium ^q c. Verū. ^q de conuersio-
 & cap. ex Publico. Ergo & inuito patre. 3. quilibet inge-
 nius post annos pubertatis est sui juris, in iis quae ad
 personam, & statum suum pertinent. Quidni ergo tunc
 poterit vti suo iure? 4. magis est vti obediendum Deo quam
 hominibus. Deus autem consultit perfectam vitam.

Ad 1. deberi parentibus duo à filiis obedientiam, & ^r Actōr. 5. v. 29.
 honorem, videlicet temporalia subsidia: primum debet ^s Ephes. 6. v. 1.
 exhiberi in Domino, vt loquitur Paulus, & proinde nō
 obligat, cū pietatem impedit: secundū, cū sit affir-
 matiuum, non obligat nisi in casu necessitatis.

Ad 2. negatur conseq. nam neque vxor, neque seruus
 habent potestatem corporis sui, sed coniux & Dominus

DE MONACHIS,

^t LUC R^c, v. 26. filius autem est hac in re sui iuris, si peruerterit ad pubertatis annos.

Ad 3. loqui Concil. in illos qui Euangelij prætextu: ^r
Si quis venit ad me, & non odit patrem, &c. parentes, vxores, & liberos, et si indigerent maxime, deserebant.

Ad 4. loqui Basil. de filiis in minori ætate: Eos (inquit) qui sub parentibus sunt, dum ab illis ipsis adducuntur, coram multis testibus suscipiemus.

Licere coniugatis ex consensu vovere continentiam.

C A P . XXXVII.

Egant a hæretici. Primò, quia Paulus loquens de coniugatis: b Notitc (inquit) fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacatis orationi, & iterum reuertimini in idipsum.

Secundò, Quod Deus coniunxit homo non separet. Matth. 19. Affirmant Catholici Primò, ex ipsomet loco Pauli. Nā cum subiungit. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium, non potest referri ad illud: nolite fraudari inuicem: ibi enim imperium est non indulgentia: neque ad illud, Ni sex consensu ad tempus, ut vacatis orationi. Nam hoc indulgentia non indiget. Id enim dicitur indulgeri, quod non libenter conceditur, libenter autem concedebat Paulus abstinentiam a coniugio, cum dicat: d Cupio omnes esse sicut meipsum. Igitur referri debet a i illud. Iterum reuertimini in idipsum. Ergo qui perpetuò continent ex consensu, rem gratiam Paulo facerent. At illi non poterat esse res grata nisi licita. Igitur &c.

^c f. 29. v.
f. 29. ad Edicium
g. 9. epist. 39.

Secundò ex PP. e Basilio, Eos (inquit) qui in coniugio matrimonii ad talēm vitam accedunt, perennari oportet, an ex consensu hoc faciant, &c. August. f Quod Deo pari consensu ambo voveratis, perseveranter usque in finem reddere ambo debitis: a quo proposito silapsus est ille, tu saltans constantissime persevera. g Gregor. Si vero utrisque conueniat continentem vitam ducere, hoc quis audet accusare, quando certum est, quod omnipotens Deus, qui minora concepsit,

maiora non prohibuit? Theodoret. 4. Histor. b. 13. h. Quo laudat Hilarius Arelatens. epistol. i ad Augustinum, quæ Pelagium Laudat dicens Epis-

Tertiò, exemplis, Mariae, & Ioseph, qui veri coniu- copum quod ges fuerunt à Mathæi. 1. Ammonis l & vxoris eius: prima die n- Paulini, m & Tharasie: Maturiani, n & Maximæ: ptiarum conti- Eduardi Angliæ o regis, & cius vxoris: Henrici p. 1. nentiam cum Imperatoris, & Kunegundis: Vrceoli Ducis q Vene- uxore voverit. torum & vxoris, sanctæ r Catharinæ Suecæ, & mari- i Quia ait fra- tri eius: Boleslai s pudici regis Poloniæ, & [Kunegun- trem suum vo- dis.] Alphonsi. t 2. Regis Castellæ & vxoris. Qui nus- viisse continentiam quam reprehensi fuerunt duntaxat ab Ecclesia, imò tiam perpetuam multi eorum claruerunt miraculis, ut Alphonsus, san- cum uxore. Etia Catharina, Vrecolus, &c. k v. 20.

Quatiò, ratione. Nam tota causa cur non liceat 1 Apud Pallat- coniugi vovere continentiam, est quod non habeat dium. cap. 8. potestatem corporis sui, sed alter coniux. athæc causa in Apud Aug- cessat, cum ex consensu sit votum. ep. 32.

Ad. 1. patet respons. ex 1. nostro argumento. Ad. 2. n Apud Vito- Resp. non solui etiam matrimonium per continentia rem. 1. libri persecut. Vvan- votum teste August. dalice.

o Apud Surium tom. 1. p Sed secundi Regis apud Krantzum. 3. cap. 32. siue Saxonie q apud Volaterranum lib. 4. r Apud eundem lib. 22. s Apud Ioan- nem Janitium. t Apud Volaterr. lib. 2.

*Per vota solempnia solui matrimonium, ratum
sed non consummatum.*

C A P . XXXVIII.

2 Centur. 1. lib.

2. ca. 12. col. 637.

Kemnit. contra

seff. 2. 4. Trident.

Concil. can. 6.

De conuers.

modo solui posse siue consummatum fit, siue non. Con-

coniug. & 27.

q. 2. can. Deffo-

Primò, definitur cap. ex b publico, matrimonium ra-

fatum.

R. iiiij

DE MONACHIS.

tum solui per monasticam professionem, non autem consummatum. Et Concil. Trident. c si quis dixerit matrimonium ratum, non consummatum, per solemnum religio-
nis professionem alterius coniugum, non dirimi: anathema sit.

a. Apud Epiph.
heres. 78. &
Ambros. lib. 2.
de Virgib.
c. Apud Meta-
phrastem.
f. Apud Gregor.
Turonens.

Secundò, exemplis sanctæ d' Techlæ. e Alexii, Cæ-
ciliæ, f Leobardi, qui ante matrimonium consum-
matum, sed ratum, perpetuam castitatem professi sunt.

Tertiò, ratio docet licitum esse transire de statu mi-
nus perfecto, ut est coniugium, ad perfectiorem, ut est
Religio, si id fieri queat sine ullius detrimento. At ante
consummatum matrimonium, ita res se habet. Omne
namque detrimentum quod oriri potest ex matrimo-
nii solutione, est, vel ob prolem, quæ non tam bene
educari poterit, vel quod nequeat alteri nubere mulier,
& quamvis possit, non tamen æquè bene cum non sit
amplius virgo. At in matrimonio soluto ante consum-
mationem neque est prôles, neque minus æquè bene
poterit alteri nubere mulier.

Dices pari ratione dirimetur matrimonium non con-
summatum ob sacrum ordinem, maximè ob Episcopatu-
m. Cuius contrarium definiuit Ioan. g 12. Resp.
non esse similem rationem. Nam coniugium repugnat
per se professioni monasticae, non autem ordini sacro,
vel Episcopatu: sed tantum, ex decreto Ecclesiæ.

Quartò, in matrimonio duplex inuenitur vinculum,
vnus spirituale, quod ex solo consensu nascitur, alterum
carnale, quod ex copula oritur. Istud per mortem
corporalem h. dirimitur. Igitur & illud per ciuilem.
qualis est monastica professio: qua quis opibus, & pro-
pria voluntati renunciat.

Obiicitur primò Math. 19. & 1. Corinth. 7. matrimo-
nium insolubile dicitur. Hic autem includitur, & ratum
tantum. 1. quia ratum est verè matrimonium, nec a co-
summato differt ylla essentiali differentia. 2. quia est
verè sacramentum, significans Christi, & Ecclesiæ
unionem inseparabilem. 3. quia per ratum dat vir uxori
potestatem corporis sui, & è contra. Ergo neuter
potest inuito altero continentiam vouchere.

Negatur minor, nam Deus non dixit: *Quod Dens*

g. Extrinsec.
Antiqua con-
certa de voto.
h. 1. Corinth. 7. v
39.

coniunxit &c. nisi postquam dixerat: *i* Et erunt duo in *i* Math. 19. v. 7.
carne una. Ad 1. rationem: ratum, & consummatum, nō
 differre quidem essentiali differentia, neque ut res per-
 fecta, & operatio: alioquin pari ratione, antequam pre-
 sbyter exerceat ordines dici posset sacerdotium ratum,
 & non consummatum: sed ut imperfectum ab imper-
 fecto, sicut homo māctis ab homine, cui nulla pars deest.
 Quod autem deest in matrimonio non consummato
 id solum facit matrimonium insolubile. Hoc enim sa-
 cram. triplicem significationem habet. 1. coniunctionis
 Christi cū anima per gratiam. 2. cum Ecclesia per
 charitatem. 3. cum eadem per naturae conformitatem.
 Prima sufficit ad constituendum sacramentum, &
 hanc habet matrimonium tantum ratum: sed quia so-
 lubilis est coniunctio Christicum anima per gratiam:
 ideo & matrimonium ratum solubile, quia verò simul
 illas alias significationes habet consummatum, quæ
 rem insolubilem significant, ideo consummatum est
 insolubile. Vnde patet responsus ad. 2.

Ad. 3. non teneri coniugem reddere debitum cum
 detimento boni sui spiritualis, quando id sit sine de-
 trimento alterius.

Secundus & error, est afferentium solui etiam matri-
 monium consummatum per ingressum Religionis. Pri-
 mò, quia Basil. in questionib. fusè explicatis videtur
 dicere, virum inuita vxore posse ad religionem transi-
 re. Secundò, id fecit Theon. *i* Abbas, qui postea mul-
 tis virtutibus, & miraculis claruit.

Contra, Primò, Quando scriptura pronunciat matri-
 monium insolubile, non loquitur de non consumma-
 to. *m* Ergo de consummato intelligi debet, vel de nul-
 lo. Secundò ex can. ex publico supr. Tertiò, ex P.P. Hie-
 rony. *n* reprehendit Cælantiam, quod sine licentia vi-
 ti Continentiam voullet. *o* August. docet eos, qui ita
 faciunt debere nonobstante voto cogi ad reddendum
 debitum. Gregor. *p* reprehendit legem ciuilem quæ
 contrarium permittit: idem prohibent oct. synod. & Ni-
 colaus. *r* ep. ad Carolum Regem ac decreta alia apud
 Gratian. *s* q. 2.

Ad. 1. resp. *t*. fortasse loqui Basil. de matrimonio nō

*k Ita Justin. C.
de Episcopis &
clericis. l. final.*

*l Apud Cassianū
col. 21. cap. 9.*

*m Ut probatū
est.*

n Ep. 14.

o Ep. 45. & 199

p 9. ep. 39.

DE MONACHIS,

consummato. 2. si de consummato: non velle, absolute posse inuita parte coniugem transire ad religionem: sed debere lachrymis & orationibus impetrare a Deo, ut hac in se priuideat, & partem inclinet ad consensum. Ad. 2. esse exemplum mirandum, non imitandum.

a Centur. 4. c. 5.

cap. 6. c. 1. o.

Caluin. 4. Inst.

13. §. 16.

b V. 26.

i Nōn ὁ τέλειος οὐκ εἰσίν
μητρόπολες.

c 10. v. 25.

d v. 24. cap. 10.

ad Hebr.

e Math. 4. v. 7.

f i Nōn ἀποθανεῖσθαι
εἰν αὐτῷ θέλει οὐ.

f Coloss. 2. v. ult.

g 4. Regum. 1.

h Nazianz. in

Apologia post-

quam ex fuga

rediisset. Chrysost.

homil. 96. in

Math. Hiero.

partim ep. ad

Euseb. de Vir-

ginit. custod.

partim epist. ad laudat scriptura, qui g

Cat. Paulinum de

institutione mo-

nachii. Fid. 2.

cap. 15. de officiis

euangelii.

i Centuriz.

Centur. 1. lib. 1. c.

j o. col. 357.

k Luc. 1. v. ult.

l Joann. 1.

De Eremitis.

CAP. XXXIX.



Agdeburg. a reprehendunt Eremitas, Primo quod quasi odio humani generis in solitudines recesserint, contra illud Math. b 24. Ecce in deserto es, nolite exire. Et Hebr. c Non deserentes collectionem. Secundò, quod deseruerint officia charitatis mādata a Deo contra illud, Adiunemus d nos inuidem: nec enim Eleemosynam, aut visitationē agrotorum exercere poslunt.

Tertiò, se exposuerunt multis periculis, & tentationibus contra illud: e Non tentabis Dominum Deum tuum. Quartò, quod sui ipsius fuerint homicidae, nimiis ieiuniis, aliisque afflictionibus contra illud Habeto f hororem corpori. Quintò, quod stulto labore scipios vexaverint, vt Simeon stylites, qui in altissima columna pluribus annis vixit.

At vitam Eremiticam esse sanctam, ac Deo gratam probatur. Primo exemplo Heliæ quem vehementer melo monte, semper pilis inducatur, zona pellicea præcinctus. Secundò exemplo Ioannis Baptiste, quæ, & Heliam dicunt h PP. fuisse Eremitarum principes.

Respondent. 1. i Ioannem habitasse reuera cum suis parentibus. Sed ideo dici habitasse in deserto, quia domus parentum suorum erat, in montanis Iudeæ, qui locus vulgo dicebatur desertum.

Contra. 1. k dicitur Ioannes latitasse in desertis usque in diem ostensionis suæ ad Israel. Et petunt l ab eo Iudei quis esset. At si habitasset in domo paterna,

eum facile ante cognouissent filij Israel. 2. m factum m Luc. 3. v. 2.
est verbum Domini super Joannem in deserto, & venit in
omnem regionem Iordanis: (quam Mathæus desertum n
vocat) predicans Baptismum penitentie. Id est venit de
deserto in desertum. At nulla etat ratio quare Lucas, se-
cundum desertum vocaret regionem, si æquè erat de-
sertus locus, ac is unde exiit Ioannes.

Respondent. 2. Ioannis vestem fuisse quidem ex
pilis camelii, sed bene contextam, quali homines tunc
ordinariè vtebantur.

Contra. Quid o existis in desertum videre (inquit
Christus) hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus ve-
stuntur, in domibus regum sunt. Quomodo ergo Ioannes
vestiebatur mollibus?

Respond. 3. cibum Ioan. non fuisse locutas, sed
genus quoddam cancerorum prohibitorum in lege, idcirco
quos propterea piscaores proiiciebant, sed quibus li-
bertate Euangel. vteretur Ioannes. Contra. 1. Græca
vox ἀκέστιον nihil significare potest, nisi vel locutas, mi-
nuta animantia, vel herbarum summitates. 2. p Venit
Ioannes non manducans panem neque bibens vinum id est p Luc. 7. v. 33.
utens adeo tenui viatu, ut nullo vti videbatur. At quo-
modo id, si his canceris, optimis piscaibus vescebatur? 3. q Euseb. 9. de-
quia Magdeburgensib. duntaxat repugnat q PP. monstr. cap. 5.

Secundò probatur vita Eremitica ex y PP. Basilius Hierony. epist. 4.
comparat illam martyrio s Nazianz. eam vocat cœle- ad Rusticum, i-
stem vitam, t Christi partem, fructus passionum Christi, re- Bernar. serm. de
ligionis Christianæ columen, populi decus, mundi fundamen- Ioan. Baptis-
tum, cum cœlestibus pulchritudinib. elegantiam propemodum r Ep. ad Chiloni-
certante. Chrys. u Si quis nunc (inquit) ad Aegypti veniat so- l Apolog. profu-
litudinem, paradiso prorsus omnem illam Eremum videbit di- gressua.
gnorem, & inumeros Angelorum choros in corporibus ful- t Ep. ad Helle-
gere mortalibus x Hierony. O desertum, Christi floribus nium.
vernans, & solitudo, in qua illi nascuntur lapides, de quibus in u Hamil. 8. in
Apocal. ciuitas magni regis exstruitur, & Eremus familiarius Math.
Deo gaudens! y Augu. xijib de iis, qui secretissimi penitentes ab x Ep. i. ad He-
omni hominū conspectu, pane solo, & aqua conteti desertissimas liodorum.
terræ incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris metibus in- y Lib. i. de mo-
beserunt. z Lust. Solitaria vita, atq. in ea contéplatio res planè rib. Eccles. 33.
sacra est, & que suæ natura animas ad Deum adducat. z Nouell. 133.

DE MONACHIS,

Tertiò , ex effectu , nam veteres eremitæ magna ex parte in viros perfectissimos , & miraculis clarissimos euasetunt , ut testantur a scriptores vitarum eorum?

a Athanas. Hie Palladius. item Cassian. in collat. si haec ergo perfecta , & Deo grata , quanto magis illa.

Theodor. in bi- floria Religiosa Ad hanc autem optimum medium est solitudo , quæ Enagrius 1.e.21. &c. 4.c.7.&c.

b Hieron. ep. ad Rusticum Aug. sfp.3.ca. Benedic- tus in Regula cap.1.

c Luc. 10. v.7. it. d Luc. 5. v.16. e ut Tobiae 12. v. 9. Matth. 17. v. 21. Luc 2.v.37. f exhortatione Medicine.

g teste Hieron. a. in Joannianu.

Sextò , gratissima est Deo victoria cupiditatum , & patientiæ exercitatio , ac fructus dignos pænitentia ferre . Quæ omnia præstat austertas solitariæ vitæ.

Ad 1. negatur : nā Eremitæ secedunt in solitudinem ob vitæ purioris , & perfectioris studium . Testimonium verò ex Math. intelligitur ad literam de Antichristo , mysticè de hereticorum dogmatibus , qui Christum inuenire volunt in quibusdam sensibus scripturarum planè inuiis , & desertis . Testimon. ex 10. Hebreor. solum arguit eos qui ex odio , vel inuidia non conueniebant in Ecclesiam , quia nimisrum non haberent optatum sibi locum , & ideo conuenticula faciebant .

Ad 2. maxima præstare officia charitatis , per orationes suas quibus totam iuvant Ecclesiam : nec ad alia tenentur , nisi se se offerret necessaria occasio .

Ad 3. exponere se periculo simpliciter non esse peccatum : alioquin nauigare , vel militare nulli liceret : sed temerè se exponere , conscient scilicet propriæ debilitatis .

Ad 4. negatur , cùm nonobstantibus his afflictionibus carnis , diutissimè vixerunt Eremitæ cum magna utilitate spirituali , quod est sufficienter honorem cor-

pori habere : is enim solūm requirit ut corpori nō substrahamus necessaria , & sine utilitate , vel necessitate non affligatur.

Ad quint. negatur : nec est nouum fieri quædam instanti spiritus Sancti , quæ hominibus stulta videntur , ut nudum incedere per ciuitatem Isaïæ 20. cathena lignea seipsum circūdare Hiere. 28. comedere panem infimo bouino coctum , & per dies 390. dormire super latu sinistrum , & per 40. super dextrum Ezech.4. &c. cuius generis est illud factum Simeonis stylitæ teste h in *Apologia*, b Theodoret gratissimum enim fuisse Deo Simeonem pro Simeone. patet 1. ex miraculis 2. ex conuersione innumerabilium hominum ad Christianismum 3. prædictione futurorum.

De antiquitate , & ratione tonsuræ monachorum.

C A P . XXXX.



*N*tiqutas habitus. a Dionys. sa- a 6. Eccl. Hier. cerdos (inquit) signo crucis eum consignatum (scilicet monachum) tondet, omniq[ue] ueste detracita eum alia induit.

b Eusebius scribit, ex Egesippo, Ia- b 2. histoy. 22. in cobum fratrem Domini nusquam Ruff. 21. vsum lanea ueste, sed syndone linea. c lib. de Virgin.

c Athanas. monet sanctimoniale ut fulcam gerat ante medium. vestem Basil. d Multa tractat de habitu monachi. e d ep. 1. ad Gre- Chrysostomus ait monachos imitari habitu Heliam, & gorium.

Ioannem, f Palladius docet vslas sanctimoniales, suo e homil. 69. in tempore, cucullis g Tertullian. meminit habitus Deo Math. dicati quo vtebantur sanctimoniales b Ambros. si for- f cap. 41. hist. te (inquit) Christianus vir attentior sacrosancte religionis g de uelandis uestem mutauerit, indignum facinus appellant. loquitur de Virginib. Paulino , qui ex senatore factus fuerat monachus, & eo h 6. ep. 36. multos gentilium senatorum offenderat i Hierony. i Ep. 15.

DE MONACHIS,

Tunicam (inquit) fusciorēm induita se repente Domino contrariauit ^k August ait peccatum esse si vel sanctimoniales gerat ornamenta nuptarum, vel nuptæ virginum gerant vestes. Concil. 1 Gangren. circa an. 324. reprehendit monachos qui ob habitum superbiebant, & alios contemnebant Christianos in Carthagin. 4. distinguit habitum laicalem à religioso.

m can. 104. n Diony. 6. Eccl. Ratio habitus. mutatio vestis ⁿ significat mutationem vitæ. certus & peculiaris habitus est ^o. o ad designandam professionem vitæ ^p. ad internoscendos ab aliis monachos deseruit. p Cucullus. significat simplicitatem, & innocentiam infantilem, ad quam monachi redire cupiunt. Infantes enim dum adhuc in fasciis versantur, velis quibusdam, quasi cucullis teguntur. q Cass. & Hier. q Vestis horrida, tum ad agendum pœnitentiam, dum ad contemptum est mundi.

r ep. ad Gallos. Antiquitas Tonsuræ. Dionys. supr. r Anicetus ius lib. de Virgin. bet radi caput in modum sphærae / Athanas. t Pallad. t sup. cap. 41. u Hierony testantur consueuisse sanctimoniales tonsuræ ep. ad Sabinia deri. x Epiph. & y August. reprehendunt monachos, num.

x heret. 30. a Aug. meminerunt tonsuræ sacerdotalis b Isidorus y de opere Monachorum c vlt. dicit esse ab Apostolis tonsuram, & coronam clericorum, & monachorum e Beda sanctum Petru gestasse z ep. ad Aug. primum coronam capillorum, toto reliquo capite detonso, & ad eius imitationem omnes clericos, & monachos idem suscepisse. Concilium d Carthag. 4. prohibet clericos atere comam, aut barbam e Tolet. 4.

c s. histor. An clericos iubet toto capite detonso, solum circulum capillorum supra aures relinquere. f Iustinianus didic. can. 44. g Iustinianus distinguitt tonsuram nouitorum a tonsura professorum. d can. 40.

Ratio tonsuræ g 1. ad exprimendam imaginem spiritus in Authenticis næc corona Christi, in iis qui specialius Christum pacoll. 7. tit. 5. c. 2. tientem imitari volunt h 2. ad significandum, debere c. 3. clericos, & monachos omnia superflua, & præcipue virtutias cupiditates amputare, ut sic maneat vertex, id est

g Beda sup. h Isidor. sup. & animus liber, & apertus diuinis contemplationibus, & Rabanus. l. de illustrationibus. 3 ad significandam regalem dignitatem, inst. Cleric. 3. quandoquidem seruire Deo regnare est. i. 4. ut insinuerit, illa nudatione capitis, vita pura, & aperta, quara

i Diony. sup.

monachus exhibere debet s. in signū pœnitentiaꝝ. Nam antiquitus pœnitentes non nisi tonsi recipiebantur. Ex quibus constat mentiri k centuriastas, duni aiunt ha-bitum, & tonsuram monach. res supersticioſas esse, nec conformes scripturæ ac vſui purioris Ecclesiæ.

Obiicitur Primò, leuit. 19. l Non attondit s comam in rotundum. Secundò, leuit. 21. m de sacerdotibus dicitur. Non radent caput, nec barbam, idem prohibetur Ezech. 44. Tertiò Hieremias ridet n idolorum sacerdotes habentes caput & barbam rasam. Quintò, Docete (inquit o Optatus.) vbi vobis mandatum sit radere capita sacerdotibus, cum e contrario tot sint exempla proposita fieri o contra Parmenium.

Ad 1. resp. 1. monachos non tondere comam in rotundum, hoc enim non est scindere, sed ornare comam 2. Deum neque id reprehendere simpliciter, sed si fiat prauo animo, vt in cultum dæmonis, gentilium more.

Ad 3. non præcipi sacerdoti leuit 21. ne caput radat absoluſtè, sed ne in morte alicuius propinqui, in signum doloris: voluit enim Deus sacerdotes esse constantiores cæteris. Ezech. vers. 44. prohibetur tantum, ne vide-rentur sacerdotes Dei, similes sacerdotib. gentilium qui toto capite raso idolis sacrificabant. Nam alioquin p Ezechiel qui sacerdos erat, iubetur a Deo rati, & q Nazareus completo tempore consecrationis suæ.

Ad 4. id non idè solū, quod haberent caput & barbam rasam: sed quia in honorem ligneorum Deorum, qui cultores remunerare nequirent.

Ad 5. rasuram reuera tune non fuisse in vſu, sed tan-tum tonsuram, vnde Clem. r. Alexandr. Pili tondendi t Pædag. II. sunt, non nouacula, sed tonsorū forcipibus: quod adhuc vi-gerent sacerdotes Ifidis, qui radebant caput. Cum au-tem iam ceſlauerit huiusmodi cauſa, rasura potuit meti-tò introduci.

l v. 27.

m v. 5.

n Baruch vlt.

v. 30.

p Ezech. 5. v. 1.

q Num. 6. v. 18.

Licere Monachis manibus laborare.

CAP. XXXI.

a apud Epiph.
hieros. 80.

b v. 25.

μὴ μερισάω τῷ
φυσικῷ ὑμῶν πόθεν
τοῦτο οὐκ εἴπατο.

c v. 27.

d v. 34.

e [Quāuis ar-

20. d Ade a (inquit Paulus) quae mibi opus erant, & his

tifices omnes, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istae.]

quorum opus &

proximus finis, non recte dixisset ministrauerunt manus, sed potius

totus corporalis e

ministrauerunt mens aut lingua.]

est, dicantur la-

bus etiam : ta-

boraremanibus :

tū quia

moderata ad vi-

ciūtūm, sed tantūm immoderatam, & superfluam, quæ

valiter est spiri-

tuale magis : tū

vltimū finem.

Prīmū enim quærendum est regnū Dei,

quiā, fortasse, propterea dicitur :

Operamini cibum qui non perit &c. 2.

cui nullomodo cum quis vix credit fibi affuturum Deum, etiā quod

essent necessa-

rie manus ad

opus, non dice-

re tur operari manibus,

vix enim insuenies artifices quibus manus non

requirantur ad opus. Deinde quidquid sit usus nusquam id obtinuit certe

cum distinguere volumus artifices a literatis illos vocamus manuoperarios

quod Galli dicunt manouuriers.]



D negabant a Messaliani, & Fuchitæ,
quod deberent monachi in Dei confi-
dere prouidentia, & ex alienis viuere la-
boribus.

Primò, ex Mat. 6. b Nolite solliciti esse
animæ vestre diuantes, quid manducabimus.

Secundò c Ioan. 6. Operamini non cibum qui perit, sed
qui permanet in vitam eternam. Refelluntur, Primo, Actor
Tertio, si in alio sæculo Christus vellit peccata remitti, videretur significare grauiora, Alioquin non dicaret: *Neque in hoc sæculo, neque in futuro, sed è contrario: ut oratio cresceret.*

Respondeo, Orationem crescere, quia in futuro sæculo, maius est spacium diluendi peccata, quam hic: & præterea præponitur hoc sæculum, quia hic inchoatur, illuc perficitur remissio.

Quarto, c si loquitur Dominus de remissione cul- c ita Calvini.
pæ. Ergo malè allegamus hunc locum pro remissione
poenæ.

Respondeo, 1. in purgatorio remitti etiam culpas veniales. 2. loqui etiam Christum de poena. Sensus enim est, peccatum in spiritum sanctum, non remitti in hoc sæculo nec in futuro: neque quantum ad culpam, neque quantum ad poenam.

Quinto, Christum velle dicere in hoc iudicio, & in nouissimo non remittetur: & sic nulla fiet mentio purgatorij.

Respondeo, quinam erunt illi quibus hisc non est remissum, & in iudicio tamen remittetur? nonne aut qui venialium egent purgatione, aut solius poenæ debitores erunt?

Sexto, f Ex negatione nō sequitur affirmatio in bona dialectica, & proinde non valet inferri, peccatum in spiritum sanctum non remittitur in hoc, neque in alio sæculo: Ergo aliquod remittitur in alio sæculo, sicut non bene sequitur Rex Philippus non est Venetorum Rex. Ergo est aliquis alias Rex Venetorum. Quare & Christus dicere poterat, non remittetur neque in hoc sæculo, neque in inferno, cum tamen in inferno nulla remittatur culpa.

Respondeo, non sequi iuxta dialecticam: sed benè iuxta prudentiæ regulam: alias faceremus Dominum ineptè loquutum: sicut qui diceret, Rex Philippus non

f ita Petrus
Martyr.

DE PURGATORIO.

te absoluet, neque in Hispania neque Galliae senatu.
Quare cum dixisset Christus: *Ego Regnum meum non est de hoc mundo*: intulit Pilatus: *ergo Rex es tu*. Neque ait Christus non recte inferri, sed approbavit. Ergo inepte loquutus fuisset, si dixisset, in inferno, cum constet ibi nullam fieri remissionem.

h; v. 29. Septimò dicunt: *Neque in hoc saeculo &c.* idem esse atque in æternum ut exposuit h Marcus, sicut dicit Petrus: *Non lauabis mibi pedes in æternum.*

i Ioan. 13.

*et multo plus ratiōne nō
dicitur; p. 13. & cetera* Respondeo, vel Christus locutus est ut habet Mat. vel ut habet Marcus, vel utroque modo. Si primum, & tertium, habetur intentum. Si secundum, debetur Marcus per Mathæum intelligi, non contra: cum Marcus fecerit quasi compendium ex Euangeliō Mathæi. Nec eodem modo quo apud Marcum accipitur Ioannis. 13. vox in æternum: Petrus enim illam accepit tantum pro huius spacio vitæ: cum non lauentur pedes in alio saeculo. Marcus verò pro spacio huius, vel alterius saeculi. Ultimò dicunt phrasim Hebraicam esse.

*k Legolam in æ- resp. falsum esse: quamuis illa phrasis Petri In æter-
ternum sine, in num Ioan. 13. verè Hebraica sit. Dicunt enim Hebræi
temporalibus ** מְלֹאת Marcus verò non
sæculum. vtitur phrasi Hebraica, sed propriè loquitur.

Locus

Locus secundus.

C A P. V.

Pse & tamen saluus erit, sic tamen quasi a *i. Corin. 3. v. 12.*
per ignem. Quo quidem in loco, ob- *ei si της πυροθεμα-*
seruandum est Apostolum ut simili- *την τοις δεμιουρού-*
tudine Architectorum, quorum unus *τοις χρεούσιούσιον,*
super fundamentum lapideum, atque *λίθους τιματούσιδας,*
solidum ex pretiosa erigit materia do- *χρέπον, ταλάμην.*
mum, quæ non timeat ignem: Alter super fundamētum *si autem quis su-*
simile, extruit ædificium ex combustibili materia, vt *perædificat su-*
stipulis, ligno &c. Hoc duplici ædificio, si ignis applice- *per fundamen-*
tur, prius quidem integrum manebit etiam saluo Architecto, si sit intus. Posterior verò, breui per ignem deuo- *tum hoc aurum,*
rabitur, & architectus inclusus non nisi egredietur per *argentum, lapi-*
ignem, in quo transitu non quidem morietur, sed ta- *des præiosos, li-*
men eius corporis leuiores partes, in columnes non egre- *gna, fænum, sti-*
dientur. Sunt autem huius loci quinque difficultates. *pulam. v. 13.*
Prima: quid intelligatur per ædificantes. Secunda, *καὶ τὸ ἐργον φαν-*
quid per aurum, lapides & stipulas &c. Tertia, quid *εῖται φύσιστον,*
per diem Domini. Quarta quid per ignem qui in do- *τονται. οὐδὲ τὸ ἐρ-*
mini die, opus probabit. Quinta, quid per ignem, cum *γοντοτελεῖται, τὸ πε-*
dicuntur. *Quasi per ignem. D. b. Aug. & alij nonnulli per*
Architectos intelligunt quoscunque Christianos. Alij *στοιχεῖας οὐτοις.*
solos intelligunt Doctores & prædicatores: *Quam-*
uis utraque expositio purgatorio faueat, secunda tamen *τοις λαβῖσθαι τὸ πο-*
germanior est. Nam apertissimè ibi Apostolus se præ- *τὸν ἐργον κατακρι-*
dicatoresque alios Agricolis atque Architectis: popu- *ται τοις πορευόσθαι τοις αὐ-*
los verò agris & ædificiis comparat. *τοις δὲ σωθῆσθαι τοις δὲ ιστατούσι-*
b in Enchiridio

Per fundamentum d Alij intelligunt fidem infor-
mem: per aurum &c. opera bona: per stipulas &c. mor-
talia peccata. Sed immerito. Nam peccata mortalia
potius sunt comparanda plumbo, ac ferro. Deinde
nullus ex inferno (cui deputantur punienda mortalia)
transibit saluandus. Respondent equidem Græci sal-
uum fore, quia numquam consummabitur, & quidem

cap. 68.
c Anselm. & B.
Tho. in hunc lo-
cum.
d Chrysost. &
Theophil. in hunc
locum.

DE PVRGATORIO,

per ignem, quia semper ardebit. Sed in usitatum est in scripturis accipi nomen salutis, in malam partem. Alij

e Hierony. in s.
Isaie ad illud
Væ qui coniun-
gitis domum ad
domum.

e Christum siue fidei prædicationem: & nomine auri &c. catholicas interpretationes: fæni verò &c. hæretica dogmata. In quam sententiam propendent Calvinus Ochimus, & Martyr. Sed hæretici architecti hæretic. dogmatū non saluantur per ignem, sed damnantur in inferno penitus. Deinde non ædificant super fundamentum quod est Christus: sed super alium Christum, quem sibi configunt. Alii f intelligunt per fundamentum fidem viuam, per lapides pretiosos aurum &c. opera supererogationis, per stipulas &c. omissionem consiliorum, & affectum carnalem, quamvis licitum, ad huius mundi bona. Hæc sententia est, sed huic non congruit loco: nisi cum illo affectu carnali, etiam venialia intelligantur peccata. Si enim bonus affectus, quare ardebit? Si malus, ergo peccatum: non dantur autem opera media in particulari.

g 4. Dialog. 39.

8 Gregorius, per aurum, opera bona: per stipulam peccata intelligit venialia. Quæ sententia bona est, sed cui anteponitur ultima.

h ita Theodoret.
& Oecumen.
i v. 10.

Sunt h nonnulli qui per aurum bonos intelligunt auditores, per stipulas malos. Ita ut doctor quidem saluus sit, detrimentum autem cedat tantum in quosdam auditores. Sed ut Chrysost. ait, etiam Architecto detrimentum tribuitur, & ipse dicitur ædificare stipulam.

Est ergo sententia ultima. Per fundamentum intellegi Christum a primis præparatoribus annunciatum, iuxta illud Pauli: *i Ut sapiens Architectus fundamen-
tum posuit.* Nomine auri &c. doctrinam præparatorum vrilegi & salutarem verbo, & exemplo. Per stipulam &c. Inutilem, atque curiosam doctrinam. Quæ sententia maxime probatur. Tum quia nomine ædificantium, soli intelliguntur doctores: Ergo nomine operis eorum doctrina intelligi debet. Tum quia hoc valde competit Corinth. præparatoribus: erant enim nonnulli plus æquo Philosophiæ, & eloquentiæ dediti. Denique quod hac ratione hoc totum caput explana-
tur optimè. Si quidem Paulus tres similitudines posuit: unam de plantantibus Agricolis, qua solos DD.

bonos complexus est. Secundam de ædificantibus su-
pta fundamentum bonum, qua & bonos & malos in-
tellexit doctores. Tertiam de corruptoribus Templi,
qua solos perfectè malos contineri voluit: de quibus
dixit quòd illos disperdet Deus.

Nomine ^k diei Domini, Quidam intelligunt vitam ^{k Aug. li. de fide}
præsentem, sive tribulationis tempus, in quo boni sa-^{& operib. ca. 15.}
pè discernuntur à maliis. Sed hoc non videtur esse ad
mentē Pauli. Primò, quia est articulus in textu ^{1 Cor. 3. 13.}
quo certus designatur Dies: vt 2. Timoth. 4. 1 Secun-^{I v. 8. Quā red-}
dò, quia præfens tempus non dicitur in scripturis dies ^{det mbi Domi-}
domini, sed ^m dies nostra. Tertiò, quia tribulationes ^{nus in illa die}
sunt communes bonis & malis, ac proinde non decla-^{inim huius.}
rant vniuersusque opus.

^m LUC. 19. v. 42.

Alij ⁿ dicunt esse diem iudicii particularis. Primò, c. 22. v. 53. ad
quia post illud aliqui reuera manent purgandi per Galat. 6. v. 10.
ignem: non autem post generale iudicium. Secundò, n ita Caietanus.
quia si intelligetur de generali iudicio, sequeretur
nullum sanctorum ante ultimum iudicium, cælum in
grediuntur, quia non ante fieret examen & perfecta pur-
gatio. Tertiò, quia textus græcus non habet, *reuelabit-*
ur, sed ἐν τούτῳ ἀποκαλύπτεται, quia in igne reuelatur. Om-
nes tamen veteres videntur intellexisse Diem iudicii
ultimi, quod probabilius videtur. Primò, quia o vbi-
que hunc significat diem dies domini. Secundò, quòd ^{o ut psal. 74.}
designetur dies, in quo omnium opera sunt simul pro-^{v. Soponie. 1.}
banda: Id autem minimè præstatur, in iudicio parti-^{v. 14. 15. 16.}
culari. Tertiò, quia dixit Paulus *dies domini declarabit,*
id est tunc erunt omnia omnibus manifesta.

Ad primum, post ultimum iudicium non fore pur-
gatorium: & ideo illa verba. *Saluus erit sic, tamen quasi*
per ignem: non significare quòd prius trāseat per ignem,
sed quòd transierit, vel se habeat, vt ij qui transierint
per ignem.

Ad secundum, quemadmodum dicuntur in scri-
pturis damnandæ, & beatificandæ animæ in ultimo iu-
dicio, quia etiæ beatificatæ fuerunt priuatim, tunc
tamen coram toto mundo id erit: ita & examen fieri
quidem in morte vniuersusque priuatim, sed nihil-

DE PURGATORIO.

lominus iterum in ultimo iudicio publicè facien-
dum.

Ad tertium , pro vno verbo in præsenti (quod ve-
risimile est in P futuro fuisse) tria in futuro haben-
tur , τριπλοί διάστασημέρα θηλάσση , πέρης θηλυμός . Adde tempus
præsens frequentissimè ponì pro consuetudine , opini-
one , & professione , & non pro actione temporis cer-
tivit . Luc. 1. virum non cognosco .

Per ignem qui probabit opus , alij tribulationes huius
intelligunt vitæ , quod iam explosum est . Inferni alii ,
purgatorii alii , alii conflagrationis ignem . Sed primò
illii ignes non examinabunt ædificium sanctorum ex
auro , argento &c. Secundò , quomodo examinare
q ita Ambro. in possent opera , quæ iam transierunt ? Superest q ergo
Psal. 118. conc.
20. super illud
Vide humilitatem mea. Sedulius in bunc locu
Catholicanus
Lyranus Caiet.
x 10. Hebreorum verò 12. v.
29. dicitur Deus
ignis consumēs.
art. 37. dicere per ignem intelligi iustum iudicium Dei . Primò ,
quia nihil assignari potest aliud , quod probet omnia
opera nostra . Secundò , licet opera transierint ab oculis
hominum : non tamen ab oculis Dei : Et proinde si
cuius opus iudicium Dei sustinuerit , accipiet merce-
dem , si minimè , reiicietur : Tertiò quod rectissimè
iudicium Dei ignis appellatur , iuxta r Daniel. 7. quod
sit puissimum , celerrimum , efficacissimum , & maximè
penetratium .

Per , quasi per ignem , Nonnulli , huius vitæ tribula-
tiones intelligunt . Sed hac explicatione , etiam qui
ædificant aurum &c. transirent per ignem , cùm tran-
seant per tribulationes .

Lutherus f & Caluinus intelligunt iudicium Dei ,
doctrinam approbans veram , & falsam refutans : sicut
ignis perficit aurum , & consumit fœnum . Hoc autem
iudicium fieri , dum quis conuertitur , maximè in articulo mortis , intelligitque se deceptum , iacturam suæ
fecisse doctrinæ , ac proinde confunditur , atque erube-
scit . Refelluntur primò quia vel illud iudicium fit so-
lum in morte , adhuc viuente homine , vel potest etiam
fieri post mortem . Si posterius , igitur potest fieri tunc
aliqua peccatorum remissio , atque purgatio , saltem per
illam confusionem , quod negant : eset enim aliquid
purgatorii genus . Si prius , quo modo ergo , qui supere-
dificauerunt lignum & fœnum &c. Saluabuntur , si re-

pentina corripiantur morte, nec spacium pœnitendi habeant? Non possunt damnari, quia Christum pro fundamento habuerunt, & de iis omnibus pronunciat Paulus, quod saluabuntur: nec transierunt per ignem, de quo Caluinus, atque Lutherus: & tamen saluari nequeunt nisi transierint per ignem. Ergo admittere debemus aliquod purgatorium (præter ignem illum Caluinii) in quo expientur. Secundò, illud iudicium, siue ignis Caluinii, non afferret detrimentum, sed potius commodum: vult enim Caluinus illo mentem illustrari. At ignis de quo Paulus ait, verè afficiet pœna. Nam in Græco est *inuidio et abusus dabit pœnas.* Tertiò, sequeretur omnes qui salvantur, transire per hunc ignem: cum iuxta Caluinum, & Lutheranos omnia opera nostra, quamvis iustissima in oculis hominum, sint peccata in oculis Dei. Nec responderi potest non imputari propter fidem. Nam ea etiam ratione iudicium illud subterfugerent opera illorum, qui cum sint fideles, stipulam tamen ædificarunt.

Communis ergo Theologorum sententia est, nomine ignis aliquam intelligi purgatorij pœnam, ad quam adiudicantur post mortem qui ædificarunt stipulam &c. Hæc expositio, præterquam quod optimè congruit textui, satis ex communī PP. consensu probatur. Ambros. ^t Sed cum (inquit) Paulus dicat, sic tamen, quasi per ignem, ostendit quidem illum saluum futurum, sed pœnas ignis passurum, ut per ignem purgatus, fiat saluus. ^u Hiero. in 4. Amos. ^x Greg. 4. Dialog. ^y Alcuinus, ^z Rupert, ^a Magister, & alii scolastici: ^b Anselmus, ^c Innocentius 3. & omnes Latini recentiores. Ex u *In exponens* Gracis Origenes, Sed & illud (inquit) cùm conuenitur, illud Facti estis si quis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit, illud parum, tanquam plumbum, igne resolutur & purgatur, &c Oecumenius, ^d qui etiam testatur ita Basi- *Juxta illud in-* lum intellexisse hunc locum, & ^e Theodoret, apud *quit quod in A-* postolo legimus,

Ipse autem saluus erit qua si per ignem: qui ergo salvatur per ignem, quasi torris de incendio rapitur. Aug. in psa. 37. ^x cap. 39. ^y 3. de Trinit.

^z in 3. Genes. ^a 4. dist. 21. ^b in hunc locum. ^c in psal. 37.

^e *Hunc credimus ignem Purgatorium quo purgantur anime,*

DE PURGATORIO,

ut aurum in cō- D. Th. in opusculo primo contra Græcos.

flatorio. In Gra. Obiiciunt primò absurdum esse , Apostolum variè iuxta Gagettū in eadem sententia nomen ignis usurpasse , nimisimum tuto n̄ nō p̄tio. pro vero iudicio,& pro purgatorii igne.

μὴ καθηρίστε τὸ
οὐκέτι καθηρίστεναι
εἰς τὸ Χωρίον
εἴη.
f u. 12.

Respondeo , nos ex ipso textu ad æquiuocationem non vnam , sed duas admittendas cogi. Nam cum ait, *Dicim iudicij manifestori per ignem* , videtur omnino loqui de conflagrationis igne : cùm addit , *cuiusque opus ignis probabit* non potest loqui de igne materiali , ut supra dictum est: & cùm , hoc secundo igne opera , tertio vero non opera , sed operarios , qui stipulam ædificatunt , dicat examinanda esse , ne cellario de diuersis ignibus tex- tū est intelligendus . Quamuis non propriè sit æquiuocatio , sed elegans allusio . Hic enim sensus est: *Dies domini per ignem conflagrationis declarabitur* , & sicut ipsa dies per ignem declarabitur , ita ipsa dies manifestabit per ignem scilicet iudicij diuini , vniuersi- que opus: & sicut opera per ignem manifestabuntur , ita etiam operarii , qui purgatione indigent , purgabuntur per aliquem ignem . Adde non esse Paulo insolitum in eadem sententia variè vti aliquo nomine , vt pater. f 2. Corinth. 5. cum qui non nouerat peccatum , pro nobis peccatum fecit.

Obiiciunt secundò , illud (*Quasi*) similitudinē quan- dam rei , & non rem ipsam denotare.

Respondeo similitudinem significare non ignis , sed transiuntis per ignem : sensus enim est , saluabitur qui ædificauit fænum , sed ad eum modum quo quis transit per ignem , vt perueniat ad aliquem locum .

Tertius locus.

C A P. VI.

Vid ^a facient qui baptizantur pro mortuis, si
mortui non resurgent. Petrus Martyr vult
^b Paulum loqui de Baptismo eorum qui
baptizabantur in lecto cùm iam essent in
extremis: vt sensus sit, quid facient qui baptizantur quando
babentur magis pro mortuis quam pro viventibus, & certum
est non baptizari pro ullo huius vite commodo. Sed debuisset
ergo dicere Paulus, *vt quid baptizantur pro se*. Vera igitur
sententia ^c est Apostolum loqui de baptismō lacryma-
rum, & pœnitentiæ qui suscipit orando, iejunando,
&c. atque sensum esse. *Quid facient qui se pro mortuis af-*
fligunt, nisi resurgent mortui. Primo, quia baptizari, passim
in scripturis & PP. ^c accipitur pro affligi. Secundo,
quia purgatoriū pœna à scripturis & PP. baptisma voca-
tur. Nam illud Matth. f. 3. *Ille vos baptizabit in Spiritu S.*
E igni. Hieron. post Basilium & exponit de spiritu san-
cto in hac vita, igne verò in futura. Itaque eleganter A.
postolus dicit eos baptizari pro mortuis, quod suscipiat
partem illius ignei baptismi.

Obiiciunt primò: debuisset ergo dicere Paulus, *Quid faciemus.* Nam omnes fideles pro mortuis orant.

Respondeo, Apostolum respexisse ad consuetudinem
Iudeorum, qui more veteri, iejunabant & orabant pro
mortuis. Noluit autem argumentari à consuetudine
Christianorum quæ reiici poterat ut noua.

Obiiciunt 2. Non bene argumentari ex oratione ad
resurrectionem, funditur enim oratio, non ut resurgat,
sed ut à peccatis soluantur. Responsio h. supra.

^a I. Cor. 15. v. 29.

^b i. mukoros u. baw.

^c πομφαὶ ὑπερτιμ

^d νέκω εἰ ὅλη τη-

^e ρποι εξιζητοῦται

^f hanc expositi-

^g onem accepit ab

^h Epiph. hæres. 28.

ⁱ c est san. Ephrē

^j in suo testamēto

^k Petri Cluniacēs.

^l lib. cōtra Petro-

^m brusianos, Hugo-

ⁿ nis, Gagnei, in

^o hunc locum,

^p d. Mar. 10. v. 38

^q Luc. 11. v. 50.

^r e Cypria. serm.

^s de cæna Domin.

^t Nazianz. orat.

^u de Epiphan.

^v f. versu II.

^w αὐτοὶ διὰς Καν-

^x οὺ ἐπιλύαν ἡ-

^y γίνεται τούτη.

^z g. libro de Spi-

^{aa} ri suātō cap. 15.

^{bb} Nazianz. in fine

^{cc} oration. de Epip.

^{dd} vocat igne Pur-

^{ee} gatorii ultimum

^{ff} baptisma.

^{gg} h. cap. 3. in resp.

^{hh} ad 2.

DE PURGATORIO,

Quartus locus.

C A P . V I I .

Mat. 5. v. 25.
ἰδοὶ οὐρανὸν ἵδι κατί-
σκασσαί τε λύχνος ἡσ-
πελεῖ ἐν τῷ δέρματι μη
ἀνθί μηποτέ σε πα-
ραδοῦντες ἀνθελκούσι το-
κεῖσθαι, ἐγὼ εὔχομαι σε
πατεράδων τῷ ἀπεστη-
μένῳ φυλακών φρο-
Mat. v. 26. ἀπλι-
λύσω σου ἡ μήτερ
τοι εἰσιδεῖ, ταῦτα ἂ-
ποδεῖς τὸν ἄσχητον
κεφαλήν.
Item Luc. 12. aa
finem capitis.
h. ita dñebris.

*Item Luc. 12. ad
finem capitinis.
bita Ambros.
Et Beda in hoc
locum. Luc. 12.
Ansel. Et Aug.
in 5. Math. Ber-
nard. serm. 85. in
Cantica.*

Esto ^a consentiens aduersario tuo citò dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tortori, & mittaris in carcere. Amen dico tibi non exies inde donec reddis no- uissimum quadratum. Per viam intelligitur fluxus vitæ nostræ, quo ad Dei properamus iudicium: per aduersarium, et si nonnulli Diabolum, alii carnem intelligent. Tamen intelligi ^b debet lex Dei, siue Deus, ipse quatenus præcipit contraria carni: aut conscientia que Dei legem semper obiicit peccanti: per iudicem o- mnes intelligunt Christum, per tortorem, Angelos malos aut bonos, per carcere nonnulli certè infernum dixerint, aut etiam purgatorium simul. Sed verius est solum intelligi purgatorium. Nam ex inferno nulla est egrediendi spes. Deinde scopus parabolæ id etiam in- dicat, si quidem non sumitur hæc similitudo ab homi- cida aut adultero, &c. qui ad perpetuos carcere vel mortem damnantur, sed à debitore qui propter non solutam pecuniam in carcere coniicitur, solent au- tem huiusmodi homines ordinari egressi post aliquod tempus. Per quadratum ferè omnes intelligunt minuta peccata.

*Quintus locus, Sextus, Septimus, Octauus &
Nonus.*

CAP. VIII.

Qvi a irascitur fratri suo reus erit iudicio, ^{a Mat. 5.v.22.} qui dixerit fratri suo Rachab, reus erit consilio, qui fatue reus erit gehenna Ibi distinguuntur tria poenarum genera, & tantum tertio damnatio tribuitur æterna. Ergo ex aliis habemus aliquas esse poenas temporales. At fieri potest, ut quis moriatur cum illis. Igitur post hanc vitam illas Deo soluer. Hoc autem est purgatorium esse.

Dices, Christus dixerat antea, *Qui occiderit reus erit iudicio. At homicidium plectitur æterna morte, ergo reum esse iudicio, est reum esse damnationis æternæ.*

Respondeo, cum dixit Christus *Qui occiderit, &c.* loqui de iudicio temporali quo homicidæ in lege plectebantur morte.

Sextus, ^b Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut eum defeceritis recipient vos in æterna tabernacula. Per deficerere, omnes intelligunt mori, per amicos, Sanctos qui cum Christo regnant. In his ergo verbis non solum Dominus eleemosynam commendat, sed etiam docet post mortem iuuari animas precibus sanctorum. Dicit enim nobis esse faciendo amicos qui recipient nos in tabernacula æterna. Iuxta similitudinem parabolæ ductam ab øecono mo qui depositus ab officio, & egenus factus, open amicorum suorum implorabat. At qui eleemosynam faciunt prauis pauperibus, non faciunt sibi huiusmodi amicos. Ergo non solum Eleemosynam hic Christus commendat, sed ut detur potius bonis quam malis, ^c gust. 6. in Julian. quatenus illorum precibus post mortem iuuemur. ^{b Luc. 16. v.9.} ^{c Luc. 23. v.43.} ^d cap. 5. probat a-

Septimus, ^c Memento mei dum veneris in regnum tuum. liqua peccatare hoc certè ille non dixisset nisi à Spiritu sancto edocetus, mitti post mortem.

DE PURGATORIO,

posse post hanc vitam animas iuuari.

d Act. 2. v. 24.
in diebus vestris,
abore lacus adiret; non
duraverit.

c Cypr. serm. de
cœna Domini E-
piph. heres. Ta-
tiani, August. ep.
99.

f Philipp. 2. v.
10. hoc argumē-
tum non videtur
Bellarm. aliquid
facere.

Octauus, **d** Quem Deus suscitauit ex mortuis solutis doloribus inferni. Hic locus nequit intelligi de doloribus Christi: quia fuerunt in cruce finiti: neque de damnatorum doloribus, cùm sint infiniti duratione, nec de PP. in lymbo, cùm omni carerent dolore. Igitur sensus erit solutis doloribus eorum qui erant in purgatorio. Nec refert in Graeco haberis ^{τις πολλα} non ^{τις}. Nam antiqua editio Latina, Syriaca & antiquissimi e PP. legerunt inferni.

f Ut in nomine Iesu omne genu fleatatur caelatum, terrestrium & infernorum. Item Apocal. 5. Nemo inuentus est neque in caelo, &c. v. 3.

Probatur Purgatorium testimonius Concilio-
rum.

CAP. IX.

a can. 29.

B N Africa Carthaginense 3. **a** Sacramenta (inquit) altaris non nisi à ieunis hominibus celebrantur. Si autem aliquorum promeridiano tempore defunctorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat. Quibus similia leguntur in Carth. 4.

b Qui sibi ipsi quolibet modo culpabilis infernit mortem nulla pro illis fiat cōmemoratio, nec cum T salmis se- peliantur.

In Hispania, Bracarense primum **b** can. 34. & 39. In Gallia, Cabilonense; **c** V isum est (inquit) preterea ut in omnibus Missarum solemnibus pro spiritibus defunctorum loco competenti, in Ecclesia ad Dominum deprecetur.

In Germania Vormatiense cap. 10. quo definitur oblationes pro suspensis in patibulo fieri posse.

In Italia concilium 6. sub Symmacho, quo dicitur **c** habetur de cōsacrilegium esse fraudare animas defunctorum orationibus.

Grecia Concilia vide apud Martinum Bracarensem Episcopum, cap. 69.

Concilium Generale Lateranense sub Innocentio

tertio, cap. 66.

Florentinum sess. d vlt. Tridentinum sess. e 25. & om- ddecreto de pur-
nes Liturgia Iacobi, Basili, Chrysost. Ambros. &c. gatorio.

Respondeat Martyr primò Ecclesiam quidem pro de- e initio.
functis orasse, sed sine verbo Dei, aut exemplo. Sed quo
modo erit credibile vniuersam Ecclesiam adeò errasse?

Secundò, id Ecclesiam facere, non ut eos à purgatorio
libereret, sed testetur eorum memoriam seruare. Contra
disertè docet f Augustinus Ecclesiae preces quibusdam
pro defunctis defunctorum.

Tertiò, Ecclesiam praecari pro defunctis, id quod pu- f libro de cura
tat iam assequutos esse, scilicet gloriam, sicut Christus
pro Lazaro orauit, cum sciret iam se quod petebat acce-
pisse: Ambros. pro g Theodosio, cui tamen congratula- g in oratione de
batur quod iam cum Christo regnaret, & i Epiphanius obitu Theodosii.
docet orari pro SS. Patriarchis, Prophetis, Apostolis, i heresi 75.
atque Martyribus.

Respondeo, si res ita esset, Ecclesia pro omnibus ora-
ret aequaliter: quod tamen non facit. Nec conuenit, ut
quis petat quod habet. Non enim acceperat Christus
quod pro Lazaro petebat, siquidem nondum tunc re-
surrexerat. Ambrosius pro Theodosio orauit quia non
certo sciebat iam esse cum Christo. Epiphanius autem
nusquam dixit orari in Ecclesia pro Sanctis, sed memo-
riam fieri tam peccatorum quam iustorum, ut illis Deus
misereatur: ut istos separemus à Christo: non quod pro k ut vult Petrus
Sanctis oremus, sed quia pro illis offerimus Sacrifi- Martyr.
cium Christo, in gratiarum actionem.

DE PURGATORIO,

Idem assertur ex PP. Græcis ac Latinis.

C A P . X.

a Quo longam
describit oratio-
nem pro defun-
ctis solitam sie-
ri.

b Cap. 7. Eccles.
Hierarchie par-
te 3.

c Homil. 6. in
Exodus.

d Qua querit
num animæ sen-
tiant utilitatem
ex orationibus
viuorum. Res-
pondet sentire
omnino.

e In 9. Isaie.
f. Oratione pro
mortuis.

g Orat. in san-
cta lumina.

ter nos vita fun-
eris sunt maximū
credentes esse

pro quibus offertur obsecuratio sancti illius, & tremendi faci ificij.



Ræcit Clemens Roman. a constit. 8,
cap. 47. longam describit pro defunctis
orationem. Dionys. Areop. b Accen-
dens (inquit) deinde venerandus Antistes
precem suam super mortuum peragit, preca-

per infirmitatem humanam admissa peccata defuneto. Ori-
gen. c Qui saluus fit, per ignem saluus fit, ut si quid forte de

specie plumbi habuerit admixtum, id ignis decoquat, & resol-
uit, ut efficiantur omnes aurum purum. Athanas. d q34.

ad Antioch. e Basil. Si per confessionem detoxerimus pec-
catum, iam succrescens gyamen aresecimus, dignum plane
quod depascatur, ac devoret purgatorius ignis. Nyssen. f No

poterit a corpore egressus diuinitatis particeps fieri, nisi macu-
las animo immixtas purgatorius ignis abstulerit g Nazian.

In altero suo igni baptizabuntur, qui postremus est baptismus,
nece solù acerbior, sed & diuturior, qui crassam materiam instar

fernæ depascitur, vitiique levitatem absunit. Cyrill. h catech.

i Euseb. j Emyssen. Qui temporalibus penitentia digna gesse-
runt per fluum igneum, per vada feruentib. globis horrenda

transibunt. k Theodor. Hunc ipsum ignem purgatorium
credimus, in quo animæ defunctorum probantur, & repur-

gantur, sicut aurum in confitatorio. l Damas. m Occu-
oramus, qui in- men. Theophil. in 12. Lucæ.

Latini Tertull. n de corona militis. Cyptian. Aliud
est statim fidei & virtutis accipere mercedem, aliud pro
tempore cruciatum emendari, & purgari diu
animarum iu-

nitatem, pro quibus offertur obsecuratio sancti illius, & tremendi faci ificij. i Ho-
mil. 3. de Epiph. k In scholiis Græcis in 1. Corinth. 3. 1 Libro de iis qui in fide
migrarunt, testimonia Chrysostomi vide infra lib. 2. cap. 15. m In 1. Corinth.
3. n Vide infra lib. 2. cap. 15. o 4. Epist. 2.

igner: aliud peccata omnia passione purgasse. Laetantius: quorum peccata pondere, aut numero praevaluerint, perstringentur igne &c. 7. cap. 21. Hilar. Nobis est ille indefessus ignis obscurus in quo subeunda sunt grauia illa expiande a peccatis animæ supplicia. In Psal. 118. P Ambros. Etsi saluos faciet P In illud Psal.
 Dominus seruos suos, salui erimus per fidem, sic tamen salui 36. Gladium quasi per ignem. Etsi non exuremur, tamen tremur. Hierony. euaginaverunt,
 ad finem commentatij in Isaiam. Aug. 9. Qui tempora- &c.
 libus paenit digna gesserunt, per ignem quendam purgatorium transibunt, de quo Apostolus inquit, saluus erit, sic tamen quasi per ignem. r Paulin. Boetius. 4. Prosa. 4. Isidor. f
 Nam & cum Dominus dicit: qui peccauerit in Spiritum san- gium homilia-
 etum non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro, demonstrat quibusdam illic dimittenda esse peccata, & quo- r.m.
 dam Purgatorio igne purganda. Gregor. 4. dialog. 39. De quibusdam leuisibus culpis esse ante iudicium Purgato- rius ignis credendus est. Beda in psal. 37. Petrus t Da- r. Epistola. I. ad Amandum &
 mian. u Anselm. Bernard. serm. 66. in Cantica. epistol. 5. ad. Del- phinum Episco-
 pum. f I. De diuinis officiis. 18.
 Obiicitur Aug. qui 21. Ciuit. cap. 26. & in Enchi- t Serm. 2. de Sancto Andrea.
 rid. cap. 69. dicit dubitari posse, an post hanc vitam animæ torqueantur Purgatorio igne. u In I. Corinth.
 Respond. Non dubitate de poena animarum, sed de modo, ac qualitate poenæ. Nā in priori loco, solum dubitat an purgatorius ignis sit idem in substantia cum Gehennæ igne, in. 2. an post hanc vitam vrantur animæ igne doloris de amissione temporalium, quo hic viri solent.

Rationibus probatur.

CAP. XI.

Prima, Quædam sunt venialia peccata ut probatur a Tom. ultimo a infra. At fieri potest, ut quis cum huius veniali- lib. 1. de amissio- bus moriatur. Ergo assignari debet aliquid quo pur- ne gratia, siue gentur. de statu peccati.

DE PURGATORIO,

Secunda, cùm reconciliantur homines Deo nón dimittitur semper tota cum peccato pœna. Ergo si antequam soluat, moriatur homo, illam alibi soluere tenetur. Probatur antecedens. Nam Mariæ Numer. 12. dimisla fuit culpa, & tamen iubente Deo luit pœnam per hebdomadam vnam: Item in pœnam adulterij Davidis Reg. 12. v. 14. b. moritur infans. in c. pœnam numerati populi grassatur pestis.

b. Reg. 12. v. 14. c. Reg. vlt. d. Ita Calvin 3. Inslit. 4. §. 31. e. Genes. 2. v. 17. Rom. 5. v. 12. Respondent. d. Primò, hanc pœnam non esse in satisfactionem, sed in remedium. Contra. 1. mors est vera pœna originalis peccati, nec tamen in remedium, cùm eam patientur iusti. 2. Deus pepercera populo Exod. 32. & tamen in pœnam peccati multi occiduntur, certè non ad emendationem: quomodo enim post mortem, emendatio?

Respondent. 2. in morte deleri omnia. Contra sequetur absurdum, nempe vnam, & eandem esse pœnam pro grauissimis, ac leuibus peccatis.

Tertia ratio, id in quo omnes conueniunt gentes, vix aliun de prouenire potest, quām à naturali lumine quæ enim sunt ab hominibus efficta, varia sunt pro varietate gentium. Sed opinio de Purgatorio omnibus gentibus est communis. (Non tamen multæ de pœnis fabulæ, quas sibi quisque pro capite suo finxit) igitur à lumine naturæ procedit. Sicut Deum esse: non autem varios, & multiplices esse Deos. Probatur minor. ita Hebrei. 2. Mach. 12. Mahometani in Alcorano, ybi pugatorium disertè habetur: Ethnici in Phædone, & Gorgia Platonis.

f. 4. Dialogor. 40. g. Libro de gloria Confessorum c. 5. h. In Epistola ad desiderium. t. 3. Histor. An glor. 19. Quartæ, videmus aliquos morientes valde bonos, alios valde malos, alios mediocriter bonos. Ergo sicut ratio dictat valde bonos statim præmiandos fœlicitate æternæ: valde malos æternis puniendos suppliciis: sic dictat esse temporarias pœnas pro mediocriter bonis.

Quinta, testantur grauissimi authores animas apparuisse, renunciantes se in purgatorio versari, implorantes auxilium à viuis. Anima Paschasi apud f. Gregor. Roman. Vitalinæ virginis g. apud Gregorium Turon. Sancti h. Seuerini apud Petrum Damianum: Fursatus i. apud Bedam à mortuis resurgens multa narravit de

Purgatorio. Sororis sancti Malachiae apud & Bernardum &c.

Vltima, quæ Purgatorium opinio eleuat est perniciosa. Nam reddit homines sacerdes in malo, negligentes operum bonorum. Si enim habenti fidem omnia per mortem peccata penitentia soluuntur, ad quid ieiunia, preces? &c cur voluptatibus illicitis, & multis priuabitur homo?

k In Malachia.

Soluuntur argumenta ex scripturis.

C A P. XII.

Rimum, Psal. 116. a Cum dederit dilectis suis somnum, id est mortem: non subiungit: Ecce Purgatorium: sed, Ecce hereditas Domini, nempe vita beata.

Resp. 1. cum b Aug. sensum esse, cum b In hunc Psal. dormierint per corporalem mortem omnes electi, continuo apparebit hereditas Christi, resurgentib. in gloria omnibus electis. 2. haberi in Hebreo כוֹתֵן לְגִזְעָן חַדְלָה חֶן utrum lidido scenna binne nacchalath Jehoua. id est: Sic dabit dilecto suo somnum. Ecce hereditas Domini. ubi non exprimitur quando huiusmodi adueniet hereditas. unde ruit tota vis argumenti.

Secundò Ecclesiastæ, 9. c Nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.

Resp. 1. vel loqui sapientem in persona impiorum 2. vel eos monere qui flagitosè vivunt: recta enim descendunt in gehennam. 3. loqui de meritis bonorum operum quæ in Purgatorio fieri nequeunt: unde præmisit. Quodcumque facere potest manus tua instanter operare.

Tertia, d si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. Vbi tertius locus?

d Ecclesiastæ, II v'3.

DE PURGATORIO,

Resp. 1. ad literam loqui sapientem de corporali morte. Vbi enim cadit corpus mortuum, ibi manet, nec per se resurgere potest. 2. si ad Purgatorium transferas, eos qui versantur ibi, spectare ad Austrum. 3. non omnes cadere ad Austrum vel Aquilonem, si per Aquilonem intelligas Gehennam, per Austrum, paradisum: sed aliquos ad alium pertinere statum, alioquin ubi erant. PP. ante aduentum Christi certum est enim non mansisse perpetuò ibi: nec contrarium colligi potest ex verbis Eccles.

Quarta, e *Cum auerfus fuerit impius ab impietate sua, omnium iniquitatum eius non recordabor. At quomodo non recordatur, si eas tam severè puniat?*

c *Ezech. 18. v. 21. 22. 27.*
f *V. 16.*
g *Est Petri Martyris &*
Bernardini Ochini.

Respond. non recordari. 1. quia recipit in amicitiam suam poenitentem. 2. quia non punit en aeternum.

h Luce. 23. v. 43.
i *Rom. 8. v. I.*
καὶ κατίκριψε τὸν ἀρχέτυπον Ιησοῦν.
k *2. Corintb. 5. saluandos esē, cūm sint de credentium numero.*

Sexta, g latroni conuerso promisit h ilicò paradisum Christus, Resp. plenam satisfactionem hunc latronem egisse iudicio Christi.

l Nihil damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu. Respondeo sensum esse, fideles munitos gratia Christi, non consentire motibus concupiscentiae: & proinde nihil ex iis, contrahere peccati: agit enim ibi Paulus de concupiscentia.

Octava, k si domus terrene nostrae habitationis dissoluitur, habemus domum non manufactam, aeternam in celis. Respondeo nos habere equidem, si recte viuamus: an vero continuò post mortem, ibi non extinximus.

Nona, l Omnes astabimus ante tribunal Christi, ut refrehimur. In Christo rat unusquisque prout gesit in corpore, sive bonum, sive malum. At si qui post mortem purgantur non recipiunt prout se gesserunt in corpore. In quo hanc purgationem non meruerunt.

Negatur

Negatur minor, nam perseverando in gratia Dei, usque ad mortem, meruerunt ut postea purgentur, atque iuuentur.

Decima, ^m Beati mortui qui in domino morientur, amo- ^{m Apocalyp. 14.}
do iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. At p[ro]ij v. 13.

omnes moriuntur in Domino.

Resp. 1. cum ⁿ Ansel. Amodo, non significare a mor-
te vniuerscuiusque, sed ab extremo iudicio, de quo agit
Ioannes in isto capite. o 2. vel loqui Ioan. de viris per-
fectis, qui simpliciter reuerent moriuntur in Domino,
nam qui deceidunt in venialib. peccatis, aut cum debi- n In hunc locu[m].
to poenae temporalis, partim in Domino ratione chari- o Ita Richardus
tatis, partim non in eo ratione peccati, & debiti mo- de sancto Vito-
riuntur.

¶ Anselm. si responsum
de x uero ambo in hoc
me attinet. Atque rad
et morsu[m]q[ue], ita etra
mabo uerba de Toto
xponere nullum.

re, & Haymo in
hunc locum.

Soluuntur ex Patribus.

CAP. XIII.

PRIMO, ex ^a Cypriano: Quando isthinc excessum fuerit, nullus iam paenitentiae locus est, nullus satisfactionis effectus.

Resp. Patres duplēcēm ponere sa- tisfactionem vnam ^b ante iustifica- tionem qua Deus de congruo placa- tur, & inclinatur ad culpæ remissionem: alteram, post iustificationem, qua ex condigno satisfit pro poena. de priori Cyprianus loquitur, ut patet ex precedentibus: Hortamus (inquit) dum adhuc aliquid de seculo supereat, Deo satis facere & ad veræ religionis candidam lucem de pro- fundo tenebrose superstitionis emergere.

Secund. ^c Chrysost: Cum hinc discesserimus, non est in nobis situm paenitere, neque commissa diluere. d Item: Ne- que enim qui in presenti vita, peccata non abluerunt, postea consolationem aliquam inuenturi sunt.

Resp. loqui de remissione mortalium. Nam epulo- nis exemplo, qui cruciabatur in gehenna, monet, ne

Tom. 2.

^a Tractatu pri-
mo cōtra Demet-
rianum.

^b De qua Da-
niel. 4. v. 24.
Peccata tua
eleemosynis re-
dime.

^c Homilia. 2. de
Lazaro.
^d Ibidem.

DE PURGATORIO,

differamus conuersionem in aliam vitam.

e Libro de bono
mortis. Tertio, e Ambros. Qui enim hic non acceperit remissio-
nem peccatorum, illuc non erit, nimis in patria beatorum.
Responso eadem. Nam subiungit explicans: Non erit
autem, quia ad vitam æternam, non potuerit peruenire, quia
vita æterna remissio peccatorum est. Id est iustificatio, quæ
est vita quædam æterna inchoata.

f In 23. Luce,
& serm. 46. Quarta, ex eodem: f lachrymas Petri lego, sanctificatio-
nen non lego.

Resp. usurpare satisfactionem pro excusatione: sub-
iungit enim: Reclite planè Petrus fleuit, & tacuit: quia quod
deslerit solet, non solet excusari.

g Tractatu. 49. Quinto, g August. habent omnes animæ, cum de seculo
in Ioan. hunc lo-
cum obiicit Cal-
uin. Item: h Requiem, quæ continuò post mortem
datur, si ea dignus est, tunc accipit, quisque cum moritur.

h Fidem. Respond. dari gaudium, & requiem animabus in
Purgatorio de certitudine salutis suæ.

i Ultra mediū. Sexto, idem Aug. vel author hypognostici i Primum
locum (inquit) fides catholicorum diuina autoritate credit,
regnum esse celorum, secundum Gehennam, ubi omnis apostata,
vel à fide Christi alienus, æterna supplicia experietur: ter-
tium penitus, ignoramus, imò nec esse in scripturis sanctis inue-
nimus.

Resp. loqui de locis æternis contra Pelagium, qui ter-
tium posuerat locum pro paruulis non baptizatis. Nam
alioquin catholica fides docet præter cælum, & infernū
fuisse limbum.

k In psalm. 31.
est Petri Mar-
tyris obiectio. Septimo, idem k Aug. si texit peccata (scilicet Deus)
noluit aduertere: si noluit aduertere, noluit animaduertere: si
noluit animaduertere, noluit punire, noluit agnoscere, maluit
ignoscere.

Respond. loqui de poena æterna. Nam si de tempo-
rali: sequeretur, nec quidem in hoc mundo Deum pu-
nire peccata dimissa: quod nusquam Augustinus di-
xit.

l Epist. 34. Octauo, l eundem docere, post hanc vitam non esse
locum morum corrigendorum. Resp. id verum esse,
quid ad rem? nec enim in alia vita conuersti aliquos di-
cimus.

Nonò, *In m quo* (inquit idem) *quemque inuenerit suus nouissimus dies, in hoc cum comprehendet mundi nouissimus m Epist. 8a.*
dies: quoniam qualis in die isto quisque moritur, talis in die il-
lo iudicabitur.

Respondeo, id verum ratione meritorum, quæ non maiora, vel minora erunt in die extremi iudicii, quam proximè post mortem.

Decimò, *Anima egressa* (inquit n Theophil.) *in mundo non errat, in sutorum enim anime in manu Dei sunt: peccatorum vero, & ipse hinc adducuntur, ut anima diuitis.*

Resp. Solum docere animas non vagari liberè per mundum. Etsi autem duorum tantum meminerit locorum: possumus tamen Purgatorium ad quodlibet eorum reuocare. Nam quia iustæ sunt animæ quæ purgantur, rectè dicuntur esse in manu Dei, licet non sint in regno: quia Purgatorium est pars inferni, dici etiam possunt in inferno esse.

Vndecimò, *Quando anima* (inquit o Hierony.) *Vinculis laxata corporeis volandi quo velit, siue quo ire compellitur, habuerit libertatem aut ad inferna ducetur, de quibus scriptum est, in inferno quis confitebitur tibi? aut certè ad cœlestia subleuabitur.* Respondeo non loqui de solutione animæ per mortem naturalem, sed speculationem: disputat enim de anima impia, quæ quocumque se convertat cogitatione, Deum habet vitorem. Nam subiungit: *Vbi sunt spiritualia nequitiae in cœlestibus: Et si sibi vere circumcisionis scientiam voluerit vendicare, & humilitate concepta habitare in montibus, & ibi scrutantem manum Dei euadere, non valebit.* P. &c.

n In 8. Mathei.

o In ca. 9. Amos.

P Quod si despe-
rans salutem ocu-
los Domini vi-
tare tentauerit,
& in ultimos
salsorum flu-
tiuum terminos
peruenire, etiam
ibi mandabit
Dominus serpe-
tit tortuosò, &
antiquo qui est
inimicus, & ul-
tor, & mordebit
eam.

Soluuntur ex ratione.

C A P. XIII.

Prima, remissio culpæ fit per meritum Christi infinitum, & sufficientissimum ad pœnam etiam remittendā cū culpa. Ergo nulla remanet pœna soluēda.

DE PVRGATORIO,

Resp. 1. si valet conseq. vnde ergo baptizati infantes tot doloribus, & morbis anguntur? 2. esse id meritum sufficientissimum, sed non efficax, nisi applicetur, applicatur autem post baptismum per Contritionem & confessionem cum absolutione ad remittendam culpam: per opera autem satisfactoria, ad tollendam poenam temporalem, in quam fuit commutata æterna.

Secunda, in Baptismo remittitur omnis culpa, & poena. At poenitentia est quidam Baptismus Ergo &c.

Resp. si Poenitentia accipiatur integrè id est cum suis integrantibus partibus Contritione, Confessione, Satisfactione & Absolutione admittitur argumentum. Si autem pro sola Absolutione, negatur Minor. Nam

^a Hebr. 10.7.26.

^a Voluntariè peccantibus post acceptani veritatem non relinquitur hostia pro peccato, id est ut interpretantur. ^b PP. alter Baptismus quo poena remittatur, & culpa [Certum est enim relinquere hostiam pro culpa]

b Tam Greci, quam Latini omnes.

Tertia, si satisfacimus. Ergo diuidimus cum Christo honorem. Quia sumus ex parte aliqua, Redemptores nostri.

Admittitur ratio consequentis, quia hæc phrasis non est in usitata scripturis, vt Daniel. ^c 4. Negatur tamen conseq. Quia tota virtus operum nostrorum à Christi spiritu, & sanguine pendet: sicut nihil detrahitur Deo quod per secundas operetur causas, & ipsæ reuera proprie, & efficienter agant.

^c Supra. & Pbilipp. 2. v. 12. cum metu, & tremore vestram salutem operamini.

Quarta, si applicatur nobis satisfactio Christi per opera nostra, vel sunt duæ satisfactiones, vna Christi, altera nostra, vel vna: si prius, ergo vni culpe respondet duæ poenæ, id est bis punitur eadem culpa. Si posterius: vel est Christi, & tunc non satisfacimus, vel nostra, & tunc excluditur Christus, & verè diuidimus honorem cum illo, vt ille pro culpanos pro poena soluamus.

Responsio duplex. 1. duas esse satisfactiones sed vnam [vt minus principalem] ab altera [vt magis principali] pendentes. Et quamvis Christi satisfactio sufficeret, tamen ad maiorem gloriam Dei, & hominis honorem voluisse nostram suæ coniungere: sicut vna sufficiebat guttula sanguinis sui in Redemptionem, &

tamen totum effundere voluit. 2. vnam tantum esse actualem, quamque nostram, nec excludi Christum, quia per eius satisfactionem habemus gratiam, vnde satisfaciamus: qua ratione dicitur nobis applicari satisfactione Christi, & ab ea nostram dependere.

Quinta, in Purgatorio non est meritum. Ergo nec satisfactione. Nam idem requiritur ad merendum, & satisfaciendum.

Negatur conseq. & ratio eius. Nam conueniunt quidem meritum, & satisfactione, quod ad utrumque requiratur inhabitans gratia: differunt tamen, quod ad meritum necessaria sit libertas, & (quia ita placuit Deo) status praesentis vitae, non autem ad satisfactionem. Qui enim cogitur a iudice soluere debitum, vere satis facit. Ad satisfactionem exigitur poenale opus, & non ad meritum. Animae ergo in Purgatorio, quia sunt confirmatae in bono, & tamen retardantur a summi consequitione boni, & sic quoad statum sunt inter viatores, & beatos, possunt quidem satisfacere, non tamen metiri: damnati nequeunt utrumque: possumus utrumque.

Sexta, constituitur Purgatorium partim ad remissionem venialis culpae, partim ad satisfaciendum pro poena. Sed neutrum post hanc vitam locum habet. Non remissio culpae. 1. quia eius est resurgere a culpa, cuius in culpam cadere. At in Purgatorio animae nequeunt venialiter peccare, 2. omnia peccata remittuntur per poenitentiam. At post mortem, non est poenitentiae locus. Idem enim est homini mors, & Angelo casus de teste Damasc. At post casum, factus est diabolus malo immobilis. 3. animae in Purgatorio nequeunt mercari augmentum gratiae. Ergo nec remissionem veniam [quae solent remitti per huius meritum.] Non poena. Nam poena propter culpam est, & decrescente culpa decrescit poena. Ergo cum nulla est culpa, nulla erit poena.

Negatur minor arg. ad. 1. probat pro culpa resp. 1. maiorem esse uniuersaliter fallam. Solum enim locum habet in mortalibus. Dimitiuntur autem venialia in Purgatorio, quod ibi sit ad id conuenientissimum medium, scilicet actus dilectionis contrarius peccato, ne-

d 2. Cap. 4.

DE PVRGATORIO,

queunt animæ ibi venialiter peccare , tūm quia somite
carent , tūm quia confirmatae in bono . [2. veram esse
maiorem ratione subiecti (qui enim resurgere potest ,
sine dubio eius est cadere posse) falsam ratione status ,
potest enim aliquis esse in statu resurgendi , & non ca-
dendi , hæc enim non sunt inseparabilia . Nam quod
homo à peccato resurgens , deinde cadat , non est ra-
tione status resurgendi , sed aliunde , nimirum , quia
non est confirmatus in bono .] Ad secundæ probatio-
nis Maiorem : omnia dimitti peccata per poenitentiam
actualem , vel virtualem . Ad Minorem . Veram esse de
mortalibus , hic non remissis : falsam de venialibus , ra-
tione saltem virtualis poenitentia , quam habent ani-
mæ in Purgatorio per actum dilectionis contrarium
peccato . Ad probationem minoris : [Impij hominis
mortem esse similem casui Angeli : uterque enim est ob-
firmatus in malo : sicut pij post mortem sunt confirma-
ti in bono , stabilitati Angelorum similes . Quare sicut
Angelis bonis valde displicant quæcunque peccata ,
quamvis non sua . quia nusquam errauerūt , sic animab.
in Purgatorio , per dilectionem valde displicere sua ,
quemadmodum alia ex parte placet sua damnatis om-
nibus] Ad . 3. negatur conseq . Ad rationem , hanc qui-
dem veram esse , sed non solam causam dimittendi ve-
nialia . Ad rationem pro poena resp . si sensus sit quo mi-
nor est culpa , eo minor poena , vera est . Sed nulla con-
clusio , quia poterit remanere poena iam dimissa culpa
si , quatenus deficit culpa , deficit & poena , omnino est
falla . [quia sequeretur frustra esse satisfactions etiam
in hoc mundo pro mortalibus culpis . Nam culpa in
instanti remittitur per infusionem gratiae , nulla satisfa-
ctio , præfuit ut patet , nulla subsiquetur quoque neces-
saria ad solutionem poenæ : quia poena supponitur tota
per infusionem gratie exhausta . Ad quid ergo satisfa-
ctiones ?]

Purgatorij confessionem ad fidem Catholicam pertinere.

CAP. XV.

NEgat a Petrus Martyr. Primo, quia scri-
ptura tacuit purgatorium, cum maxima Corinthus.
fuit occasio de illo loquendi. 1. in b cap. 49.
Genesi, quo describuntur funera Abrah.
Isaac, Iacob, Saræ, Rebeccæ. 2. in Leuitico
dum instituuntur sacrificia plurimo-
rum generum, pro variis rebus, nullum pro defunctis. 3.
Paulus 1. c Thessal. 4. cum ex professio de mortuis age-
ret, nihil de purgatorio dixit.

Secundò, quia Ecclesia Græca diu huic dogmati re-
stitut, ut patet in concilio Florentino.

Tertiò, Dionys. cap. vlt. Eccl. Hierarchiæ, quæstione
proposita, cur Antistes in sepultura fidelium oret pro
defunctis, non meminit purgatorij, sed anxiè laborat,
ut quæstionem soluat: cum posset respondere, si credi-
didisset purgatorium, id fieri ad animas iuuandas.

Quartò, Aug. d 69. cap. Enchiridij, in libro de
octo qq. Dulciti. q. 1. lib. 21. Ciuit. 26. ait se opinionem
tantum de purgatorio habere. Contra, illud fide creden-
dum est, primò, quod habetur ex testimonio scripturæ,
cū Ecclesiæ declaratione quomodo probatur Christus
patri. Ita purgatorium supra. Secundò, per eu-
dentem deductionem ex scriptura, quo modo proba-
tur Christus duas volūtates habere. Ita purgatoriū ca. 11.
Tertiò, ex verbo Dei per Apostolos tradito, quomodo
probantur Euangelia. At initium dogmatis de purgato-
rio nō inuenimus, & proinde necesse est ab Apostolis
descendere. Quartò per euidentem deductionem ex
verbo Dei tradito, quomodo Aug. passim probat ori-
ginale Peccatum. Deducitur enim ex baptismo paruu-
lorum. 8. At Tertull. Chrysost. h Epiph. assertunt ora-

cav. 13. ad finem capit. 5.

d Tale aliquid etiam post banc vitam fieri incre-
dibile non est, &
utru ita sit que-
ri potest &c.

e siue in hac vi-
ta tantum homi-
nes ista patian-
tur, siue etiam
post hanc vitam
quædam iudicia
subsequuntur,
&c.

f vide Regulas
de traditionibus
supra libro. 4. de
verbo Dei. 9.

g vide infra lib.
2. cap. 15.
h in fine operis
contra heres.

DE PURGATORIO,

tionem pro defunctis Apostolicam esse traditionem, nec ullus veterum contrarium dixit. Hinc autem euidenter purgatorium deducitur. Si enim pro eis oratur, sequitur auxilio egere, & nondum esse beatos.

Ad 1. resp. 1. non esse necesse ut scriptura vbique omnia dicat. 2. Genesim esse librum historiarum non dogmatum: doctrina autem eo tempore non scriptura, sed traditione conseruabatur. Alioquin diceretur nullos fuisse iustificatos ante Abram, quia scriptura non tradit modum, quo iustificantur. deinde cum dicitur:

i Gen.23. v.3.

Et surrexit Abrā. ab officiū funerali recte per officiū intelligi potest etiam oratio, & ieiunium, alioquin cur Iacob, & Ioseph desiderassent osla sua deferri in terram promissionis, nisi quia nouerant ibi solum sacrificia pro defunctis esse facienda.

Ad 2. negatur. Nam sacrificia pro peccatis intelligebantur tam viuorum, quam defunctorum.

Ad 3. quia volebat docere Paulus non esse mortuos immoderatē deflendos, propterea Purgatorii ibi non meminit, alioquin potius fletum, quam consolacionem probasset.

Ad 4. negatur: nam & in 1. & in ultima sessione Græci affirmarunt se perpetuo purgatorium agnouisse: sed solum ambigere de qualitate poenæ.

Ad 1. exprelē Dionys. dicere orari pro defunctis, ut a peccatis liberentur. deinde querens cur hoc fiat, cum scriptum sit, omnes accepturos prout in corpore gesserint, responderet id esse quia defuncti, per merita huius vitæ, digni facti sunt adiuuari viuentium precibus.

Ad 4. opponimus loca locis: nam in eodem Enchir. ait orationes, & sacrificia prodefesse defunctis. idem q. 2. ad Dulcitium, & 21. Ciuit. 24. docet cap. verò. 1. de cura pro mort. Non dubium est (inquit) prodefesse orationem defunctis. Nusquam ergo dubitauit August. purgatorium esse, sed de qualitate peccati quod punitur.



LIBER SE- CVNDVS,

De Circumstantiis Purgatoriij.

C A P . I.

De Personis quibus purgatorium conuenit.

Prima opinio tribuitur Alcuino, scilicet, uno excepto Christo omnes purgari debere. probatur. 1. ex Origen. homil. 14. in Lucam. Ego puto, quia & post resurrectionem ex mortuis, indigemus Sacramento eluente nos, atque purgante: nemo enim absque sordibus resurgent poterit. 2. ex Hilario in psal. 118. quo insinuat B. Mariam transire debuisse per ignem. Ambros. serm. 20. in eund. psal. Omnes (inquit) oportet transire per flamas, siue ille Iohannes sit, siue Petrus &c. Unus ignem illum sentire non potuit qui est iustitia Dei Christus, & Hierony. a in. 7. Ambr. 3. ex eod. in psa. 35. Ignis ergo purgabantur filii vocabit ignem Leui, igne Ezechiel, igne Daniel. Lactantio. 7. ca. 21. Institut. & Rupert. 3. in Genes. 32.

Contra 1. definiuit Concil. b Florentinum animas aliquas in infernum, aliquas in purgatorium, ali-
quas in celum mox recipi. 2. Ecclesia semper credidit
eos qui mox a Baptismo moriuntur nullam purgatorii
sentire poenam. Ad 1. fatemur Originem hunc errorem

b sess. ultima.

DE CIRCVNS. PVRG A.

habuisse. Ad 2. hos PP. loqui de igne iudicii diuini.
Ad 3. et si loquantur hi PP. de vero igne tamen velle
sanctos transituros per illum sine lesione vlla, subiungit enim, Ambrosius quosdam mansuros in illo igne
perpetuò, quosdam vrendos, non tamen exurendos,
quibusdam futurum instar roris: Et Laetat. quos (inquit)
plena iustitia & maturitas virtutis decoxit ignem illum non
sentient, habent: cum aliquid in se Dei, quod vim flammæ re-

c Origenis apud pellat.

Ephiph. epist. ad

Joan. Hierosol.

Augu. 21. dicit.

17. & 13. & Hie-

roni. in 3. Jona.

d apud August.

sup. c. 18. & 24.

e apud Aug. ibi.

cap. 19. & 25.

f ibidem apud

Aug. c. 20. & 25.

gibi. c. 25. & 26.

h v. 9.

i v. 32.

evangelio v. 16.

luc. xxviii. 14.

et cibas. ita nos

nos vobis.

k 1. Corinth. 6.

l v. ultimo.

m 2. Cor. 6. v. 2.

v. ut reges tu-

xpo dñe.

n Jacob. 2. v. 13.

xpo est omnis id

pi misericordia tuo.

o nempe qui an-

te aduentu Christi

p nempe qui post

Christum.

c Secunda, vult omnes poenas esse temporales, &
purgatorias etiam dæmonibus. d Tertia omnibus tan-
tum hominibus peccatorib. e Quarta tantum omnib.
peccatorib. catholicis & hæret. f Quinta solis catholicis
aliquandò. g Sexta, solis catholicis, in fide perseue-
rantibus, quamvis aliquin pessimè vixerint. Primò, ex
psal. 76. h Nunquid obliuiscetur misereri Deus. Secundò:
Conclusit Deus omnes in infidelitate ut omnium misereatur.
i Rom. 11. Tertiò, Quia si sancti in hoc mundo ora-
bant efficaciter pro inimicis, quanto magis in die iudi-
cii? Quartò, quia in scripturis legimus absolute inten-
tari supplicia à Deo, & tamen solum esse commina-
toria. Ionæ. 3. Adhuc 40. dies, & Nine subvertetur,
Quintò, (quod est proprium sextæ opin.) i. Corinth. 3.
ipse saluus erit quasi per ignem nimirum qui habuerit fi-
dem.

Contra k 1. Qui talia agunt regnum Dei non possi-
debunt. Qui non possidebunt, mittentur in ignem æ-
ternum id est, supplicium æternum. l Math. 25. In quo
erubebunt in secula seculorum. Apoc. 20. v. 10. hi omnes
peccatores sunt paleæ. At paleas comburet Deus igne in-
extinguibili. Math. 3. v. 12.

Ad 1. resp. 1. hæc intelligi solum respectu bonorum. .
si de damnatis intelligi placeat, significari eos puniri ci-
tra condignum. 3. vel intelligenda esse de hoc tempore
iuxta illud: m Ecce nunc tempus acceptabile Nam postea,
n Iudicium sicut misericordia ei qui non fecit misericordiam.
Ad 2. per illud omnium non significari, hominum, sed na-
tionum, id est tam Gentilium, quam Iudeor. sicut illud:
aliacos P ex Iudeis: constat enim multos ex Iudeis

fuisse fideles. Ad 3. sanctos in hac vita orasse pro malis, quia sciebat eos esse in statu viæ, & pœnitentiæ tēpore: non orabunt in iudicio, quia pœnitentiæ spes damnatis non est. Ad 4. Respond. i. fuisse etiam eversam Ni-nuem: quia omnes de malis facti sunt boni 2. supplicia intentata à Deo in hâc vitâ esse comminatoria, quia sub conditione se habent, scilicet nisi Pœnitentia fru-
etuosa interueniat, quæ locum non habet in alio sœcu-lo Ad 5. Respons. i supra. Obiicitur r Hieron. Peccatorum (inquit) atque impiorum, & tamen Christianorum, quo-
rum opera in igne probanda sunt, atque purganda, moderatam arbitramur, & mixtam Clementiæ sententiam iudicis. Item
Omnis impios dicimus perire perpetuò, Christianos verò si in
peccato præuenti fuerint saluandos esse post penas. Contra
ipsem dixit Hieron. t inimicitia, contentio, ira, rixa, dis-
sentio, ebrietas quoque, & cetera, quæ parua arbitramur, ex-
cludunt nos a regno Dei.

Resp. ego, non velle dicere omnes Christianos sal-
uandos post pœnas, sed nullos saluandos post pœnas,
nisi Christianos. Nam in priori loco non loquitur de
quibuscumque impiis Christianis: sed solum, quorum
opera in igne probanda & proinde agit de conuersis post
flagitia. In 2. cum opponat omnes impios Christianis, sa-
tis ostendit se per Christianos intelligere solos pios.

Septim, a flagitiosos eleemosynarios per Purgatorium
saluandos promittit. Quia Matth. 25. ad regnum vocan-
tur qui eleemosynas fecerint.

Contra, manifestè scriptura requirit ad salutem alia
præter eleemosynam u. Luc. 13. si pœnitentiam non habue-
ritis omnes similiter peritis. Item x si distribuero in cibos pau-
perū omnes facultates meas, charitatem autem non habuero,
nihil mibi prodest. Ad rat. Respondeo, Dominum ibi pro-
posuisse minora, ut inde colligeremus maiora. Si enim
gehenna debetur iis, qui de suo non dederunt, quanto
magis qui aliena rapuerunt?

Octaua, eaque vera. purgatorium illis solum attribuit
qui cum venialib. culpis, vel reatu pœnz, dimissa culpa,
moriuntur.

q cap. 6.
r in vlti. ffaie
verba.

s libro 1. contra
Pelagianos.

t in 5. ad Galat.
tas.

u v. 5.
iās mīs mātētēs
tātēs bātēs ātē-
lētēs.

x l. Cor. 13. v. 3.

iās fātētēs mātē
tātēs ātētēs mātē
& tradidero cor

pus meum, ita

ut ardeam

z iās wāpētēs nō
sāmās mātētēs kātētēs
wāpētēs, ātētēs dī

mīs īxātētēs dētētēs

lētēs.

DE CIRCVNS. PVRGAT.

In Purgatorio non posse animas mereri, vel peccare.

C A P . I I .

JUtherus quando confitebatur Purgatorium, asserebat animas in eo & mereri, ut perficeretur charitas: & continuo peccare, quia seruilem haberent timore, quia apud Lutherum peccatum est,

a Ecclesiast. 9. Non mereri probatur i. Mortui nihil nouerunt amplius, nec habent ultra mercedem, id est iuxta Hieron. b Donc vivunt homines possunt fieri iusti, post mortem vero nulla datior boni operis occasio.

Secundo, Ante obitum tuum operare iustitiam, quia non est apud inferos innenire cibum. Eccles. 14.v.17.

c Ecclesiastici 18.v.22. Tertio, c Ne vereris usque ad mortem iustificari. Quare usque ad mortem, nisi quia post mortem, non erit amplius tempus?

d Ioan. 9. v. 5. Quartio, d venit nox, in qua nemo potest operari, per noctem grauissimi PP. e interpretantur tempus alterius vitae, per operari, facere meritoria opera.

e Origen. in Psa. 36. Chrysost. August. in hunc locum, Hieronym. f Galat. 6. v. 7. Quinto, f Que seminauerit homo hec, & metet. Bonum autem facientes &c. g Ergo dum tempus habemus operemur bonum. Quare quia ut ait h Hieron. tempus sementis, id est bene operari, non extenditur ultra hanc vitam.

Sexto, i redde rationem villicationis tue, iam enim non poteris amplius villicare. Per depositionem à villicatione, intelligunt PP. mortem, per, non posse villicare, non posse mereri.

Non posse peccare probatur, primò, ex Cyprian. qui ferm. 4. de mortalitate ait nos per mortem eripi a periculis peccandi. Secundò, k His atque huiusmodi (scilicet Cyprian.) ille sententius in Catholica fidei luce clarissima (inquit August.) satus aperteque testatur usque ad huius corporis depositionem peccandi pericula, tentationesque metuendas, deinceps nulla talia quemquam esse passurum: quod et si non testaretur, quando de hac re Christianus qualiscumque dubita-

k libro de Predestin. Sanctorum cap. 14.

rei? Tertiò, ex 1 Chrysost. *Praesens hec vita tam recte, quā contra, tubi viuendi tribuit potestatem: postquā verò diem tuū obieris, iudicium, & pena consequetur.* Quarto, ex m Hic-
ton. Mortui, nec iustè possunt agere, nec peccare. Quinto, sibi pugnantia Lutherus dicit. Si enim continuè peccat, quomodo merentur? etsi merentur quomodo continuè peccant? Sexto, quia semper peccabunt dum semper timebunt, id est seruili timore ducentur: dum timebūt semper erunt imperfectæ, Ergo nusquam saluabuntur.

Soluuntur Obiectiones.

C A P. III.

PRIMA, animæ in purgatorio, sunt imperfectæ in Charitate: Igitur proficere debent & mereri.

Probatur antecedens, Primo, si essent perfectæ non punirentur. Nam per charitatem satisfit Deo; hæc enim operit multitudinem peccatorum.

Secundò, si quis moriatur debitor decem dierum ieiunii, non est verisimile Deum non condonare, si debitor perfectè diligat. Ergo si non condonat, signum est illum non perfectè diligere Deum.

Tertiò, si essent perfectæ non timerent penas, si non timerent, non punirentur, quia quod amatur non est pena, & proinde non essent in purgatorio: cum ergo supponantur esse, erunt imperfectæ.

Quartò, nihil potest esse perfectum extra Deum, non dum autem Deū habent, ergo imperfectæ. Conseq. probatur primo, animæ in purgatorio sunt in via: at in via progreendi vel regrediendū est. Non est autem verisimile regredi. Secundo, ^{a 2. Corin. 12. v. 9} *Virtus in infirmitate perficitur* & aurum in fornace fit lucidius. Tertio, impossibile est creaturam conseruari, nisi accipiat semper amplius, & amplius, donec absorbeatur in suum principiū. Vnde conseruatio dicitur perpetua creatio. Quarto, post hanc vitam charitas erit maior, ergo augebitur, vnde, nisi per merita.

Ad anteced. animas in purgatorio esse imperfectas respectu beatarum: simpliciter tamen esse in charitate per-

^b *Si ratiōne p̄m̄ in
iustitia cōsideratur.*

DE CIRC VNS. PVRGAT.

b. I. Joan. 2. v. 5. ^{τίς ἀστηρὶ ἀντεῖ} ^{τίς} ^{τὸν λαγόν τον ἀληθινὸν} ^{τὸν τοῦ θεοῦ τὸν ἀληθινὸν} ^{τὸν τοῦ θεοῦ τὸν ἀληθινὸν}
fectas. Nam^b qui seruat verbum Dei verè in hoc charitas Dei perfecta est. At sufficit unus charitatis gradus, ad seruanda Dei præcepta.

Ad 1. probationem negatur propositio. Ad rationem satisfieri Deo per dilectionem aliquando protota poenam; aliquando non, secundum intentionem vel remissionem dilectionis qua semper delet omnia peccata formaliter & necessario, non autem poenam.

Ad 2. si summo amore is diligat, condonari; si non diligat, non condonari; verum qui non diligit eo summo amore, non ideo est imperfectus in charitate.

Ad 3. resp. 1. non timere poenas, quia timor futurorum est: nec quia amatitur poena, ideo desinit esse poena: reuera enim dolore afficit. 2. non repugnare timorem poenae charitati perfectæ. Nam Christus ita timuit poenas

c. Luc. 22. v. 44. ut inde^c sanguinem sudarit. Quod autem Ioan. dixit:
d. I. cap. 4. v. 18. d. Perfecta charitas foras mittit timorem, non intelligitur de timore poenæ simpliciter, sed culpa propter poenam: qui enim perfectè diligit, metuit offendere Deum propter ipsum, non ob poenam. Ad 4. quamvis nihil sit perfectum respectu perfectionis gloriae, posse tamen nihilominus aliquid secundum se, siue in genere suo esse perfectum: iuxta illud Paul. e. Quicunque ergo perfecti sumus.

e. Philipp. 3. v. 15. Ad conseq. negatur. Ad 1. probationem, negatur maior. Nam animæ in purgatorio sunt in termino, respectu augmenti gratiæ: sicut qui aliquam ad urbem tendit, & peruenit noctu ad portas occlusas, dicitur totam confessile viam. Ad minorem, non esse mathematicè accipiedam, quasi sit continuò merendum, vel demerendū, sed moraliter, quod qui non dant operam proficiendi, facile impellantur ad casum. Ad 2. probationem respond. 1. haberi in græco ^{πίεσμα μου}, & proinde loqui Paulum de virtute Dei, quæ tunc magis apparet, cù ei plura resistūt. 2. virtutem etiam nostram perfici in tribulationibus in hac vita quoad augmentum virtutis, in purgatorio vero, quod peccatorum auferatur rubigo: non tamen augeatur meritum. Ad tertiam negatur, in rebus permanentibus: si enim Deus non potest conseruare nisi augēdo se, certè beati in patria semper amplius & amplius acciperent, imo, & in omnibus rebus daretur in infinitū pro-

gressus, ante quā ad suam perfectionē accederent. Cōseruatio autem dicitur perpetua creatio, non quod aliquid augeatur in re, sed quod eadem virtute qua Deus rem produxit, eadem illam in suo esse perseverantem cōseruet: quæ in nihilum rediret si suam Deus potentia subtraheret. Ad quartam, dupliciter augeri charitatem, primo in genere gratiæ per meritū: altero in genere gloriæ & mercedis: priori, nō augetur in purgat. sed posteriori. Secunda obiectio, animæ illæ horrēt pœnas, & refugiūt. Ergo peccant. Igitur sunt in statu merendi & demeundi.

Probatur anteced. 1. quia alioquin non punirentur: pœna enim inuoluntaria, & amara esse debet. 2. quia nō deberemus illis precari requiem, si amarent pœnas.

Probatur prima conseq. 1. quia verè amanti omnes pœnæ dulcescunt. Ergo dum refugiunt pœnas non perfidè amant. Igitur peccant. 2. querunt quæ sua sunt, non honorem Dei. 3. amant Deum amore concupiscentiæ. 4. qui non accipit sponte crucem Christi eo non est dignus. At illæ animæ non suscipiunt sponte.

Ad anteced. & rationes eius: animas horrere pœnas ut contrarias naturæ, sicut fecit Christus, qui tamen peccare non potuit: & simul eas tolerare libenter, vt instrumenta per quæ purgantur: falsum est enim ad pœnam requiri inuoluntarium: alioquin quomodo sponte suscipieretur Crux Christi?

Ad 1. conseq. negatur ad 1. probationem eius, dulcescere pœnas amanti quia libenter tolerat, non dulcescere quia reuera sentit vt amaras, & sicut contrarias naturæ refugit, sed sine peccato. Ad secundam negatur; ideò enim querunt cito liberati, vt magis, & melius valeant Deum laudare. Ad tertiam, negatur etiam, quia bonum suum referunt in Deum. Ad quartam libenter ferre crux, quia non petunt liberari, nisi iuxta Dei voluntatē.

Tertia obiectio, animæ in Purgatorio habēt quidquid est necessarium ad meritum, scilicet gratiam, & liberum arbitrium saltem quoad exercitium. Ergo merentur. Negatur antec. quia deest status viæ. Quarta, beati mereri possunt, vt patet de Christo qui fuit simul viator, & comprehensor. Ergo multo magis animæ in purgatori. Negatur antec, nec exemplū Christi trāsit ad alios. Deinde

DE CIRCVNS. PVRGAT.

statim ut desit à statu viæ, desit à statu merēdi. Quinta, Epulo orabat in inferno pro fratribus. Ergo multo magis animæ in purgatorio. Sed illarum oratio, cum a charitate procedat meretur audiri, Ergo, &c.

Resp. mereri audiri ex præcedentibus meritis: quo modo exaudiuntur in cælo sancti.

f d. 21. q. 1. ar. 3. Quinta, f D. Tho. in 4 ait post mortem esse meritum accidentalis, non tamen essentialis præmii. Resp. i. D. Thom. retractasse hanc opinionem, q. 7. de malo ar. II. 2. meritum usurpatæ fortasse impropriæ, scilicet pro actu dilectionis, quo remittuntur venialia non per modum meriti, sed contrarii tollentis suum contrarium.

Animas in Purgatorio certas esse de sua salute.

CAP. IV.



Robatur primò, contra ^a Lutherum. Si nō sunt certæ: aut quia mereri, vel demeriti possunt, vel quia nondum iudicatae, aut quod ignorant sententiam latam, aut quia magnitudine dolorum absorptæ, nequeunt hanc cogitare certitudinem. Non primum, ut ^b probatū est. Neque secundum ^c i. quia ^c In fine hominis denudatio operum eius. 2. fides docet mox à morte impios d ad infernum, 11. v. 29. Item e iustos ad æterna gaudia procedere. At non est credibile prius distribui pœnas, & præmia, quam iudicium ram Deo, in die fiat. 3. ex PP. f Cypriani serm. de mortalit. Aug. 2. de obitus unicuiq. retribuere secundum vias suas.

^d Luc. 16. de que tertium, i. quia iudicium particulare fit præcipue Epulone diuite, ut innotescat sententia sua iudicato. Nam ut innotescat v. 22.

^e Luce 23. De latrone v. 43. f Gratulari oportet & temporis munus amplecti quod dñe nostræ fidem firmiter promittimus, & labore tolerato ad Christum per angustiam Christi viam pergitimus, præmiū vitæ, & fidei ipso iudicante capiamus.

alii

aliis sicut generale iudicium: propter Deum autem non ^g illud rectissimum est necessarium, quia nouit omnia. ^z et si eis nota non mē & valde satisficeret sententia, possent tamen eas facilè intelligere, lubriter credit, quia sciunt in inferno nullam esse fidem, & charitatem. ⁱ iudicari animas At vident intuitiuē se fidem, & charitatem habere, cum de corpori que simul intelligent non differri à morte impiorū superbus exierunt, an plicia, sed mox in infernum detrudi, certae sunt sibi tequamveniant nullam patere ad infernum, viam, sed solum ad cœ. ^{cum de corpori} ad illud iudicium: quod est certò scire sententiam latam. Neque ⁴ quo eas oportet quia si epulo in tormentis inferni non impediebatur à iam redditis cor cogitatione sui status, quanto minus impediuntur animæ in purgatorio?

Secundò probatur: h dicuntur animæ huiusmodi dormire in somno pacis. At quomodo si anxie sunt de sua ^{h in canone Mis- fæ.} salute?

Soluuntur Obiectiones.

C A P. V.

Prima, in officio defunctorum canit Ecclesia, ^a *Anima mea turbata est & alde.* ^b Circundederunt me dolores mortis. &c. At anxietas, & perturbatio nequeunt nasci ex solis poenis, sed metu damnationis æternæ. Nam ^c non contristabit iustum quid quid acciderit ei. Respondeo ¹. ad maiorem, propter unam, aut alteram sententiam quæ ad rem præsentem facit totum aliquem scripturæ locum Ecclesiam legere: ut in dedicatione Ecclesiæ legitur Euangeliū de Zacheo, propter illa ultima, ^d *Hodie salus huic domui facta est.* ² negatur minor, nam Christus, qui certe non timebat infernum, nonne dicebat: ^e *Nunc anima mea turbata est.* Ad probationem, non intelligi de quauis tristitia sed deplidente, & mortem operante. Secunda ^f orat Ecclesia, ut Deus liberet animas omnium fidelium defunctorum de penitentiis inferni, & de profundo lacu, & de ore leonis, ne absorbeat eas Tartarus, & ne cadant in obscurum. Resp. ¹. Ecclesiam commemorare ^f in offertorio obitus diem, sicut commemorat aduentum Christi cum Missa pro de- ait: *Rorate celi desuper: ac orare pro anima ac si egredie- fuitis.*

^a Psal. 6. v. 3.

^b Psal. 114. v. 3.

^c Proverb. 12. v.

21.

^d & in Assumptione Virginis Marie legitur Euangeliū de Marth. & Magdal. propter illa solum: Maria optimam partem elegit.

^e Joan. 12. v. 27.

^f νέα ηγετη μεταρρυθμίζει.

DE CIRCVNS. PVRGAT.

retur è corpore, & esset in periculo æternæ salutis. [Se-
cùdò, g̃ ea commodè posse intelligi de grauissimis pur-
gatorii poenit, a quibus præcatur Ecclesia animam mi-
grantem præseruari. Nam si egrediantur cum peccato
mortali nequeunt liberari ab inferno, neque pro eis in-
tendit orare Ecclesia: si in gratia & habeant purganda
intelligi audi-
tas, sed potius
acritas pœnarū,
vel locus ipse
purgatorij, quem
varus nominat
bus exprimit ec-
clesia, scilicet per
lacum, Tartaru, ferno certitudinem.
obscurum, vel
Diabolus accusator, qui cum cupiat deuorare animas, & si non posset trahere ad
gehennam, tamen cupit maxime eas in purgatorio affligi, & ideo insultan-
ter accusat. Et quicquid sit non est necesse per os Leonis intelligi damnationem
æternam, sive possessionem diaboli. Quia hoc idem orabat Christus *Psalmus 1. v. 22.*
qui tamen neque Diabolum, neque damnationem timebat.]

a vt patet ex
Greg. 4. dial. 40
& 55. ac Petro
Damiano ep. de
miraculis sui
temporis.
b 12. de Genes.
cap. 33.
c 2. Retract. 24.
d hanc refert, &
refellit Iren. in
fine libri 5.
e Luce 16. v. 22
f Philonis lib. de
congressu quære-
de eruditio-
gratia. Et Orig.
apud Hieron. ep.
ad. Attithm.

De loco Purgatoriij.

C A P . V I .



Ac de re nihil definiuit Eccles. Pri-
ma opinio arbitratur animas pur-
gari ubi peccauerunt. Sed quamuis
id a probabile sit de animabus qui-
busdam, non tamen omnibus. Nam
contingit aliquas peccasse in plurib⁹
locis: nec est probabile in tot purga-
ti. Secunda b Augustini, loca animarum non esse corpo-
ralia. Sed hoc c retractauit. Tertia, d animas in corpore
esse ut in carcere, in mundo vero, ut loco penitenti. Contr.
Scriptura c docet animas post hanc vitam in infernum
descendere. Quarta, f infernum & purgatorium esse cō-
scientiam accusantem, & punientem peccata. Contra se-
queretur non minus plures supra terram esse in inferno
ad. Attithm.

ac Purgatorio quam post mortem. & Quinta infernū, &c g apud Chrysost. proinde purgatoriū (sunt enim vicinia loca) fore in val- h o m. de p r e m i i s le Iosaphat: quia vocat Christus passim infernum Ge- b e a t o r u s . t o m . 3 . hennam, quæ vallis erat ita coniuncta valli Iosaph, ut videretur parseius. h Sexta, infernum esse statum animæ extra corpus. Nam dūm est in corpore, est in luce cūm exiit, versatur in tenebris, nisi videat Deum. Septima, locum pœnalem esse aerem caliginosum. Octaua, communis scholasticorum, Purgatorium esse intra viscera terræ. Constituunt enim intra terram finum vnum in quatuor partes diuisum, vnam pro damnatis, qui puniū- tur pœna damni, & sensus æterna, alteram pro purgan- dis qui eadem pœna puniuntur, sed temporali, tertiam pro infantibus sine baptismo morientibus, qui puniuntur pœna damni æterna: quartam pro iustis mortuis ante Christum, qui pœna damni temporali. Non sunt autem posthanc vitam alia pœnarum genera. Ergo sufficiens enumeratio. Infernum, purgatorium, & lymbum PP. esse intra terram k supra probatum est. lymbum pueroru k vide 4. de esse, patet ex concilio I Florentino, quo definitur tā eos Christo, cap. 10. qui moriuntur cum peccato mortali, quam qui cum so- II. 12. tomo I. lo originali mox in infernum descendere. Per infernum I sessione ult. autem significari vniuersaliter locum intra terram iam m 4. de Christo demonstrauimus. cap. 10.

*Sitne pro animabus iustis præter cælum, &
Purgatorium aliquis locus.*

C A P . VII.

OMNES Theologi contendunt non esse alia anima- rum receptacula, præter quatuor enumerata, a Cō- ciliumque Florentinum definiuit animas, quæ nihil pur- gandum habent mox recipi in cælum.

Ex alia parte b narrantur quædam visiones probabiles, b vide Bedam s. quibus manifestum fuit esse quoddam receptaculum a- hist. 13. Carthus. mœnissimum pro animabus quæ nihil quidem patiebā- Dialogo de indu- tur, sed tamen nondum idoneæ erant visioni beatæ verū cio particulari si talis admittatur locus, erit reuocādus ad purgatorium. ar. 31. Lethouic. Nec enim ibi sunt animæ sine aliquo dolore ob dilatio- Blosum cap. 13. nem beatitudinis. monitus spiritu- ales.

DE CIRCVNS. PVRGAT.

Num ex receptaculis, egredi valeant defunctorum animæ.

C A P . V I I I .



Riabit tractanda, primum, an possint exire numquam reddituræ. Secundum, an exire, & redire. Tertium, an exire & hic nobiscum viuere.

Quantum ad primum respondeo, ex purgatorio, ac limbo PP. hunc dari egressum: quodā uterque locus sit temporalis carcer, à quo liberata, animæ fruantur beatitudine æterna. Ex inferno autem damnatorum & limbo puerorum non dari, sunt enim damnati ad perpetuos carcera, ob mortalem culpam.

Obiicitur Damasc. oratione de mortuis, qua docet orationibus S. Theclæ liberatam de inferno animam Falconiæ foeminæ paganæ, & precibus Gregorii animam Traiani Imperatoris.

¶ Resp. i. si id verū esset, hos non fuisse absolute ad inferos damnatos, sed suspensam sententiā, propter præuisa merita, deinde resurrexisse, & baptizatos pœnitentiam egisse.

b Ita Canus II. de locis 2. c 2 de fide 4.

d illa oratione de mortuis.

e 2. cap. 44. vita Gregorij.

f 4. mort. 1. cap. 23. aliis 16.

b Secundò, fictas huiusm. histor. esse. Primò, quia quot quot illas defendunt nituntur autoritate Damasc. At liber ille non est eius. Nam si iuxta c Damascen. est homini mors, quod Angelo casus: certe sicut Angelus manet immobilis in malo, sic anima impia post mortem. Quomodo ergo dixisset d non solùm animas Falconiæ & Traiani saluatas, sed etiam multas alias in inferno damnatorum à Christo conuersas, cùm ad inferos descendit? 2. nullus author latinus huius meminit historiæ Traiani, ac nec quidem Beda, qui Greg. studiosissimus fuit. imò e testatur Ioann. Diaconus nullam extasse memoriam huius histor. in archiuis Romanæ Ecc. sed tantū repertam in Ecc. quadam Anglorum, nec fidem illi à Romanis adhibitam. 3. quia Gregor. f docet non posse orari pro infidelibus defunctis. Quomodo ergo orasset?

Respondent g 1. mortaliter peccasse, sed quomodo ergo g ita Abulensis,
fuit exauditus? h 2. nō peccasse, sed fecisse id ex peculia- q. 57. in 4^o Regū.
ri instinctu, quare ergo punitus perpetuo dolore stoma. h ita Alphonsus
chi, & pedum, quia præsumperat (ut dictum est ei ab An- Ciacon. Apologia
gelo) hoc petere: fortasse præsumptio non est peccatum pro hac hist.
Alphonsus Ciaconus tamen, qui pro hac historia Apo- i sicut narratur
logiam edidit, obiicit primo testimonium Petri Dia- in illa historia:
ni Greg. quod exstare dicit in bibliotheca Vaticana Se-
cundo, Innominati authoris vitæ Gregor. quæ præponi-
tur operibus eius impressis Basil. an. 1564. qui videtur cō-
temporaneus Gregorii. Tertio, Ioannis Diaconi 1. cap.
44. vitæ Gregorii. Quarto, D. Thomæ Quinto, Brigitæ
Sexto, S. Mechtildis.

Respondeo,

Ad 1. valde suspectum esse. 1. quia falsum fuisset hā hi-
storiā non extare in Rom. Eccles. sicut asseruit Ioan. k
Diaconus. 2. quia iste Petrus ait Gregorium impetrasse,
vt quotquot sepelirentur in Eccles. S. Andreae in cliuo
Scauri non damnarentur, modo tenuerint fidem Chri-
stianam. At vel loquitur de fide informi: & hoc modo
nequeunt saluari, nec id Gregorius petiisset: vel de for-
mata, & tunc frustra orasset. Quia ubicumque sepeliantur,
semper saluabuntur. 3. quia vocat Gregor. diuum, no-
men eo tempore inusitatum, & anteponit Cardinales E-
piscopis contra morem 1 Gregorii. Ad 2. hunc authorē l qui teste Joan.
vixisse post Gregor. solum enim redegit in Compendiū Diacono promo
vitam Gregorii compositam à Ioanne Diacono nec præ- uebat Cardinal.
terea aliquid noui dicit. Ad 3. Joan. Diaconum non di- ad Episcopatum
cere, animam Traiani liberatam ex inferno, sed tantum ut altiore gradum.
non pati poenam ignis, ob Greg. preces. Ad 4. D. Thomā dum.

probabilissimum putasse animam Traiani liberatam à
poenis, vsque ad diem iudicii, ac deinceps cum cæteris
cruciandam. Ad 5. Brigitta solum ait Traianum eleuatū
ad altiorum gradum: saluatum autem non dicit. Ad 6. nō
respondit Deus Melchtildi saluatum esse Traianum, sed
velle omnibus esse incognitum quid sua liberalitas ege-
rit cum Sampfone, Origene, Traiano & Salomone. At
Origenem inter damnatos agnoscit pratum spirituale,
quod citatur à 7. Synodo: & in quinta Synodus dicit ei-
dem Origeni anathema. Ergo si Traianus est ei coniun- m att. IX.
ctus, cum eo est etiam damnatus. Quantum ad secundū,

DE CIRCVNS. PVRGAT.

^a Tertull. lib. de negant ⁿ illud nonnulli. sed omnes apparitiones volent anima circa fine esse dæmonum. Contraria tamen sententia, eaque o Au- & omnes huius gust. vera est: habemus enim egressum animarum, è re- temporis bæret. cæptaculis omnibus excepto puerorum lymbo. E cælo o libro de cura apud Aug. de cura pro mortuis 16. Euseb. 6. histor. P 4. pro mortuis cap. Sulpitium in Martino Gregor. 3. dialog. 24. è limbo Pa- 15. & 16. . trum, in Samuele 9^o supra, & Helia, ac Mose in transfigu- p in Ruffin. ca. 5. ratione Christi. Matth. 17. è purgatorio apud Gregor. 14. q 4. de Christo c. dial. 40. & 55. Ex inferno, apud authorem de proprietatibus apum: Quantum ad tertiam respondeo quodam ad vitam è purgatorio vel limbo PP. renocari. Nā quos excitatunt Helias, Helisæus & Dominus credibile est in purgatorio limbo fuisse, cum fideles fuerint. Nec illis sit iniuria, cum in gratia de cætero confirmati viuant. ^r B. Gregorius narrat Marcellum quemdam virum sanctum ab Angelis ductum post mortem in optimum locum à S. Fortunato resuscitatum fuisse f Egesippus, B Petrum excitasse affinem Cæsarissim Ethnicum. Maximus ^t Agne- tem excitatè filium præfecti in peccato mortali defun- tum, ex quibus videtur animas beatas, & damnatas i- terum posse reuocari ad vitam. Sed contrarium videtur verius. Nam beatitudo includit certitudinem felicitatis nusquam amittendæ: damnati vero si reuocari pos- sent, fieret incerta impiorum damnatio, nec nullus esset da- mnatorum qui non posset sperare salutem. Ad illa ex- plâ istos non fuisse beatos aut damnatos: sed dilatâ beatitudinē, & suspensam damnationē ob præuisas preces.

^t I. dialog. 9.

^f 3. cap. 2.
^t servz. 2. de San-
cta Agnete.

De tempore quo durat Purgatorium.

C A P. IX.

^a Origenis in 14. Luce. ^b Matth. 25. ^c Lutheri.

P RIMA ^a opinio extendit purgatorium ultra diem iu- dicii. Error. Nam in iudicio solum duos ordines ho- minum, Dominus ^b ait futuros. Secunda, ^c absolvit purgatori durationem in ipsa mor- te corporali, quod per eam omnes reliquæ peccati pur- gentur. Error. Nam illæ reliquæ sunt vel fomes peccati, vel mali habitus, vel reatus pœnæ temporalis, vel peccata venialia. non. 1. quia et si fomes per mortem solvatur, no-

tamen per modum Purgatorii, quia pueri baptizati morientes, in quibus proculdubio inest fomes, deberent pati Purgatorias poenæ. non. 2. tum quia illi habitus, qui in volentate existunt, non alligantur corporeo organo, tūm quia adulti baptizati statim morientes, cūm antea contraxerint huius plurimos habitus, non saluarentur nisi per Purgatorium, reatus poenæ, & venialia peccata etiā interdum soluantur per mortem ut in martyribus: non tamē semper. Nam vel ipsa mors per se absolute purgat, vel ratione alicuius voluntarij actus concomitantis. non prius, quia mors, secundum se, est aliquid naturale, & necessarium, quam boni & mali sine merito, vel demerito patiuntur. si posterius. Ergo primò repentina morte præoccupati carebunt huiusmodi actu & proinde alibi purgari debebunt. Secundò deberent pessimi grauissimam mortem, optimi levissimam pati, cuius contrarium tamen səpissimè accidit. d Tertia, vult neminem manere in Purgatorio ad decem annos. Primò, quia si hic breuiori tempore satisfieri potest: quidni in Purgatorio, vbi sunt intentiores poenæ? Secundò, hīc sunt prolixæ poenæ, quia si essent intentiores destrueretur subiectum. At in Purgatorio, huius rei non est periculum. Ergo credibile est Deum per intensissimas poenæ purgare brevissimo tempore animas.

d Dominici à
Soto in. 4. d. 19.
q. 3. ar. 2.

c Vide Bedam.
5. Historie. 13.

Contra. 1. repugnat hēc sentētia e probatissimis visiōnibus sanctorum. 2. consuetudini Ecclesiæ, quæ dies anniversarias celebrat, etiam ad 100. vel 200. annos pro defunctis.

Ad 1. resp. hīc tempus esse misericordiæ, post mortem tempus iustitiae, & proinde non esse bonam illationem.

Ad. 2. respondeo. 1. concludere etiam Purgatorium esse vnius horæ ad quam potest Deus omnes reuocare poenæ. 2. id posse facere, sed nolle, ut nos consuetudo Ecclesiæ docet.

De Pœnis Purgatorij.

C A P . X . XI . XII . XIII . XIV .

a Caput. x.



Ertum ^a est primò, vnam harum es-
se carentiam diuinæ visionis. 2. do-
lorem inde proueniētem. 3: pœnam
ignis. Sed an verus sit, vel metaphori-
cus dubitatio est: nihil enim Ecclesia
hac de re definit. Item an à dæmoni-
bus torqueantur animæ, & quæ sit

grauitas pœnatum.

b Caput. xi. Prima ^b Propositio *Janis Purgatorij est corporeus*. Pri-
c Nec refert is mò ex consensu scholasticorum. Secundò, ex Gregor.
cap. 14. moralium ^c magno qui hoc idem afferit. 4. Dialogor. 29. Tertiò,
dicere ignem il- ^d ex Aug. qui in hanc sententiam propendit. Quartò,
lum incorporeū quia passim in scriptura vocatur pena impiorum ignis.
esse. Nam est At regula est Theologorum verba scripturæ esse pro-
mendū scriptorū priè accipienda, quando nihil inde absurdī sequitur.
debet enim poni. Quintò, ignis quo puniuntur Diaboli est idem quo
corporeum: sta- punientur impii post resurrectionem Math. 25. At ille
tim enim subiū- corporeus erit, vret enim corpora quæ non nisiigne-
git, corporaliter corporeo comburi queunt. Sextò, per quæ peccat quis,
vovere. per hæc & torquetur. Sed homines sæpè per sensibilia
f 21. cap. 10. de peccant: ergo per sensibilia debent puniri.

Ciuit. Secunda, ^e Propositio. 1. Sciri non potest quomodo ille
g Caput. xii. ignis agat in animas. 2. quæ imius reuera agat.

1 Supra quo ait Prior pars probatur testimonio i August. & k Gre-
animas torqueri gorii, cum ait ex igne visibili inuisibilem pœnam ani-
ab igne miris sed mas trahere: scilicet, quia incognita est nobis. Poste-
veris modis. rior, quia hoc non est magis impossibile, quam anima
k 4. Dialogor. vniri corpori, & corpus in animam agere: quamuis
29. modus quo id fiat facile nequeat percipi.

Tertia, ^f Lubiares omnino est, an animæ torqueantur
1 Caput. xiii. à Dæmonibus. Nam non torqueri docent Theologi. 1.
quia omnes animæ Purgatori superarunt Diabolum

in ultimo conflitu, ideò non videtur decere iustitiam diuinam, ut finat eas postea a dæmonibus vexari. 2. vexantur hic homines a dæmonibus, quod sperent eos trahere in peccatum. At in Purgatorio tali spe frustrantur.

Contra, sunt quædam revelationes apud m Bedam. ^{m 3. bistor. 13.}
Et lib. t. vitæ B. Bernardi. 10.

Quarta, ^o Maxima pena Purgatorij maior est maximo ^o Caput. xiii.
pena vnius vita. Probatur primo ex Aug. Quamuis P In Psal. 37.
(inquit) salui per ignem, grauior tamen erit ille ignis, quam ^q In Psal. 3.
quidquid potest homo pati in hac vita. Gregor. ^q Illum tran-^t In Psal. 3.
sitorium ignem omni tribulatione presenti existimo intolerabi-
liorem. Beda ^r dicit nulla esse supplicia martyrum, vel
latronum poenis comparanda Purgatorii. Quæ saltem
intelligenda sunt de maxima poena. Secundò ad excessum doloris requiritur potētia, maximè doloris capax,
obiectum acerrimum, & viao inter utrumque maxima
in Purgatorio potentiae animæ sunt capaciores dolore
quam in hac vita quia illuc immediatè torquentur, hic
mediante corpore: obiectum est ignis, vel saltem simile
quid ut instrumentum diuine iustitiae, quam Deus
maximè ibi ostendere voluit. Unio est tanta ut poena
intimè animam penetrat: hic autem, ubi sunt corporalia
omnia, non fit coniunctio nisi per contactum extremitatum.

Quinta, ^f Purgatorij aliqua pena, est minor aliqua pœ- ^f est B. Bonaventurae
nabius vita. Primo, fieri potest ut quis moriatur debi- tur. 4. d. 20. ar.
tor tantum vnius verbi otiosi leuissimi, aut leuissime ^{1. q. 2.}
poenæ. At non est credibile adeò pro hoc minimo cruciari. Secundo paulatim remittitur poena in Purgatorio. Nam sanctus ^t Bernard. scribit oranti Malachia
pro sorore defuncta, eam primò apparuisse in veste nigra, extra Ecclesiam. 2. veste subfuscâ intra limen. 3.
veste alba ad ipsum altare cum ceteris sanctis: Ex quo intellexit Malachias paulatim sorori suę fuisse penas Purgatorii remissas. At poena Purgatorii quæ est prope finem, debet adeò esse remissa ut moraliter quasi non amplius, aut pro modico remitti valeat. hic autem inueniuntur intentissime poenæ & quæ notabiliter remitti possunt. Ergo &c.

^t Invita Ma-
lachia.

DE CIRCUNS. PURGAT.

v Vide Beda. s. cap. 13. Tertiò, ex multis reuelationibus constat pœnam aliquando adeò exigua esse ut nihil animæ pati videantur.

x Ita D. Thom. 4.d.20.q.1.ar.2 Obiicitur * Pœna damni est omnium maxima. At eam patiuntur omnes in Purgatorio.

y Homil. 24. in Math. Probatur maior. 1. Quia sicut possessio desiderati boni gignit gaudium, ita absentia boni gignit dolorem. Sed bonum quod animæ Purgatorii desiderant est sumnum, & desiderium etiam maximum. Ergo carentia huius boni maxima omnium pœna est 2. quia y Chrysost. ait mille gehennas nihil esse, si conferantur cum amissione diuini conspectus.

z Luc. 16. v. 25. Ad maiorem, veram esse quando pœna damni est desperationi certissimæ annexa, & de hac tantum loquitur Chrysost. & sic soluitur. 2. probatio alioquin sequefetur Patres in limbo fuisse passos grauissimam omnium pœnam, cum tamen Abraham dixerit Epuiloni de Lazaro: *Tu cruciaris, hic vero consolatur.* Ad 2. probationem, mitigari tristitiam in purgatorio ex absentia summi boni amati, per spem certam boni illius acquirendi, quæ incredibilem gignit letitiam.

De suffragiis pro defunctis.

C A P. XV. ET XVI.

a Caput. xvi.

b Caput. xv.

c Libro. I.

d Lib. i. cap. 10.

e in quo habentur

f testimonia

g sequentia maio-

ri ex parte.

e Oratione in

f Cesarium circa

g pp. Clem. & Dionys. d sup. Nazianz. e Jps. Deo (inquit)

h nostras & eorum qui quasi in via paratiōes prius ad hos-

i pitum peruenierunt, animas commendemus. Ephrem. in te-



Ria a sunt dantaxat suffragiorum genera Oratio, Missæ sacrificium, Eleemosyna, & quælibet alia opera pœnalia & satisfactoria, ad quæ reuocantur etiam oratio ut pœnalis est, & indulgentiae. Quæ suffragia prædestine defunctis probatur.

D E O R A T I O N E.

Primò, b ex scripturis & Conciliis c supr. Secundo ex pp. Clem. & Dionys. d sup. Nazianz. e Jps. Deo (inquit) nostras & eorum qui quasi in via paratiōes prius ad hospitium peruenierunt, animas commendemus. Ephrem. in te-

stamento suo: *Affidue in vestris orationibus mei memoriam faciatis.* f *Cyrill. Hierosol. Denique pro omnibus oramus,* f *Catech. 5.*
qui inter nos vita sancti sunt. Chrysost. 8 Ne fatigemur g Homil. 41.
mortuis auxilium ferre, preces pro illis offerentes. Tertull. li-
bro de corona militis inter Apostolicas traditiones
ponit suffragia pro defunctis, & libro de h Monogamia:
Pro anima eius (coniugis scilicet) oret, & refrigerium ad-
postulet ei. Ambros. 1 Non tam deplorandam quam pro-
sequendam orationibus reor, Paulinus ep. 5. k Aug. Non
sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorum,
quas faciendas pro omnibus in Christiana, & Catholica so-
cietate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumcumque sub
generali commemoratione suscepit Ecclesia 1 Gregor. Quos 4.
grauius peccata non depriment, hoc prodest mortuis, si in Eccle-
sia sepeliantur, quod eorum proximi quoties ad eadem sacra lo-
ca conueniunt, suorum, quorum sepulchra conspicunt, recor-
dantur, & pro eis Domino preces fundunt.

DE MISSA.

Probatur, Primo ex Concil. Cabilonensi m supr. Tri- m lib. 1. cap. 9.
 dent. n Non solum (inquit) pro fidelium viuorum peccatis, n Sess. 25. cap. 2.
 satisfactionibus, & aliis necessitatibus, sed & pro defunctis in
 Christo nondum ad plenum purgatis ritè iuxta Apostolorum
 traditionem offertur, scilicet sacrificium altaris &c.

Secundo ex PP. Chrysost. o Non temere (inquit) ab o Homil. 69. ad
 Apostolis hæc sancta fuerunt, ut in tremendis mysteriis defun- populum.
 etorum agatur commemoratio: sciunt enim inde multum illis
 contingere lucrum. Cyrill. supra subiungens. Maximum
 credentes esse animarum iuuamen pro quibus offertur obse-
 cratio sancti illius & tremendi sacrificij. Ambros. sup. nec
 mestificandi lachrymis tuis, sed magis oblationibus animam
 eius Deo commendandam. Cyprian. ep. 9. lib. 1. q August.
 In Machabeorum (inquit) libro legimus oblatum pro mor- q Sup. cap. 2.
 tuis sacrificium, sed et si nusquam in scripturis veteribus le-
 getur, non parva est vniuersæ Ecclesie, que in hac consuetu-
 dine claret authoritas, ubi in precibus sacerdotis, que Domino
 Deo ad eius altare fienduntur, locum suum habet etiam Com-
 mendatio mortuorum. Gregor. r 1. Multum solet animas
 etiam post mortem sacra oblatio hostie salutaris adiuuare
 ita ut hanc nonnumquam ipse defunctorum anime expeteret 4. Dialogor. 55.

DE CIRCVN. PVRG.

Libro I. videantur. De Eleemosyna. Primò ex scriptura s' supra
t homil. 41. in 1. Secundò ex PP. Chrysost. Iauetur mortuus non lacry-
ad Corintb. mis sed precibus, supplicationibus, eleemosynis. ^a Theophil.
Hoc dico propter oblationes & distributiones que sunt pro de-
cep. ad Pamma funktis, que non parum conducunt etiam iis qui in grauitatis
ebium de obitu delictis mortui sunt. ^b Hierony. Pamachius noster sanctam
Pauline uxoris fauillam, ossaque veneranda eleemosynæ balsamis rigat. &c.
ante medium. sciens scriptum, sicut aqua extinguit ignem ita eleemosyna
y 5. histor. 13. peccatum. Item Multos (inquit Angelus apud y Bedam,
z serm. 32. de preces viuentium, & eleemosynæ, & ieiunia, & maximè cele-
verbis Apostl. bratio Missarum, ut ante diem iudicij liberentur, iuuant z
Aug. Orationibus sanctæ Ecclesie & sacrificio salutari, &
eleemosynis non est dubium mortuos adiuuari.

^a 3. Inst. 5. §. 10. Ref. a Caluin. Primò, Ante mille & ccc. annos usu
hac argum. ha- receptum fuit, ut precatio[n]es fierent pro defunctis &c. Sed
betur in Bellar. omnes fateor, in errorem abrepti fuerunt. Egregiè sapien-
supra li. 1.c.10. tior erat Caluinus Paribus Ecclesiae primitiuae.

Secundò, orasse non ut iuuarent defunctos sed se-
p[er]sos consolarentur, apertum mendacium. Nam aperte
dicunt PP. iuuari animas.

Tertiò, vulgus cœpisse orare pro mortuis ex imita-
tione gentilium. PP. vulgo se accommodasse.

Contra 1. nusquam fuerunt diligentiores in prohibi-
bendis Ethnicorum ritibus, quam cum multi ad fidem
convertebantur Gentiles, & tamen tunc orationes pro
defunctis maximè commendabāt 2. statuunt in Concil.
ficio esse faciendum 3. docent Apostol. esse traditionem.
4. Etiam hæreses damnantquod id negauerit, an hoc
est se impie vulgi superstitioni se accommodare?

Quartò, Augustinum lib. de cura pro mortuis adeò
dubitanter hac de re, & frigidè loqui, ut id sufficiat ad
extinguendum zelum pugnantium pro purgatorio.
Sed mentitur Caluin. nec enim una syllaba dubitantis
Aug. ibidem habetur.

Probantur ultimò hæc suffragia, & fructus eorum ra-
^b est Petri Chu-
nicensis epist. rationibus: ^b prima vnum corpus est Ecclesia tota, cuius
contra Petrus- caput est Christus. Ergo debet habere communicatio-
brusianos. nem tam capitum cum membris, quam membrorum in-
ter se. At iusti defuncti sunt huius corporis membra.
c 20. Cuius. 9. Neque enim ^c (inquit Aug.) piorum anime defunctorum

ab Ecclesia separantur, que est regnum Christi. Nam sunt colligati nobiscum, & Deo, in fide, spe, & Charitate. Igitur debent iuuari a viuentibus.

*Secunda, Christus caput profuit viuens in terris, d pafim in E-
d viuentibus: e mortuus mortuis: viuens mortuis, ~~h~~ angelio.*

*f mortuus viuentibus. Ergo decet ut membra ita inter e Att. 2. v. 24.
se agant. Et quidem viuentes prosunt viuentibus vt g & Math. 27.
patet, mortui etiā mortuis: Nā h Helisaeus mortuū su- v. 52.*

*scitauit, & Ecclesia supplicat Deo, vt B. Maria interce- f Nam resuſci-
dente, & omnibus sanctis animas defunctorum ad per- taut puellam
petuā beatitudinis consortium peruenire concedat. Math. 9. Ado-
Mortui prosunt viuentibus, tum quia visi sunt i Onias leſcentē Luc 7.
& Hieremias mortui orare pro populo Iudaico: tum Lazarum. Joan.
quod verisimilius est animas in purgatorio orare pro II.*

*nobis: quandoquidē k animæ Paſchafij & sancti Seue- g Nam videmus
rini miracula operabantur, et si essent in purgatorio, & alios daceri. pa-
certē si quid impediret, esset vel defectus charitatis, & sci, corrigi &c.
hoc non, l vt patet: vel quia non vident Deum, & ne- & Iacobi 5. v.
que id, nam neque Onias & Hieremias sup. Deum vi- 16. dicitur Ora-
debant, neque nos etiam videmus: vel quia tormentis te pro inuicem
absorbentur: sed non obstantibus tormentis inferni, vt saluēmini.
longè grauioribus, m epulo orabat in inferno pro h 4. Reg. 13. ad
fratribus: vel denique quia nobis inferiores. neque hoc finem capit is.*

*etiam: alioquin non liceret orare pro prelatis. adde ani- i 2. Machab. 15.
mas in purgatorio, nobis superiores esse ratione chari- k apud Grego-
tatis, & gratiæ quamvis inferiores ratione pœnarum. rium. 4. dialgo.
Ergo debent etiam viui mortuis prodesse: quod aliter 40.
fieri nequit nisi vel orando, vel offerendo acceptabile l cum sint in cha-
munus & hostiam, vel satisfaciendo pro eis. ritate, confirmata*

*Obiicitur primò, n mortui nihil nouerunt amplius, ta.
nec habent ultra mercedem, nec partem in hoc ſeculo, in ope- in Luc 16. v. 27.
re quad sub sole geritur. n Eccl 9. v. 5.*

*Resp. velle Sapientem dicere, mortuos ignorare quid
de rebus agatur hic derelictis ab eis, quibus amplius vti
non possunt. Ideo sequitur vade ergo, & comcede in lætitia.
Sed hoc non obstat quin iuuentur a nobis.*

*Secundò, Docemur (o inquit Ambr.) ut non diutius o 1. de Abrabā
inhareamus mortuis, sed quantum satis est officij defera- cap. 9.
mus.*

Resp. agere de pompa, & luſtu funebri, quam mode-

DE CIRCVNS. PVRG.

ratam vult esse.

p in 6. ad Galatas.

Tertiò, *Cum ante tribunal Christi venerimus (P inquit Hieron.) non Job, non Daniel, nec Noe rogare posse pro quocquam, sed et numquemque portare onus suum, docemur.*

Resp. 1. loqui de mortuis in peccato mortali. 2. vello qui de ultimo iudicio. Si quidem, Vigilantium grauerit accusat quod dixerit nullius pro altero orationem audiendam post mortem.

Quartò, melius est per se, quam per alium satisfacere: quia maior acquiritur gloria. Ergo debemus animas in purgatorio relinquere ut per se satisfaciant: ne carum minuamus gloriam. Vera est maior in hac vita, in qua satisfactio importat gratiae, & gloriae augmentum: non autem in purgatorio, ubi meritum deest.

Quintò, nescimus ubi sint defuncti nostri: & aliquando sepeliuntur in inferno, quos putamus in Purgatorio.

q si. de cura pro mortuis ca. vlt.

Resp. 1. Augu. melius esse ut supersint suffragia, quam desint. 2. opus bonum nusquam esse frustra. nam semper meritorum est facienti.

Sextò, Deus non punit unum pro alio. Ergo neque acceptat bona vius pro alio. Respon. 1. Negatur anteced. quando qui punitur est particeps culpæ alterius. 2. negatur conseq. nam punire unū pro alio, est iniustitia. At opera sua alteri communicare liberalitatis est, eadem acceptari à iudice, misericordia.

r ItaDominicus
à soto. 4. dist. 45.
q. 2. ay. 3.

Quæres, num restitutio rei alienæ proficit etiam defunctis. r Resp. non proficit per modum restitutio- nis. Nam, si qui non restituit est in culpa, punietur pro illa, absolute pena saluabitur, siue restituatur, siue non. Si non est in culpa, neque punietur, & proinde res non restituta suam nō tardabit gloriam. Proficit tamen per modum eleemosynæ: si restituatur ab eo qui non tene- tur. Quomodo sunt intelligendæ visiones defunctorum petentium fieri restitutions.

*Qui possint animas iuuare, & quibus
prosint suffragia.*

CAP. XVII. & XVIII.



Rima a Propositio: *Solus iustus potest animas iuuare.* Nam si iniustus non potest pro seipso, quomodo poterit pro alio? a Caput. xvii.

Obiicies, primò missa mali sacerdotis prodest, & eleemosyna domini, data per malum seruum.

Secundò, Prælatus iubens spiritualibus filiis: orare, alioquin malis, oratio proderit.

Ad b 1. Missam esse publicam Ecclesiæ actionem, & b ita *Dominicus* proinde potius Ecclesiæ esse, quam sacerdotis, qui sim- a *sotofsup. ar. 2.* pliciter ut minister se habet. Similiter illa eleemosyna, propriè est domini non serui.

Ad 2. resp. hanc orationem non prodest, quia est opus propriè subditi, quamvis imperatum à Prælato. ipse enim subditus, [non ut merum ministrum, aut instrumentum habet, sed ut principale agens.]

c Secunda, *Ecclesiæ suffragium non prodest beatis, quoad c Caput. xviiij.
essentialē gloriam.* Quia non eagent. d *bref. 75.*

Obiicitur Primò, d Epiph. e Chrysost. & f Cyril. e *in sua littera* dicunt sacrificium offerti Deo pro Apostolis, Martyria. rib. &c. f *Cathe. 5.*

Secundò, Ecclesia in orationib. de sanctis sèpè legit: *Sumpsimus Domine sancta mysteria, que sicut sanctis tuis profundit ad gloriam, ita nobis quæsumus proficiant ad medelam.*

Tertiò, *Putas* (8 inquit Chrysost.) *eum maculis inquit g homil. 33. in natū loquitur de defuncto) da illi sua, ut illis se a maculis Math. deterget: *putas in iustitia decessisse? præbe ipsi tua ad mercedis, & retributionis adiectionem.**

Ad 1. sacrificari pro sanctis in gratiarum actionem tantum pro gloria illis collata. vel iuxta responsonem secundam & tertiam ad 2. proximè.

Ad 2. solùm petere, ut illorum gloria crescat apud

DE CIRCUN. PURG.

nos. 2. vel ut crescant in gloria quadam accidentalis, 3. vel peti gloriam corporis, ut ea pluribus debeatut titulis, et si eam sunt certò consecuturi. Ad 3. ead. respon.

Tertia Propositio, Damnatis non prosunt suffragia. Nam iuuari non possunt. Obiicitur primo Aug. Quibus h (inquit) prosunt suffragia aut ad hoc prosunt, ut plena fiat remissio, aut tolerabilius sit ip'a damnatio. Secundò idem: Panas damnatorum certis temporum interuallis existimant, si hoc eis placet, aliquatenus mitigari, dummodo intelligatur in eis manere ira Dei, hoc est ipsa damnatio. Tertiò * Chrylosto. Verum istud quidem de illis dicimus qui in fine abscesserunt. Catechumeni vero neque hac digni consolatione censentur, sed omni huiusmodi auxilio desituti, preter unum solum: quod autem illud? pauperibus, eorum nomine dare licet unde eis nonnihil refrigerio accedit. Quartò m Prudentius.

*h in Encycl. sap. 10, i sup. cap. 110.
K homil. 3. ita ep. ad Philipps.
I scilicet orare pro defunctis.
m Hymno de novo lumine Pa-
scalis sabbathi.*

Sunt & spiritibus saepe nacentibus
Poenarum celebres substage feriae:

Quintò, Damascé, refert in orat. de defunctis ex historia lausiaca Palladii sancto Macario percunctanti cranium cuiusdam Idoiolatriæ, an damnatis prodescent viuentium præcés respodisse cranium, inde aliquid levamenti sentire damnatos.

Sextò, n Innocent. 3. ait ex mortuis quosdam esse valde bonos, qui suffragiis non egerint, quosdam valde malos qui iuuari nequeunt: quosdam mediocriter bonos, quibus prosunt suffragia ad expiationem, quosdam mediocriter malos, quibus ad propitiationem. At qui sunt hi nisi pueri in limbo?

Ad 1. Per damnationem intelligi purgatorii poenam. præmittit enim Aug. Ecclesiae suffragia pro valde bonis (id est beatis) gratiarum actiones esse, pro non valde malis propitiationes, pro valde malis (id est damnatis) nulla esse adiumenta mortuorum, sed qualescumque viuorum consolationes.

Ad 2. ibi non agere de oratione pro defunctis, sed solum velle non esse absurdum concedere damnatos puniri citra condignum, quod clarius docet. 21.

Ciuit. 24.

Ad 3. solum negare orandum publicè pro catechumenis

menis. [Sed siue id sit verū, siue non, tamē non dicimus eos esse in inferno. vnde nihil ad h̄.] Ad 4. poetico more Prudentium lusisse. Ad 5. negatur o hanc orationem o vide supr. c. 8.

esse Damasc. nec huiusmodi hystoria inuenitur in Palladio. Ad 6. resp. 1. fortasse memoria lapsum Innocentium, & trimēbrein Aug. diuisionem fecisse quatrimenbrem, distinguendo mediocriter malos, a mediocriter bonis, cūm sint vnum: 2. per mediocriter bonos intelligi posse, qui nullam culpam, sed solum reatum, per mediocriter malos qui culpam etiam habent.

Quarta propositio: *Omnibus omnia suffragia prosunt animab. in purgatorio quatenus illa nouum afferunt gaudium.*
Est enim commune omni operi bono, ut de illo omnes gaudeant boni. iuxta illud: P Particeps ego sum omnium timentium te.

p Psalmo. 118.
v. 63,

Quinta, *Suffragia communia que sunt pro omnibus defunctis prosunt etiam omnibus in ratione satisfactionis.*
Nulla enim est causa cur aliqui excludantur. utramque propositionem omnes Theologi admittunt.

Sexta, *Suffragia particularia omni, & soli prosunt illi, in ratione satisfactionis, pro quo sunt. hac est contra q Caic-* q tom. I. Opusc. *tanum. Prodesse omni, probatur. 1. Quia fundamentum communicationis suffragiorum non est aliquod peculiare meritum, sed status gratiae. [Et proinde non est ratio quare aliquis excludatur a suffragio, quod exhibetur pro eo. 2. nulla esset ratio quare Ecclesia intenderet orare pro aliquo particulari imò illum etiam in orationib. nominaret cum applicatio intentionis eius esset omnino incerta. 3. frustraretur communis fidelium intentio, tali enim sunt qui non putent eos se, pro quibus suffragia exhibent adiuuare.] r 4. Aug. ait ideo r lib. de cura pro Ecclesiam orare pro defunctis omnibus in genere, vt mortuis ca. 4. quibus desunt parentes, vel amiciqui pro eis oreant, auxilium a communī matre Ecclesia detur. Ergo ex sententia Augusti, qui parentes, vel amicos habent eorum precibus particularibus adiuuantur.*

Obiicitur, Aug. lib. de cura f pro mortuis, & in f cap. I. Enchirid ait illis solis suffragia prodesse, qui meruerunt t cap. 109. vt sibi prodescent.

Respond. nolle dicere illis solis prodesse inter ani-

Tom 2.

A a

DE CIRC VNS. PVRG.

mas purgatorij, quæ hoc specialiter meruerunt, id est, iuxta Caletanum, habuerunt specialem devotionem ad claves Ecclesiæ, & solliciti fuerunt hic pro animabus dæfunctorum: sed illis solis prodesse qui meruerunt ut prodesse possent, id est meruerunt, non descendere in infernum damnatorum, sed purgatorium, in quo illis suffragia prodesse possunt. Prodesse soli patet, quia huiusmodi applicatio bonorum ex intentione pender applicantis.

Obiicitur, suffragia se habent sicut lucerna accensa pro domino domus, quæ etiam seruos illuminat. Ergo suffragia ista omnibus etiam proderunt. Negatur antecedens: se habent enim potius ut pecunia quæ soluit ab uno pro altero.

De funere.

CAP. XIX.

11

Æretici a reprehendunt. 1. cæmeteria
sacra. 2. vsum cereorum. 3. anniversa-
ria, & tot exequiarum repetitiones. 4.
quod putemus sepulturam esse merito-
riam, & Deo gratam.

Prima propositio. Sepultura est meritoria. **i. ex 1.** Reg. 2. Benedicti vos a Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul, & sepelisstis eum, & nunc retribuet vobis Dominus. **c. 2.** Angelus inter alia Tobiæ meritoria opera sepulturam numerat. **3. ex d.** Math. 26. Opus bonum operata est in me c. mittens enim unguentum hoc ad sepeliendum me fecit.

Obiicitur, i. nusquam iuueniri à Domino mandatam sepulturam, 2. enumerans ille Math. 25, opera misericordia, non meminit sepulturæ.

[Ad i. resp. i. nihil inde concludi cum sit negatum ab autoritate. 2. satis commendasse suo exemplo, cum diligentissime voluerit sepeliri, & praedictum fuerit: Et erit sepulchrum eius gloriosum. 3. vsu Testam. veteris, &

noui. Ad 2. resp. i. non meminisse etiam operum misericordie spiritualium. nec tamen desinūt esse meritoria] 2. id fecisse tum quia sponte ad hoc opus homines satis sunt proclivi, tum quod sit eleemosyna omnium minima.

Secunda propositio. Sepultura est res antiqua iuxta modum quem Ecclesia obseruat. Nam ille fuit semper in usu inter fideles: Primò si quidem corpora lauantur: id olim Actor. 9. in Tabitha, & apud Gregorium. 3. Dialog. 17. 2. corpora deferuntur ad sepulchrum cum honore & comitante frequentia, id olim Genes. 50. Lucæ 7. apud Nazianz. Oratione. 2. in Iulianum Sulpitium in Martino. Hierony. in fabiolæ vitæ &c. 3. corpora fidelium in locis sepeliuntur sacris, olim f. Jacob & g. Ioseph voluerunt ossa sua transferri in terram promissionis, unde Christus erat nasciturus, & ubi templum domini futurum. olim fuisse corpora fidelium sepulta in templis testantur h. Ambros. i. Hieron. k. Aug. 4. sepeliuntur cum psalmodia id olim apud Naziāz. sup. Chrysost. homil. 4. in epist. ad Hebræ. Hieron. in Paulo, & Paula & Dionys. 7. Ecclesiast. Hierarch. 5. ad funus accenduntur lampades, & cerei, ita olim apud Nyssen. ep. ad Olympiam Nazianz. & Chrysost. supra Theodoret. 5. histos. 36.

Obiicitur Conc. 1 Elibertinū, quo statuitur necesse die in cæmenteriiis accederentur: Non enim (inquit) Spiritus defunctorum inquietandi sunt Respondeo solùm reprehendere superstitionem gentilium arbitrantium corpora mortua sentire. Inquietari enim spiritus, est hunc errorem illis displicere. Nos autem utimur hac in te luminibus ut significemus animas viuere, resurrectura corpora, & defunctos esse lucis filios. 6. sacrificium altaris pro eis offertur de quo Terrull. Cypria. &c. vide sup. c. 7. celebratur anniversaria. hac de re Tertul. lib. de monog. Naziāz. Oratione in Cæsar. fratrem. 8. celebratur. 3. 7. & trigesima dies: ita Ambr. de obitu Theodosii.

f Genes. 49:

g Genes. 50.

h 1. de Abraham cap. 9.

i. in vita Paulæ, & Fabiolæ.

k libro de curæ pro mortuis c. 1.

l can. 34.

Obiicitur toties iterare preces est diffidētiæ signum. Ad 1. negatur, est enim potius id signum desiderii & feruoris alioquin Christus qui in breui spatio ter idem statuit maxima laborasset diffidentia.

DE CIRC VNS. PVRGĀ.

Nonò, eriguntur tituli. Id olim Genes. 35. 1. Machab. 13. & Actor. 2. Decimò eleemosynæ pauperibus crogantur. ita apud Chrysost. homil. 32. in Mathæum.

Tertia propositio *Sepultura est res utilis*. Nam est utilis viuis. 1. quia per hanc arcetur fætor cadaerum, & horror. 2. quod eo studio testentur viui resurrectionem futuram & animarum immortalitatem, alioquin quid ita diligenter corpora curarentur mortua? 3. admonemur propriæ mortis, hinc tituli defunctorum monumenta ducta. 4. satisfaciunt aliquo modo affectui suo, quo prosequuntur defunctos. Utilis est mortuis: 1. quia consuluntur illorum honori: non enim caret ignominia, sedditatem corporis obtutibus aliorum patere. hinc in pœnam priuantur malefactores sepultura. 2. satisfit desiderio eorum, nemo enim carnem suam odio habet: & proinde cupit suum honestè tractari corpus. 3. cum a multis deducantur in sepulchrum multorum etiam fiunt participes orationum. 4. patrocinio Sancti frequenter commendantur a parentibus, & amicis in cuius templo requiescent.

Obiicitur primò, Luc m 12. Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus & post hæc non habent amplissimam quid faciant. Ergo sepultura carere nihil nocet, & proinde habere nihil prodest.

Secundò, capite, *Sacris*, dicitur nihil obesse hominib. piis sepulturam vilem, aut nullam. Tertio, n August. ait sepulturam & funeralis Pomparam esse virorum, non mortuorum præsidia.

Ad primi antecedens loqui Dominum de dolore quo potest affici corpus. Ad conseq. 1. negatur. quia carceret defunctus utilitatibus supra dictis. 2. et si verum esset tamen viui carerent utilitatibus suis supra.

Ad 2. & 3. loqui solum de necessitate per se ad salutem, non autem per accidens ex precibus assistentium funeri.

m V. 4.

μη φεύγωντες από τον θάνατον
απολέντες τὸ σώμα,
καὶ μετὰ ταῦτα
μη ἐχθρούς πειρώσα-
ντες τὴν ποίησιν.

n i. Civit. 12. &
lib. de cura pro
mortuis.

LIBRORVM ET CAPI-
TVM DE ECCLESIA
triumphantē.

LIBER PRIMVS,
Qui est

*De Beatitudine & Canonisatione
Sanctorum.*

- CAP. I. Argumenta hereticorum quibus negant Sanctos iam esse beatos.
 2. Probatur testimonio Ecclesie animas sanctorum videre Deum.
 3. Testimonio scripturæ idem probatur.
 4. Ex PP. Græcis.
 5. Ex Latinis.
 6. Ex rationibus in scriptura fundatis.
 7. Sanctos ab Ecclesia rectè canonizari.
 8. Cuius sit sanctos canonizare.
 9. Credendum esse Papam errare non posse in SS. Canonizatione.
 10. Sanctos non canonizatos priuatim tantum [piè] coli posse.
 11. De cultu sanctorum.
 12. & 13. Sententia Catholicorum probatur.
 14. Soluuntur argumenta.
 15. & 16. De invocatione SS. mendacia hereticorum.
 17. Prima, & secunda Propositio.
 18. Tertia & quarta Propositio.
 19. Quinta Propositio.
 20. Soluuntur obiectiones.



INDEX

LIBER SECUNDVS,
Qui est

De reliquiis & imaginibus
Sanctorum.

- CAP. I. **A** Rgumenta contra reliquiarum cultum.
2. Mendacia Magdeburgensem.
3. Reliquia SS. dignae sunt honore.
4. Soluuntur argumenta.
5. De Nominis imaginis, idoli, & simulacri.
6. De principibus Economachorum.
7. Licere imagines facere, & habere.
8. Non esse prohibitas imagines Dei.
9. Imagines in templis recte collocari.
10. Extra historiam imagines utiles esse.
11. De cultu imaginum, & argumenta aduersariorum.
12. Imagines Christi, & SS. recte colli.
13. 14. 15. Soluuntur argumentum. 1. 2. & 3.
16. 17. 18. 19. Soluuntur cetera.
20. Quo genere cultus sint honorande imagines.
21. Prima propositio.
22. Secunda.
23. Tertia, & quarta.
24. Quinta.
25. Sexta.
26. Proponuntur argumenta contra adorationem crucis.
27. De vera cruce Domini.
28. Imaginem crucis esse adorandam.
29. Venerabile esse signum crucis quod effingitur in aere,
fronte &c.
30. Soluuntur obiectiones.

APPENDIX AD TRAC-

tatum de cultu Imaginum.

In quo refutatur quidam liber intitulatus Synodus Parisiensis de imaginibus Anno Christi 824. &c.

- Cap. I.* **S**umma libelli, & nullam fuisse huiusmodi synodum.
 2. Refellitur Epistola Balbi Imperatoris.
 3. & 4. Refelluntur collectores sue DD. quidam in eo libello introducti.
 5. Refellitur Epistola nomine Eugenii Papae scripta.

LIBER TERTIVS, QVI EST De rebus quibus Ecclesia triumphans à militante colitur.

- Cap. I.* **D**e erroribus circa templo.
 2. An templo sint erigenda.
 3. De forma templi.
 4. De fine.
 5. De dedicatione, & consecratione Ecclesiarum.
 6. De ornatu templorum.
 7. De benedictione aquæ, salis, cinerum. &c.
 8. De peregrinationibus ad sancta loca.
 9. De votis que fiunt sanctis.
 10. De festis diebus.
 11. De antiquitate, institutione, ritibus antiquis diei dominice.
 12. Quid sit Pascha, & de erroribus circa illud.
 13. De Pentecoste.
 14. De Septuagesima, Sexagesima, Quinquag. & Quadragesima Dominicis.
 15. De reliquis festis Domini.
 16. De festis SS.
 17. De vigiliis.



LIBER PRIMVS DE ECCLESIA TRIVM- PHANTE, QVI EST

De Beatitudine & Canonizatione
Sanctorum.

*Argumenta hæreticorum quibus negant San-
ctos iam esse beatos.*

C A P . I.

a versu. 39.
Et tu ergo, mag-
nus domine, dñe tuus
memor in nobis
et misericordia tua.
versu. 40.
Tu dñe nra' ipsa
xp̄t̄m̄ tu xp̄b̄la-
ta p̄b̄tu, ha p̄b̄
xp̄p̄t̄ ipsa p̄b̄tu
dñm̄

Decimum Ioann. vigesimus secundus hoc
definisse videtur, vide supr. tom. i. lib. vi-
timo de Rom. Pontific. cap. 14. Secundò,
Math. 20. per vesperam intelligitur resur-
rectio, & per denarum vita æterna. At Pa-
ter nosteras reddit simul operariis mercedem ad vespérā.
Tertio, ^a Hebr. 11. dicitur de sanctis: *Hi omnes testimo-
nio fidei probati non acceperunt recompensationes, Deo pro nobis
aliquid melius prouident, ut non sine nobis consummarerentur.*
Quarto, ^b Scimus quia cum apparuerit (scilicet in secundo
aduentu) similes ei erimus, quia videbimus cum: sicuti est.
Quinto, ^c Vidi subtilis altare animas intercessorum propter
b i. Ioan. 3. v. 2. verbum Dei. Sexto, ^d Iustinus ait narrationem de diui-
c Apocal. 6. v. 9 te, & Lazaro non esse veram: *Quia (inquit) neque ante re-
dredi est. 60. Gē- surrectionem unicuique ex iis, quae in vita gesit præmium red-
tilium.*

ditur. Septimò, ^c idem quærens, quis ergo fructus fuit ^e q.76.
lætoni esse in Paradiso? responderet id consequutum, ut libro 5.

sic in cœtu instorum, & videat seipsum, & que infra se sunt, & g hom.7. in Lepreterea Angelos & Demones.

uit. cum.

Octauò, ^f Irenæ. Manifestum est quia *EI* discipulorum h homil. ³⁹ in 1. eius (id est Christi) anime abibunt in inuisibilem locum desi- ad Corinth. adi- nitum eis à Deo, & ibi usque ad resurrectionem commorabun- lud: si in hac vi- tur, sustinentes resurrectionem post recipientes corpora, & per- tat tantum spe- fece resurgentes, hoc est, corporaliter, & sic venient ad con- rantes, &c.

1.hom. 28.in ep.

Nondò, ^g Origen. Nondum Sancti receperunt letitiam suā ad Hebr.

nec Apostoli quidem: sed & ipsi exspectant, ut ego letitiae eoruū ^h in 11. ad Hebr. participe sim.

1 in idem cap.

Decimò h Chrysost. Quamquam vel sexenties sit im- m in idem cap. mortal is (scilicet animus) tamen sine carno ipsa admirandis n in 6. Apoc. illis bonus non souetur, quemadmodum neque pœnis punietur. o Nam id mul- Vndeclimò, ⁱ idem vnum definit tempus omnium coro- tis Sanctis diciu narum: & qui ante tam multos annos vicit, tecum accipiet co- est, unumqueq- ronam.

virtutis cultore

Duodecimò, ^k Theodoret. Sanctorum tot, & tanta sue- sortitum esse di- rint certamina, sed hi tamen nondum coronas acceperunt. gnum locum: un

Decimotertiò, ^l Theophyl. Sancti nibil adhuc celestium de etiam de fu- promissionum sunt assequuti.

tura sua gloria

Decimoquartò, ^m OEcumen. Sancti testimonium prome- certam quandā riti, quod per fidem placuerunt Deo, non consequunti sunt bona assequatur con- iustis promissa.

icturam.

Decimoquintò, Arctas Cæsariensis: ⁿ Horum spe, que p vide in 33. Luc per intellectum veluti in speculo contemplantur, omni crastitie q vide Chrysost. liberati meritò letantur quiescentes in sinibus Abrahæ. hom 23 in Gen.

Decimosextò, ^p Euthym. Et tunc quidem dedit ei conuer- hom. 14 in Ioā. sationem in paradiſo tanquam arrahnam regni sui, quod est Theodoret. Dia- fruitio ineffabilium, ac æternorum bonorum.

log. immutabilis

Decimosept. ^q PP. Græci simpliciter negant Deum vi- Theophylact. in deri posse à creatura. Ergo multo magis negant videri illud Joā. 1. ante diem iudicij.

Deum nemovi-

Decimooct. ^r Lact. Nec quisquam putet (inquit) animas post dit inquam. mortem protinus iudicari, nam omnes in una communique cu- r 7. cap. 21. stodia detinentur donec tempus adueniat, quo maximus index meritorum faciat examen.

Decimondò, Victorinus in 6. Apocal. Animas occisorum

DE SANCT. BEATIT.

dicit se vidisse sub Areæ, id est sub terra. Et infra, *In nouissimo tempore sanctorum remuneratio perpetua, & impiorum ventura est damnatio.* Vigesimò, *Hilat.* Hæc humana lex necessitatis est, ut sepultis corporibus animæ ad inferos descendant quæ legē Dominus ad consummationem veri hominis nō recusavit. Vigesimossec. Prudent. in hymno de exequiis Sanct. docet animas Sanctas ex hac vita in paradisum terrestrem, ac finū Abraham descendere quæ diues ille ardēs à lögè cōspicunt. Vigesimotert. Ambr. *Solutur à corpore anima, & possit sine vita huīus, adhuc futuri iudicij ambiguo suspenditur.* Vigesimoquart. idem libro de bono mortis ait ab omnibus exspectari coronæ diem, id est iudicij, ut victi erubescant, & victores palmam adipiscantur victoris.

U. retract. 14. Vigesimoquintò, August. *De sanctis hominibus* (inquit) *iām defunctis utrum ipsi saltem dicendi sīt iam in illa posse ratione consistere, merito queritur.*

Vigesimosex. ep. 111. ait August. Hieron. sentire, nos tunc visuros faciem Dei, cum in Angelos profecerimus, id est aequalis Angelis facti fuerimus, quod erit utique in resurrectione mortuorum: libro vero 12. in Genes. 35. *Azimē dubitandum esse, & raptam hominis à carnis sensibus mentem, & post mortem ipsam carne deposita non sic videre posse incommutab substantiam, ut sancti Angeli vident.*

X cap. 103. Vigesimosept. idem in Enchir. *Tempus* (inquit) *quod inter hominis mortem, & ultimam resurrectionem interpositum est animas abditis receptaculis continet.* Similia 12. Ciuit. 9. & in Psal. 36. Vigesimaoct. Bernard. y ait animas Sacerdotum adhuc in atriis esse, & sub altari, id est solam Christi humanitatē videre. *Et in illam beatissimam Dei domum* (inquit) *anime nec sine nobis intrabunt, nec sine corporibus suis.*

y sermone 3. de oīniōibz sanctis. Vigesimononò, examen & iudicium honorum & malorum futurum est in nouissimo die. Ergo & retributio. Trigesimò, anima Christi non ante resurrectionem ascēdit in cælum. Ergo nec iustorum: quia nō est discipulus supra magistrum. Trigesimoprim. anima, & caro simul operantur mala, & bona Ergo simul præmiari debent. Trigesimossec. Dæmones non ante ultimum iudicium puniendi sunt. Igitur & homines impii. Ergo neque etiam boni præmiandi. Probatur antec. 1. ex 2. Iustina, qui sapienter repetit Dæmones tradendos quidem sed nō

Z Apolog. 1. & 2.

dum traditos sempiternis ignibus, ^a Irenæo, ^b Epiph. ^b heresi Sechia-
^c Oecum. afferentibus dæmones ante Christi aduentū, norum.
 suam ignorasse damnationem. ^{2. ex} ^d Antonio. ^c Am- ^{c in cas.} ultimū
 brosio Hieron. Chrysost. docentibus Daemonem expe- ^{prime Petri.}
 Ætate incendia futura: Et Math. 8. ac Luca 8. Dæmones ^{d apud Athanas.}
 conquerebantur venisse Christum ante tempus eos tor- ^{e in 8. Luce.}
 quere, rogabantque ne mitterentur in abyssum.

PROBATVR,

Testimonio Ecclesiæ animas Sanctorum vi-
 dere Deum. C A P . II.

Primò, ex oratione de S. Greg. Deus qui anime famuli
 tu Gregorij eternæ beatitudinis premia contulisti.

Secundo, id definiuit Concil. ^a Florent. fess. vlt. & Tri-
 dent. fess. 25.

Tertiò, idem docet Innoc. 3. c. ^b Apostolicam, & decreuit
 post longas disputationes ^c Benedictus 12. successor
 Ioan. 22. Ad primum argumentum resp. sup. tom. 1. li-
 bro ultimo de Rom. Pontifice cap. 14.

^a fess. vlt. in de-
 creto unionis.

^b extra de pres-
 bytero non bap-
 tizato.

^c In extra vag.
 Benedictus Deus
 quam refert Al-
 phonsus à Castro
 3. contra hæreses
 verbo Beatitudo

Testimonio scripturæ idem probatur.

C A P . III.

Primo, ^{2.} ^a Corinth. 5. Scimus quia si terrestris domus

nostre huius habitationis dissoluatur, edificationem ex Deo

habemus domum non manu factam eternam in celis. Per domum

terrestrem corpus intelligitur. ^{1.} quia ita interpretantur

PP. Græci & Latini. ² quia hanc domum clarius postea

vocat Apostolus corpus. ^b Dum sumus (inquit) in corpore

peregrinamur à Domino. ^c Per domum æternam nonnulli

intelligunt immortale corpus. sed multo rectius ^d alii

æternam beatitudinem. ^{1.} quia si intelligeret corpus im-

mortale, non diceret habemus, sed habebimus. ^{2.} vult dice-

^a v. 1. i. 16. 1. 16. 1. 16.
^b v. 6. 1. 16. 1. 16.
^c v. 6. 1. 16. 1. 16.
^d v. 6. 1. 16. 1. 16.

^a v. 6. 1. 16. 1. 16.
^b v. 6. 1. 16. 1. 16.
^c v. 6. 1. 16. 1. 16.
^d v. 6. 1. 16. 1. 16.

^a v. 6. 1. 16. 1. 16.
^b v. 6. 1. 16. 1. 16.
^c v. 6. 1. 16. 1. 16.
^d v. 6. 1. 16. 1. 16.

^a v. 6. 1. 16. 1. 16.
^b v. 6. 1. 16. 1. 16.
^c v. 6. 1. 16. 1. 16.
^d v. 6. 1. 16. 1. 16.

^a v. 6. 1. 16. 1. 16.
^b v. 6. 1. 16. 1. 16.
^c v. 6. 1. 16. 1. 16.
^d v. 6. 1. 16. 1. 16.

^a v. 6. 1. 16. 1. 16.
^b v. 6. 1. 16. 1. 16.
^c v. 6. 1. 16. 1. 16.
^d v. 6. 1. 16. 1. 16.

re non esse quod timeamus nobis domum defuturam: phylact. Theod.

nam si hinc pellimur habemus aliam: at corpus immor- ^e Photius apud

tale non habebitur ante Resurrectionem. ^f Oecum. Ansel.

Ergo non est illa domus quam Paulus ait nos & D. Thom. in

habituros si hinc pellamur: decesset enim à die hunc locum.

DE SANCT. BEATIT.

C Cap. 4. v.13. mortis usque resurrectionem. 3. id vocat celestem domum quod antea dixerat ē eternum glorie pondus. Statim enim subiungit si enim terrestris domus ēr. At per eternum glorie pondus, omnes intelligunt eternam beatitudinem. 4. quia ideo domum celestem habemus concludit melius esse peregrinati à corpore; & praesentes esse ad Dominum.

At post mortem cum peregrinamur à corpore non habemus corpus immortale. Ergo illa ratio nihil valet: imò contrarium infert, scilicet quia domus hanc habebimus: interim quia melius est habere corpus mortale, quam nullum, erit etiam melius non peregrinari à corpore quam peregrinari.

Secundò, iuxta Paulum ibi est aliquis status quo peregrinamur à corpore: & non à Domino, id est sumus praesentes ad dominum, id nequit esse in hac vita ut patet. Ergo in alia, vel igitur non peregrinari à domino & esse praesentes ad dominum est habere corpus immortale, & hoc non. 1. quia non sequeretur si peregrinamur à corpore nos non peregrinari à Domino, cū corpus immortale non habeatur ante resurrectionem [2. habere corpus immortale non est propriè peregrinari à corpore, sed è contra, vel est habere gratiam Dei, vel eius oculis patere & hoc non quia ad hoc non est necesse peregrinari à corpore, ut constat: multi enim cum gratia Dei hic viuunt & omnia ubique sunt aperta oculis eius] vel est solum videre Christi humanitatem & hoc non, quia opponit Paulus esse in corpore, & peregrinari à corpore sine esse praesentes ad Dominum. At esse in corpore est iuxta eum ambulare per fidem. Ergo peregrinari à corpore est non ambulare in fide: videre autem solam Christi humanitatem est adhuc ambulare per fidem. Ergo restat ut peregrinari à corpore, & non à Domino: sed esse ad eum praesentes sit videre eum facie ad faciem.

f. In. 3. v.20. Obiicitur, beatitudo non habet similitudinem cum domo, sed magis corpus Negatur. Nam beatitudo tam magna est, ut eam anima non capiat, sed ea potius animam, iuxta illud: f. Maior est Deus corde nostro. Quare

recte beatitudo dicitur domus Io. 8. 14. *In domo patris g V. 2.*
mei multæ mansio[n]es sunt. id est diuersi gradus beatitudi-
nis.

Tertiò Luc. 23. ^b *Hodie mecum eris in Paradiso. vel*
hic dominus promittit Paradisum terrestrem latroni,
vel cælestem, sed futurum sicut dicitur: Quinon credit
iam iudicatus est. id est iudicabitur: vel iungendum est,
Hodie, cum verbo, Dico: hoc modo: Hodie dico tibi &c.
vel promisit in præsenti habiturum visionem beatam,
quaæ est Paradisus cælestis. non primum: quia dominus
promittit animæ conuenientem ei Paradisum. At quid
animæ cura pomis, & frugibus terrenis? non. 2. quia
non est recurrendum ad figuræ cum aperta sunt verba,
& nihil inde sequitur absurdum: sicut nec in illis: Quinon
credit &c. non est enim sensus iudicabitur, sed iam iu-
dicatur à seipso, cum nolit veram amplecti fidem. 2.
quia dixit Christus, mecum. At christus non erat futu-
rus in beatitudine: cum iam in illa esset, nec voluit dice-
re eris mecum, sicut alii omnes sunt, quia Christus ubi-
que: nihil enim speciale ei promisisset, neque. 3. hoc
enim est ridiculum, nonne videbat latro Dominum
illa die loqui? Deinde hodie respondet illi aduerbio,
Quando, Memento mei quando veneris in regnum tuum. Er-
go idem est, hodie eris in Paradiso, id est in illo Quando: i Philippens. 1. v.
quod hodie eris in regno meo.

Quartò, ⁱ *Cupio dissolui & esse cum Christo. At esse cum*
Christo ut requiratur dissolutio corporis mortalis est
esse in gloria eius: quid enim est aliud?

Quintò, Paul. ^k *Hebre. 12. describens Sion montem,*
& Hierusalem cælestem, docet eam constare ex Ange-
lis, & Ecclesia primituorum ac spiritibus iustorum
perfectorum, id est Prophetarum & Apostolorum.

Sextò, ^l *Stephanus cùm vidisset cælos apertos, &*
gloriam Dei clamauit: in Domine Iesu accipe spiritum
meum. vtique in gloriam quam viderat.

Septimò, ^m *Hi qui amitti sunt stolis albis, sunt ante thro-*
num Dei, & seruunt ei die, ac nocte in templo eius. Quid est
ante thronum Dei nisi Deum cernere præsentem?

Ad secund. Respond. ⁿ parolas non oportere om-
ni ex parte quadrare sed solùm esse cōsiderandum sco-

^{o Tū sīkīz Tū pā.}
^{ης μα ματα πλ.}
^{λατιστ.}

^{h U. 43.}

23.

^{imputias ἔχεις οὐ}
^{τὸν ἀποδίκειν, οὐ τὸν}
^{νέργειαν ἔχειν.}

^{k U. 22 & 23.}

^{l Actor. 7. v. 55.}

^{m U. 49.}

^{κύριον Ιησούς θεόν τον}

^{πεπομπάντα.}

^{οἱ πεπεβληθεῖσαι.}

^{τὰ σολας λευκά.}

^{v. 15. εἰσὶν ἵνα ποτε}

^{τὸν θρόνον τοῦ Θεοῦ ὡς}

^{λατρεύοντες αὐτῷ.}

^{τὰ καρπάς οὐκέτι.}

DE SANCT. BEATIT.

pum, ut o Chrysost. monet multa enim dicuntur non ad significandum aliquid, sed ut narratio videatur integra: sicut ad scindendum factus est cultus, quamvis ex omni parte non scindat. Alioquin murmuraret in celo, nam operarii introducuntur murmurantes, & vni eorum dicitur: *An oculus tuus nequam est?* Nunquid erit oculus nequam in celo? Scopus autem parabolae de operariis non est docere post Resurrectionem accepturos mercedem electos sed, Patres noui Testamenti minori laborasse tempore, quam Patres veteris: vel qui in senectute conuertuntur, breuiorem habere laborem quam qui in Adolescentia & tamen eandem omnes accipere beatitudinem. 2. si tamen placeat per vesperam intelligere iudicium futurum generale, illud non excludere particulare, quo redditur particulatum vnicuique gloria, quia generale fiet ut coram omnibus gloria manifestetur collata.

Ad. 3. Resp. 1. per reprobationes intelligi posse Christi incarnationem, eam enim Deus saepissime patribus promiserat. 2. si intelligatur animae beatitudo, ea non accepisse PP. Veteris Testamenti ante PP. noui quod non prius illis quam his aperta sit ianua regni celorum per Christum, fauet huic expositioni Graecus textus, *καὶ οὐδεὶς ἀπομένει αὐτῷ τὸ δικαῖον*. Non acceperant reprobationem, id est nunc quidem acceperunt, sed antea nondum acceperant. 3. posse intelligi perfectam animae, & corporis beatitudinem qua sine nobis non fruentur.

P Coloff. 3. v. 4.

τότε οὐ κερδίσει ευτυχίαν ή τούτην ημών. τότε οὐ πάτε στρατηγόν. οὐδὲ παρεπόθεστον εἶ δόξην.

q. V. 36.

Ista Beda, An-
selm. Haymo.

Ad. 4. illud: *Cum apparuerit, non intelligi de Christo, sed de nobis ut sensus sit: cum apparuerit quid erimus, scilicet in resurrectione generali, similes ei erimus, iuxta illud: P Cum apparueroit Christus vita vestra, tunc. Et vos apparebitis cum ipso in gloria.*

Ad. 5. resp. 1. sentum esse posse: *Vidi animas intercessorium sub altari, id est sub testificatione nominis Christi quomodo. 2. Mach. 9 dicuntur Machabaei pueri occisi sub testamento Dei. 1. vel per altare, 1 intelligi secretum intellectuale in visione beata, vnde procedit thymiana laudis diuinae. dicuntur autem sub altari, non ad altare, quod illud secretum naturaliter nequeat comprehendi. 3. sub altari id est sub Christo esse, non quod*

non videant Deum, sed quia sunt Christo inferiores
cuius protectione vicerunt, & à quo receperunt præ-
mium.

Idem ex PP. Græcis.

CAP. III.

Gnatus ep. ad Rom. *Aqua viua manens
in me, intrinsecus mihi dicit, veni ad Patrem,
finite me puram lucem aspicere, illuc perue-
nies, homo Dei ero, Misericordia sum nunc,
donec Deum merear adipisci. Significat au-
tem ibi id consequiturum statim post martyrium.*

Dionys. ^a *Norunt (inquit) profecto sé totos perceptu- a Cap. 7. Eccle-
ros exactissim ad Christi speciem, requiem, cum ad presen- sias. Hierarchie
tis vite, finem peruererint. Viamque ad immortalitatem suā,
(id est gloriam beatam, cum id neque de immortalita-
te carnis, aut naturali animæ intelligi possit) è Vicino
iam clarius intuentes diuinitatis laudant munera.*

Iustin. ^b *Post animi a corpore excessum statim fit bono- b q. 75. à genti-
rum, malorumque distinctio: ducuntur enim ad loca, quæ eis bus proposita si
digna sunt ab Angelis: bonorum quidem animi in Paradisum, tamen huiusmo-
ubi consuetudo est, & aspectus Angelorum, & Archangela- di qq. stat eius,
rum, visio etiam conservatoris Christi ex verbis his: peregrini- & non potius
nati à corpore, & presentes esse ad Dominum: improborum cuiusdam fuisse
autem ad inferorum loca.*

Ad. 6. loquitur Iustinus de retributione perfecta
quando totus homo erit in corpore & anima gloriolus.

Ad. 7. non negare Latronem esse beatum, cum dicat
cum in cætu iustorum esse, id est beatorum: non me-
minit autem visionis Dei quia Græci non illam vocant
nisi comprehensiua.

Irenæus ^c *Justis, & equis & precepta eius seruantibus, & c l. cap. 1.
in dilectione eius perseveratib. quibusdam quidem ab initio, id
est statim ut mortui sunt, sine macula & reatu: quibus-
dam ex penitentia vitam donata incorruptelam loco mune-
rū confert, & claritatem eternam circundat.*

DE SANCT. BEATIT.

Ad 8. solum significare Irenaeum sanctos nundum esse in illa beatitudine in qua est Christus animo, & corpore beatus. Non negat tamen esse reuera beatos. 1. quia dicit Christum descendisse ad Inferos ut sanctorum animas inde extraheret, & saluaret. At si saluavit certe ad gloriam suam duxit. 2. ait discipulos debere in morte, requie, & resurrectione Christum imitari. At Christus dum quieuit in sepulchro erat interim anima beatus. Ergo discipuli eius similiter dura quiescunt.

Origen. in loco contra nos producto ait sanctos nunc habere laetitiam, sed non perfectam, qualis nec habet Christus, quia adhuc corpus eorum, id est civitas illa beata non est plena, quod nisi post resurrectionem fieri hinc patet solutio ad. 9.

Basilius loquens de sancto Gordio, Erat (inquit) affectus, non ut qui in libertatis manus deuenturus esset, sed velut Angelorum manibus seipsum commissarius qui statim ipsum recens mactatum, assumptum ad beatam vitam translaturi essent.

Gregor. d Nazianz. Tu obiter (alloquitur Basiliūm defunctūm) ē cœlo respice &c. ut hinc demum discedentem me, in eterna tabernacula recipias, & beatam Trinitatem, eo quo est modo, tecum pariter contemplari valeam.

Nyslen. oratione in sanctum Ephrem. Tu verò divino assistens altari viteque principi, & sacrosancte, una cum Angelis, sacrificans Trinitati omnium nostrum recordare, nobis quo peccatorum veniam impetra. Chrysost. e Peccatores ubiuis fuerint procul a Rege sunt, atque ideo digni qui fleantur.

*διδέξασθε την ορθούσαν από την θεού μετά της βασιλίως επισκόπου γραμμήν
εργάτης, ο δια παρένθετον δικόντων, ἀλλα προσωπον, προς προσωπον.
Φυστινούσε διεισεις, σινε in futuro seculo facient, cum Rege
sunt, illic tamen magis, & proprius non per ingressum, ac fidem,
sed facie ad faciem.*

Ad 10. non velle dicere nusquam animas ante resurrectionem beatas: sed solum colligere si caro non resurgat, nec etiam sperandum animam vñquam frui beatitudine: quia pars est, vt vtraque pars suam mercedem accipiat cum vtraque laborauerit.

Ad undecimum loquitur Chrysost. de corona, seu gloria corporis de qua etiana Paulus. Eadem responsio ad. 12.

d Oratione in
Basilium.

c Homil. 3. in
epistol. ad Phi-
lipp.

ad. 12. 13. & 14. Hi enim PP. sequuti sunt Chrysost. ut discipuli eius, item ad 15. quod enim sperant sancti est gloria corporis. ad. 16. relictus Euthymius qui scripsit circa. 1180. ann. cum iam Graeci essent schismatici atque haeretici. Cyrus Hierosolym. Catech. 13. loquens de bono latrone. *Tu (inquit) de ligno introduceris in Paradisum. Nondum Abraham fidelis ingressus est, & latro ingreditur. Ne timeas serpenteum, cecidit de celo, nunc te eyciat.*

Cyrillus f Alexandrin. ait SS. animas post mortem fuit. in Joan. 36 euolare in manus Dei patris, quo vitam perpetuam cum Christo habent, qui viam primus aperuit.

Epiphan. Sancti sunt in honore, quies ipsorum in gloria, profectio hinc in perfectione, sors ipsorum in beatitudine, in mansionibus sanctis, tripudium cum Angelis, dieta in celo, gloria in honore incomparabili, & perpetuo brauia in Christo Iesu Domino nostro.

Theodoret. h Si celum sedes illorum est, qui per vixerunt: Grecos, qui est hunc profectio finem sui cursus, & Martyres iam consequuti de Martyribus. sunt, his enim magis pium esse nihil potest. Ideoque maiori sorte merito perfruuntur Martyres, qui nunquam a cunctis latere mortalibus honoribus amplissimos ferunt, & aeternis sunt insigniti coronis.

Euseb. 4. histor. 14. in Ruffino. 15. ait Polycarpum post mortem immortalitatis premia adeptum: At quae est immortalitas praeter naturalem animae, nisi gloria beata?

Damascenus. i Vultui Domini nitide, & nude presentatur illiusque gloria, iam ante promissi corona, exornatur.

Theophil. k Dicendum est idem esse paradisum, & regnum celorum: nam latro est in Paradiſo, ac regno, alioquin non frueretur perfecta honorum participatione.

Oecumenius l ait Christum non solum ingressum in celum, sed etiam secum duxisse genus humanum id est sanctos Patres. At quid est tecum duxisse, nisi participes fecisse gloriae suae?

Ad. 17. vocabulum videndi usurpare PP. Grecos pro perfectissima cognitione id est comprehensiu: quod ideo fecerunt, ut omnino declinarent haeresim

DE SANCT. BEATIT.

Anomæorum tunc vigentium, & afferentium Deum posse à creatura comprehendendi.

Obicitur Primò: Chrysost. Ait Angelis fuisse Deū inuisibilem non quidem semper, sed usque ad incarnationem. Ergo postea fuit illis visibilis. Igitur non loquitur de comprehensiua cognitione. Ad. 1. conseq. fuisse visibilem & comprehensibilem ab Angelis postea, ratione humanitatis tantum. Ad. 2. negatur.

Secundò Theodoret. ait Angelos non aliter Deum videre, quam viderint Abraham Alaias &c.

Respondeo non dixisse, *Non aliter*, sed solum statuere similitudinem inter visionem Angelorum, & Patriarcharum, quod sicut una est imperfecta id est non comprehensiua, sic & altera quamvis in diuerso gradu.

Idem ex Latinis Patribus.

C A P . V .

a Libro de exhortatione
Martyrii cap,
ultimo.



Yprianus: a Quanta est dignitas, & quanta securitas exire hinc letum, exire inter pressuras, & angustias gloriosum, claudere in momento oculos, quibus homines videbantur, & mundus, & aperire eosdem statim, ut Deus videatur, & Christus.

b In Psal. 64.

Hilarius: b Beati sunt, qui iam à Deo ad habitandum in tabernaculis eius electi sunt: sed festinare nos in consortium huius beatitudinis congruum est operationibus id, atque orationibus expertentes. Ad. 18. Lactantium in multis lapsu fuisse præsertim circa futurum sæculum. Ad. 19. Victorino eruditionem defuisse, ut testatur B. c Hieronym. Ad. 20. loqui Hilarium de statu ante Christi ascensum in cælum postea enim hac lex non habet legem.

c Epistol. ad
Magnum.

Prudentius in carmine de sancta Agneta.

O virgo felix ô noua gloria
Celestis arcus nobilis incola.

Ad. 21. loqui Prudentium figuratè: quia tam sinus Abrahæ, quam Paradisus terræstris typi sunt regni cœ-

lorum: nam quoad rem, constat huiusmodi loca esse
diversa: & tamen ea pro uno ponit Prudentius.

Ambrosius d *Acolius superiorum incola, possessor ciuitatis eternae illius Hierusalem, que in celo est, vidit illic urbis d 7. epist. 59.*
eius mensuram immensam, purum aurum, lapidem preciosum lumen, sine sole perpetuum, & haec omnia iam dudum sibi comperta sed nunc facie, ad faciem.

Ad. 23. loqui Ambros de ambiguitate cognitionis temporis, quo et generale iudicium. Ad. 24. ut ad 11.

Paulinus natali 3. de sancto Fœlice.

Ait illum superi sacra gloria luminis ambit

Florentem gemina belli pacisque corona.

Hieronym. e *de obitu Leæ, Nunc (inquit) pro breui c Epist. ad Mar-*
labore eterna beatitudine fruitur, Excipitur Angelorum cho- c ellam.
rus, Christum sequitur, & dicit, quæcumque audiimus, vidi-
mus in ciuitate Domini virtutum. Augustin. f Tertium est f 12. Genes. cap.
cælum, (vbi dixerat esse animas beatorum) quod mente 34.
*conspicitur, ita secreta, & remota, & omnino abrepta a sensi-
bus carnis, atque mundata, ut ea que in illo cælo sunt & ipsam*
*Dei substantiam, verbumque Deum, per quod facta sunt om-
nia, in Charitate sancti ineffabiliter valeat videre, & au-
dire.*

Item g Ibi. Omnes insti, & sancti qui fruuntur ver- g In Psal. 116.
bo Dei sine lectione, sine literis: quod enim nobis per pa-
ginam scriptum est per faciem Dei illi cernunt. Item h fæ- h Libro me-
lix anima que terreno resoluta corpore libera cælum petit ditationum cap.
secura est, & tranquilla, non timet hostem, neque mor- 22.
tem: habet enim presentem cernitque inde sinenter pulcher-
rimum Dominum. Item. i Per ipsum vos rogo, qui vos
elegit, qui vos tales fecit, de cuius pulchritudine iam satia-
mini, de cuius immortalitate iam immortales facti esitis de cu-
iis beatissima visione semper gaudeatis.

Ad. 25. & 26. nusquam Augustinum dubitasce ani-
mas videre Deum sed solum arbitratum fuisse, eas non
ita perfectè videre, ac post Resurrectionem, quod natu-
rale desiderium resumendi corpus non finat illas toto
conatu ferri in Deum. Atque in hoc discrepare à fœli-
citate Angelorum, quam post Resurrectionem habe-
bunt animæ.

Ad. 27. dubitasce revera aliquando Aug. de loco

DE SANCT. BEATIT.

animarum beatarum ut patet. 2. Confess. 3. *Venit Ne-*
bridius in suu Abrabæ, quidquid illud est, quod illo signifi-
catur suu &c. iam non ponit aurem ad os meum, sed spirituale
os ad fontem tuum, & bibit quantum potest sapientiam pro-
auditate sua, sine fine felix &c. tamen re diligenter con-
siderata postea de loco beatitudinis. k. alterius no-
scitum. Sinus Abrabæ (inquit) requies est beatorum pau-
perum, quorum est regnum celorum, in quo post hanc vitam
recipiuntur. Item. Sinus Abrabæ intelligitur secretum pa-
conflat ex. 2. re-

k Lib. 2. qq.
Euangelicarū
cap. 38. quem
postea scripsisse
consistat ex. 2. re-

tract. etiam ante Resurrectionem iustorum animæ vivunt cum Deo.
 1. de vita con- Prosper. 1. tunc est tentatio pimenda, quando finitur, &
 templatiua cap. pugna: & tunc est finienda pugna, quando post hanc vitam
 1. pugna, succedit secura victoria, ut omnes milites Christi,
 qui usque ad finem vitae presentis diuinitus adiuti, suis ho-
 stibus infatigabiliter resistierunt, laboriosa iam peregrina-
 tionem transacta, regnent felices in patria, cuius hoc erit to-
 tum præmium, ut vita contemplativa semel compos efficit
 inexplorabiliter autorem beatitudinis sue conspiciat &c. Ma-
 ximus

m Homilia in
Eusebium Ver-
cellensem. 4.

n In psal. Pe-
 nitential.

hominum, qui ad gaudium transit Angelorum.
 Leo serm. de sancto Laurentio. Fulgentius serm.
 de sancto Stephano. Primasius in cap. 9. ad Hebreos
 Gregor. n 1. Beatitudo & animabus Sanctorum ante
 Resurrectionem tribuitur, & corporibus nibilominus
 post iudicium conservatur. Beda & Haymo in 6. Apo-
 calyp. Anselm. o in 2. Corinth. 5. Sulpitius epi-
 stol. ad Aurelium Diaconum de obitu B. Marti-

o Predicatores ni Bernard. epistola ad fratres de Hybernia: *Absit*
Ecclesiæ, posquam ut tua nunc, o Anima sancta, (Malachia scilicet)
midie corporibus nus efficax estimetur oratio, quando presenti viuimus sup-
execunt: nequa- plicare est maiestati, nec iam in fide ambulas, sed in specie
quam per mora regnas &c. Cum ad fontem ipsum charitatis procumbis
rum spatio, si pleno bauriens ore, cuius & ipsa prius silliçida sciebas.

cut antiqui PP. At fides non euacuatur in iustis, nisi per visionem Trini-
celestis Patriæ ratis.
 perceptione dif- Ad. 28. ut ad. 25. & 26. imitatur enim hac in
 feruntur sed mox parte Bernardus Augustinum. *Anima P sanctæ (in-*
vit à eternis col-
ligatione excut in cœlesti sede requiescunt. p Serm. 3. de omnibus Sanctis.

quit) quas propria Deus insigniuit imagine te (caro) desiderant: ipsarum sine te compleri letitia, perfici gloria, consumari beatitudo non potest. Adeò siquidem vigeret in eis desiderium hoc naturale, ut necdum tota earum affectio libere perget in Deum sed contrahatur, quodammodo & rugam faciat: Interim explicans quid sit esse nunc in atris, & post resurrectionem in Domo Dei, Acceperunt (inquit) iam singulis, sed non vestientur duplicitibus donet vestiamur & nos, stola enim prima est felicitas, & requies animarum: Secunda vero immortalitas, & gloria corporum.

Dices ergo post resurrectionem augebitur gloria animae. Igitur nunc non est plenè beata.

Respondeo, concedi totum in rigore, sed non comedendo ab omnibus, q^{uod} Magister, D. Thomas ^{q. 1. par-} Bonavent. & Richard. u. Mafil. in. 4. fatentur au- te. 4. geri tunc essentialem gloriam. 1. quia anima perfe- f. Ibidem articu- ctius habet esse in corpore, quam extra. Ergo tunc cul. 1. q. 1. perfectius operabitur. 2. quia propter inclinationem t. Ibid. articul. ad corpus nunc distrahitur. Contraria opinio est ve- 2. q. 7. rior D. Thomæ. 1. 2. q. 4. ar. 5. Caiet. ibid. & Du- u. Ibid. q. 13. ar. 9 randi x. iii. 4. quæsolum accidentalis gloriae augmen- x. D. 49. q. 7. tum in beatus agnoscit. 1. quia si cresceret essentialis, vel in ratione obiecti, vel luminis gloriae, vel potentiae: non primum quia est semper idem Deus: neque secundum, quia non augetur nisi crescat gratia, hæc autem post hanc vitam non crescit: neque tertium, quia anima ad visionem beatam phantasmate non eget, & proinde tam est perfecta eius duntaxat operatio extra, quam intra corpus. 2. quia y. Benedi- y Supra. ctus. 12. definiuit continuari visionem beatorum usque ad Resurrectionem, & deinceps in æternum, quibus insinuare videtur, illam nusquam augendam: imò expresse definitissime Benedictum non augendam gloriam post resurrectionem, nisi extensiùe testatur z. Joan. Villanus se audiisse à Theologis, qui interfuerunt huic definitioni.

Ad. 1. animam secundum se semper esse eandem, quia non suscipit maius aut minus: quare non habet melius intra quam extra corpus, nisi extensiùe, quia

DE SANCT. BEATIT.

suum esse communicat corpori. Ad. 2. sicut amor medicinæ non impedit amorem sanitatis , quia ordinatur ad sanitatem , & missio Angeli ad exteriora non impedit illius gloriam : sic nec illa inclinationem animalium ad corpus suam visionem perfectam: quia hæc inclinatio ordinatur ad amorem Dei.

Idem rationibus in scriptura fundatis.

C A P. VI.

a *Luc. 16. v. 23.*
Diues autem cū
in tormentis es-
set.



Rima, Deus non est ad puniendum pronior , quam ad remunerandum sed impiorum animæ a nunc in inferno torquentur: ergo & iustorum sine macula, & reatu, statim a morte, beantur. Probatur minor *Lucæ 16.*

b ut contendunt tñ Lazarum ad fratres suos. Respondet Abraham: habent Moysèm, & Prophetas. At siue sit res gesta siue b parabola: nec vera, nec verisimilis esset, si tantum de tempore & futuro post resurrectionem intelligenda veniret: tunc enim non erunt homines in terra quomodo ergo audient Moysèm, Prophetas? igitur saltem erit figura status damnatorum ilicet post mortem.

Secunda, Ante Christi aduentum sancti non inuocabantur, postea vero inuocantur a tota Ecclesiâ catholicâ , & ita faciendum docent P. Graeci & Latini. Ergo non sunt in limbo , alioquin non different ab antiquis statu At non potest dici ubi sint post limbum , nisi in Paradiso. igitur in eo sunt.

Tertia, Ante Christum mors desfiebatur sanctorum, post , cum latitia celebratur: ad quid hoc , nisi quia tunc mori miseria erat , nunc vero fœlicitas?

Quarta, non est æquum mercedem retineri cum debetur, & reddi potest. d *Leuit. 19. Non morabitur apud te*

opus mercenary tui usque mane: At post mortem debetur sanctis vita æterna & nihil est quod impedit reddi: d. v. 13. sunt enim sine reatu, & macula, ac ianua cæli aperta est per Christum. Igitur cum Deus sit maximè iustus, eam statim reddit.

Quinta non conuenit ut affligantur, qui nullum habent reatum, aut peccatum, cuiusmodi sunt sancti. e. *At spes quæ differtur affligit animam.* Ergo non differunt satiari in sanctis.

Ad 29. tunc reuera futurum examen publicè, antea e. *Pionerlio. xii.* vero fieri priuatim. Nec tamen frustra erit illud publicum, & generale 1. quia tunc coram omni mundo in iustitia, & misericordia sua clarificabitur Deus. 2. clarificabitur Deus homo, ut qui tanquam reus fuit iudicatus corā omni populo, appareat iudex gloriosus coram vniuerso mundo. 3. ad bonorum gloriam, qui facti ante spectaculum mundo, & Angelis pronuntiabantur victores, ad ignominiam etiam malorum. 4. quia totus homo iudicabitur, id est secundum animam, & corpus. 5. quia nondum sunt completa bona, & mala opera defunctorum, quatenus reliquerunt malum, vel bonum exemplum, aut doctrinam, vnde alii bene, vel male agant: & proinde neque absoluta gloria, & damnatio accidentalis.

Ad 30. etsi non ante resurrexit, ascenderit in cælum, materialiter: tamen semper in eo fuisse formaliter, id est in vera beatitudine.

Ad 31. negatur conseq. primò quia hæc non sunt duo supposita, sed duæ partes vnius: & proinde non sit iniuria vni, si altera ante illam beetur: maualt enim suppositum vnam suipius partem beati quam nullam. 2. quia etsi duo essent supposita, tamen anima concurrit principaliter ad meritum quod in ea sola formaliter est corpus autem instrumentaliter tantum. 3. quia etsi ex quo concurriterent, tamen anima est capax gloriæ ante resurrectionem, non autem corpus.

Ad 32. negatur anteced. Ad 1. probationem non posse defendi hac in parte hos PP. ad 2. resp. expectare dæmones non essentialē damnationem quam semper

DE SANCTI. BEATI.

secum gerunt, sed detinendi in abyssum, nusquam exituros. Hoc enim maxime horrescunt. 1. quia amplius non poterunt hominibus nocere. 2. non poterunt extorquere cultum ab hominibus. 3. patebit eorum fraus, & imbecillitas, cum victi fuerint a pueris, mulieribusque. 4. quia ab hominibus etiam iudicabuntur.

Sanctos recte ab Ecclesia canonizari.

C A P . V I I .

 Anonizatio, est publicum Ecclesie testimoniū de vera sanctitate, & gloria alicuius defuncti, & simul iudicium quo illi decernuntur honores debiti, numero septem.

Primo, ascribi in catalogo sanctorum. 2. inuocari in publicis Ecclesiae praecibus. 3. templa, & aras dedicari Deo in memoriam eorum. 4. canonicum officium & Eucharistiam Deo in eorum offerri honorem. 5. dies festos in eorum celebrati memoriam. 6. eorum imagines pingi circumdante depicto lumine caput, vel corpus. 7. eorum reliquias preciosis thecis includi, & publicè honorari. His præmissis, probatur utile esse sanctos canonizari. Primo, quia voluit Deus glorioſam vitam, & mortem iustorum a scriptoribus sacris specialiter annotari ut Ecclesiastici 44. vsque ad 49. inclusione: Et in actis Apostolorum pallim. Igitur credibile est Deum velle ut deinceps ita fiat.

Secundò, tenemur sanctos honorare, Ecclesiastici 44. v. 15. Sapientiam ipsorum narrant populi, & laudem eorum numerat Ecclesia. Id enim & eorum virtus meretur, & nobis proficit ad eorum intercessione plurima beneficia obtinenda. At nisi sciamus qui sunt veri sancti, quomodo honorari poterunt a nobis?

antistes, & Martyr salutem sepius infirmis supplicantibus
prosternat. Beda libro. 4. 1 in Cantica. Anselm. libro
de excellentia virginis Mariæ. Bernard. ^m In peri-
culis (inquit) in angustiis, in rebus dubiis Mariam cogita,
Mariam inuoca, non recedat ab ore non recedat à cor de
e. Quinto cùm B. o Bernardus contra heresim nobis
hac in re aduersam prædicaret Tholosæ, populus ob-
tulit ei benedicendos panes, ille crucis edito signo be-
nedicebat dicens: In hoc scitis vera esse quæ à nobis, fal-
sa quæ ab hereticis suadentur, si infirmi vestri gustatis pani-
bus istis adepti fuerint sospitatem. Episcopus Carnotensis
ibi præsens adiecit: Si bona fide sumperint sanabuntur:
Non hoc dixi (inquit Bernardus) Sed vere quicumque
gustauerint, sanabuntur, ut veros nos, & veraces Dei nun-
cios esse sciatis. Tam ingens autem deinde multitudo
languentium, gustato illo pane, conualuit, ut per to-
tam prouinciam verbum hoc diuulgaretur. At quod
Deus miraculo probauit evidenti, non potest non esse
verum.

Sexto, ex infinitis sermè miraculis editis ad sancto-
rum inuocationem de quibus vide Nili epistolam reci-
tatam in. 7. Synodo Theodorei. 5. cap. 24. hist. Am-
bro. serm. 90. Aug. 22. Ciuit. 8. Gregor. Turonic. libris
de gloria martyrum Gregor. Rom. 3. dialogor. à cap. 22. P Ita Brentius
ad 37. inclusuē.

Resp. Primò, loqui PP. per profopopeiam quomodo
alloquimur cælum, terram. Contra. 1. id nequit habere
fionis Vvitem-
bergicæ.

k Ideò omnes
cursus naturæ
virgo Maria in
Domino nostro
Iesu Christo
suscepit, ut om-
nibus ad se con-
fugientibus fa-
minis subueni-
ret.

^l Circa finem.
^m Capit vltimo.
ⁿ Serm. 2. super
Missus.

^o Lib. 3. ritus c. 5.

DE SANCT. BEAT.

locum in PP. illis, qui docent sanctos esse inuocandos, vel narrant inuocatos fuisse. 2. neque etiam in illis qui alloquuntur sanctos : nam cum alloquimur per prospopeiam inanimata, vel ea quæ non percipiunt: non expectamus auxilium ab eis. At huiusm. PP. ibidem pollicentur auxilium inuocantib. sanctos.

*qita Calvin. 3.
Inst. cap. 2.*

r 22. Civit. 10.

9 Secundò, PP. voluisse hanc superstitionem prohibere, sed non præualuisse. 1. quia in Concilio Catthag. 3. cap. 23. prohibetur ne precibus ad altare oratio dirigatur ad alium quam ad patrem. Ergo noluerunt inuocari sanctos in mysterio cenæ. 2. quia Aug. 1. ait sanctos non inuocari à sacerdote sacrificante.

Negatur propositio. Ad 1. probationem negatur consequentia. Nam de inuocatione sanctorum nec quidem unum verbum habetur in hoc Concilio, sed solum præcipitur, ut oratio sacerdotis offerentis sacrificium dirigatur ad personam patris: non autem filij, aut Spiritus sancti, quod etiam nunc seruamus. Ad 2 agit Aug. de prece qua sacrificium offertur, [quæ reuera ad solum Deum refertur]

Soluuntur argumenta contraria.

C A P. XX.

a v. 14.

*nec in uocatores
sunt in inservi.*

b 16.

c v. 12.

*et in inuocatores
non in inservi.*



Rimum, ille solus inuocatur in quem credimus. Roman. 10. a *Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt. Sed nō credimus nisi in Deum.* Ergo ille solus inuocandus.

Resp. 1. negando maiorem. Nam Genes. 48. b *Inuocetur (inquit Iacob) nomen meū super pueros hos, & nomina patrum meorum.* Ad probationem, loqui Paulum de inuocatione suprema, siue supremi authoris, præcedit enim: c *Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* 2. negatur minor, quia sic ut sequit inuocari Deus, nisi credatur esse, ita nec sanctos, nisi creda-

mus eos esse Dei amicos. vnde Paulus d *Gratias ago d ad Philemo-*
Deo meo, audiens charitatem tuam, & fidem, quam habes in nem. v. 4.
Domino Iesu, & in omnes sanctos. In quem locum B. Hie-
zon ostendit etiam in sanctos haberi debere fidem.

Secundum, *vnius est mediator Dei, & hominum, homo*
Christus. i. Timoth. 2. v. 5. Ergo ei iniuriam facit qui alias
 introducit mediatores.

Ad anteced. Christum esse vnicum, & solum media-
 torem mediatione personæ, redemptionis, & supremæ
 interpellationis ad Deum pro nobis quod nullo me-
 diatore indigeat. Ad consequēt. negatur: quia hoc
 non impedit quin sint alii inferiores mediatores inter-
 pellantes ad Deum pro nobis, per Christum.

Tertiò, e Coloss. 2. *Nemo vos seducat volens in hu-*
militate, & religione Angelorum, que non vidit ambulas &c.
 quo in loco prohiberi cultum Angelorum docet Theo-
 doret. in hunc locum.

Quartò, *Syodus que conuenit Laodice. e inquit f Theodo-*
dor. que est Phrigie metropolis, lege prohibuit, ne precaren-
tur Angelos, & in hodiernum diem videre licet apud istos
 (id est Iudeos in Phrigia & Pisidia) *oratoria sancti*
Michaelis.

Ad tertium respondeo solum damnare hæresim Si-
 monis Magi, docentis quosdam Angelos cultu latræ
 venerandos, tanquam minores Deos, qui mundum fa-
 bricauerunt, per prophetas fuerunt locuti, & per quos
 solos summis, qui inuisibilis est, placari potest. Ita ex-
 ponunt Paulum & Chrysost. h Oecum. Theophylact.

Hierony. nec aliud vult Theodoretus.

Ad 4. Item. Sic enim Concil. habet: ^k *Non oportet*
Christianos derelicta Ecclesia abire, & ad Angelos idolatriæ
abominande congregations facere, que omnia interdicta sunt.
Quicunque autem inuentus fuerit occulte huic idolatriæ va-
cans, anathema sit: quoniam derelinquens Dominum nostrum,
Iesum Christum accessit ad idola.

Quintò, *isti se non putant* (inquit I Ambros.) *reos qui*^l *in cap. 1. ad*
honorem nominis Dei deferunt creaturæ, & relicto Domino^{Rom.}
conservos adorant, quasi sit aliquid plus, quod seruetur Deo-
nam ideo ad regem per tribunos, aut comites itur, quia homo
qui quis est Rex, & nescit quibus debeat reipublicam credere.

DE SANCT. BEAT.

ad Deum autem (quem utique nihil latet, omnia enim merita nouit) pro merendum suffragatione, non opus est sed mente deuota.

Resp. reprehēdere solum Ethnicos qui astrorum cultus non secus ac Deos colebant, per quos tantum esset summus accessibilis Deus. huiusmodi nāque mediis siue suffragatoribus Deus non eget cū noscat omnia per se quamvis nihilominus egeamus nos suffragatoribus quibusdam ad eum.

m 8. ad Grecos. *Sexto, suos (inquit m Theodore) mortuos Dominus Deus noster in templo pro diis vestris induxit: ac illos quidem cassos gloria, vanisque reddidit suis autem martyrib. honorem illorum dedit &c. Eigo honoramus sanctos planè vi Deos.*

[Negatur conseq. 1. quia Theodoreus ait hunc honorem datum sanctis a Deo. At Deus non dedit indebitum honorem id est suum, sanctis suis.] 2. quia nihil aliud vult quam templo, & festa taliorū Deorum translatā ad usum templorum, & festorum Martyrum more Christiano.

n 2. contra Parmenianum. 8. *Septimo, n Si Iaannes (inquit Aug.) ita diceret: hec scripsi vobis ut non peccetis, & si quis peccaverit, mediatorem me habetis apud patrem, ego exoro pro peccatis vestris: sicut Parmenianus quodam loco mediatorem posuit Episcopum inter populum, & Deum, quis cum ferret bonorum, atque fideliū Christianorum? Item: o Si esset mediator Paulus, essent utique, & ceteri coauctori eius, ac sic multi mediatores essent, nec ipsius Pauli constaret ratio qua dixerat unus Deus, unus mediator Dei, & hominum.*

Resp. loqui de tertio genere mediationis, ita enim ibi: *homines omnes Christiani in unum se commendant orationibus suis, pro quo autem nullus interpellat, sed ipse pro omnibus, hic unus, verusque mediator est, Sancti enim ceteri et si mediatores sint inter Deum, & nos, quia suis precibus nobis reddunt propitium Deum: tamen & ipsi indiguerunt reconciliari Deo per mediatorem Christum, & nunc etiam non nisi per Christum impetrant.*

Ostatō, sancti defuncti non cognoscunt viuentium preces. Ergo frustra inuocantur. Anteced. probatur. 1. quia soli Deo tribuit P scriptura scire cogitationes hominum. 2. Sine nobilis (inquit q. Iob) fuerint filii eius,

sue ignobiles non intelliget scilicet homo cum mortuus fuerit. 3. Ecclesiastæ. 9. v. 5. *Videntes sciunt se morituros,*
mortui vero nibil nouerunt amplius. 4. ^r Colligam te ad ^r 4. Reg. 22. v.
Patres tuos (inquit Dominus ad Iosiam) *vt non videant* ^{20.}
oculi tui omnia mala, que introducturus sum in locum istum.
5. Isaiae. ^f 63. *Tu es enim pater noster,* & Abraham nesci- ^f v. 16.
uit nos & Israël ignorauit nos. 6. ^t *Si Parentes* (inquit ^t libro de cura
Aug.) *non intersunt, qui sunt alij mortuorū, qui nouerunt pro mortuis c. 13.*
quid agamus, quid patiamur? *Isaias propheta dicit: Abra-*
ham nos nesciuit &c. & ibidem id inde probat quod ma-
ter sua Monica, quam beatam putabat, non veniret eum
consolari. 7. *quia saltem hac de re dubitarunt Patres*
u Nazianz. *Si tibi* (alloquitur Gorgoniam sororem ^{u in fine oratio-}
defunctam) *aliqua nostri sermonis fratio,* & hoc sanctis a ^{nis in Gorgoniam}
Deo munus, ut talia resciscant suscipere nostrum sermonem mul-
torum Epitaphiorum loco. ^x Aug. *Quisquis Angelorū, vel* ^x lib. de vera
hominum diligit hunc Deū, certus sum quod me etiā diligit: *Religione c. 55.*
quisquis in illo manet, & potest humanas preces sentire, in illo ^y lib. 2. *in ep. ad*
me exaudit. ^y Otigen. *Si extra corpus positi, vel sancti qui* ^{Rom.}
cum Christo sunt agunt aliquid, & laborant pro nobis ad simi-
litudinem Angelorū. &c. habeatur hoc quoque inter occulta
Dei, neque chartule commitenda Mysteria.

Relip. 1. negatur anteced. et si non sit adeò certum
 quomodo sancti cogitationes cognoscant. Alij enim
 volunt id per nouas reuelationes fieri à Deo.

Alij ^z videre sanctos a principio suæ beatitudinis
 omnia ad eos aliquomodo spectantia & proinde qual-
 cumque nostras orationes nostras etiam cordium, ad
 se directas quod probabilius est. Si enim egerent sem-
 per noua reuelatione, non ita diceret audacter Ecclesia
Orate pro nobis sed aliquando peteret a Deo, ut reuelaret
 sanctis preces viuentium.

Ad 1. probationem naturaliter solum Deum co-
 gnoscere cogitationes cordium, sanctos autem non
 nisi dono supernaturali.

Ad secundā ^z & 4. intelligi de cognitione naturali. ^a in hunc locum.
 Ad 5. intelligi iuxta ^a Hier. de cognitione appro-
 bationis, vt idem sit nesciuit nos, & nos non habet pro
 filiis, sed contemnit, quod intelligat nos a terecessisse:
 vel de cognitione quidem propriè dicta, quia anti-
 qui Patres reuecia ignorabant communiter res & actus

^z ita D. Thom.
^b p. q. 10. ar. 2.

DE SANC. BEAT.

suorum, cùm nondum essent beati.

b cap. 16.

Ad 6. loqui Aug. de naturali cognitione, & conuersatione. *Non igitur b* (inquit) ideo putandum est viuorum rebus quolibet interessere posse defunctos, quoniam quibusdam sanitatis, vel adiuuantis Martires adiungunt, sed ideo potius intelligendum est, quod per diuinam potentiam Martires viuorum rebus interessari, quoniam defuncti per naturam propriam viuorum rebus interesse non possunt.

c v. 17.

Ad 7. negatur ad Gregorium illud (f) non esse dubitantis, sed affirmantis sicut illud Apostoli ad Philemonem: *c Si habes me socium suscipe illum.* Nam idem Gregor. passim fatetur sanctos res cognoscere nostras. Ad Aug. illud, *Quisquis in illo manet*, non significare quisquis est cum Deo in beatitudine, sed quisquis est in charitate, alii enim sunt in charitate, & beatitudine: & ipsi exaudiunt preces: alii in charitate, & nondū beati & ipsi non audiunt. Propterea dixit. *Quisquis est in Charitate & potest &c.* Ad Orig. vt in 2. responsione ad sextum, solumenim ambigit utrum beatæ animæ nobiscum versentur assidue, sicut Angeli.

Respond. 2. negando conseq. nam et si non audirent nostras preces, sufficeret tamen alios, vice eorum audire, & sanctorum nomine rem impetrari: sicut non frustra supplicat regi, qui certò scit regem non lecturum supplicationem, sed aliquem ex aula, se tamen impetraturum quod petit.

d Job vlt. v. 8.

e homilia de profectu Euangelij tomo. 3.

Nonò, Deus est paratissimus nos audire magisque diligit, quam ullus sanctorum. Ergo illum non invocare est signum dissidentiae. Negatur conseq. primò, quia alioquin signum etiam dissidentiae esset preces viuentium petere, & tamen *d misit Dominus ad Iob amicos eius*, vt oraret pro ipsis 2. quia etiam Deus magis diligit sanctos, & paratior eos audire, quam nos: oratio enim vt impetraret, requirit dispositionem in orante, quam non semper habemus.

Decimò, *Non opus tibi* (*e inquit Chrys.*) patronis apud Deum, neque multo discursu, vt blandire aliis, sed licet solus sis patronoque carcas, & per temetipsum preceris Deum, omnino tamen voti compos eris, neque enim tam facilè Deus annuit, cùm alij pro nobis orant, vt ipsis met oramus, etiam plurimi

placimis pleni sinus malis.

Resp. 1. loqui de inuocantibus mortalium preces, vt patet ex his. Non est opus multo discursu, vt blandiare alii &c. 2. solum reprehendere illos qui negligunt pro seipso orate. Non igitur f (inquit) Oscitantes, & desides f homil. 5. in ex aliorum meritis pendeamus : habent enim vim pro nobis, Mathæum. & quidem maximam, orationes supplicationesque sanctorum, sed tunc profecto, cum nos quoque id ipsum per penitentiam postulamus. g His itaque cognitis nec sanctorum preces contemnamus, neque totum in illas proiiciamus.

Vndeциmó, verbo, & exemplo docuit Christus solum esse inuocandum Patrem. [Respond. nusquam dixisse solum patrem esse inuocandum: solum tamen inuocauit, quia Christus est mediator, sine mediatore, siue pro quo nullus interpellare potest.]

Duodecimò nullum extat scripturæ mandatum, vel exemplum aut promissio de inuocatione sanctorum. Ergo inuocandi non sunt.

R. 1. negatur anteced. Nam Iob. vltimo dicitur? *Ite ad seruum meum Iob, ecce mandatum: & orabit pro vobis, en exemplum. & ego suscipiam faciem eius, ut non vobis imputetur stultitia:* Ecce promissio, nec refert Iob tunc fuisse viuum, & presentem: nam etiam beatæ animæ maxime viuunt, & tam facile nos audiunt ac si loco præsentes essent. 2. non requiri mandatum quando ipsa nos impellit necessitas: nec promissionem cum tot prodigia ad inuocationem sanctor. edita satis testentur exaudiendi preces, exempla vero vide supra. 3. negatur conseq. etiam si antecedens admitteretur, tum quia sufficit totius Ecclesiæ à tempore Apostolorum consuetudo, & doctrina, tum quod etiam sequeretur sanctos non orare pro Ecclesia in genere: cuius contrarium confessio[n]e tuerintur.

Decimò 3. *Nemo audet causidici partibus apud terrenum principem funzi, nisi a Principe admissus.* Sed sanctis non fuit iniunctum munus pro nobis erga Deum otandi.

Respond. 1. sanctos non haberi à nobis causidicos qui iustitiam non misericordiam petant, sicut causidici

DE SANCT. BEAT.

terreni, sed haberi ut familiares & amicos principis, qui sèpè pro misericordiis intercedunt. [2. negatur minor : non enim de facto orarent ut probauimus, nisi eos ad id munus admisiſſet Deus.]

Decimò 4. Deus à quæ potest quod liber præstare, ad unius quam plurium intercessionem sanctorum. Ergo frustra ab uno petitur unum, ab alio aliud.

Negatur conseq. [1. quia etiam sequeretur frustra plures gratias gratis datas in Ecclesia uno distribui a spiritu sancto pluribus, quæ ab uno si vellet exerceri possent.] 2. cum h. August. ubique quidem (inquit). Deus est, & nullo continetur, vel includitur loco, qui condidit omnia. Verumtamen quis potest eius consilium perscrutari, quare in aliis locis haec miracula fiant? in aliis non fiant &c. Sicut enim dicit Apostolus non omnes sancti habent dona curationum: ita nec in omnibus memorii sanctorum, ista fieri voluit ille, qui diuidit propria unicuique, sicut vult. 3. non ita aliquid unum petimus ab aliquo sancto, quin & cætera posse præstare confidamus. quia tamen alii aliis magis clarent, in aliquo miraculorum genere, & varia est fidelium deuotio, fit ut ad varios etiam sanctos vota fidelium ferantur.

Decimò 5. Sancti in cælo nihil sibi mereri aut impetrare possunt. Ergo multo minus aliis.

Respond. ex precedentibus meritis meruisse, suas orationes & pro se, id est pro gloria corporis sui, & pro nobis exaudiri.

Decimò 6. omne præmium acceperunt. Ergo nihil eis debetur.

Respond. omne præmium esseſtiale recepisse, sed non accidentale. Ad quod spectat & gloria corporis, & exaudiria Deo.

Decimò 7. Multi inuocantur qui nec quidem homines fuerunt ut Christophorus, Georgius, Catharina.

Respond. 1. nullum coli sanctum ab Ecclesia, quin reuera fuerit, et si multæ circumferantur de sanctis apocryphæ historiæ: nam Christophorus, Georgius, Catharina sine dubio extiterunt, nec contrarium

probare aduersarii possunt. 2. & si esset vera argumenti
propositio , tamen nihil inde sequeretur, nisi in hoc
Eccl esiam errare. At sanctos de quorum beatitudine
nec quidem hæretici dubitant, quare renuunt colere, ut
B. Mariam, & Apostolos?



LIBER SE- CVNDVS,

Qui est,

De reliquiis, & imaginibus sanctorum.

Argumenta contra reliquiarum cultum.

CAP. I.

ET si Hieron. ep. ad Riparium originem hæresis, oppugnantis reliquias sanctorum ad Iudæos, & Samaritanos referat: & hoc laborasse velit errore illos contra quos Tertullianus scripsit Scorpia cum, id est Gnoiticos: tamen Iudæi, & Samaritani omnia quidem corpora credebant, immunda, verum in particulari de corporibus sanctorum nihil disputatione. Gnostici autem solùm negabant martyria esse subeunda. Ex quo

a Suidas in Co- videbatur deduci nō colenda martyrū corpora. Primus pronymo. ergo hæresis author fuit Eunomius, quē postea sequuti

b apud Ionam lib. 1. de cultu sunt Vigilantius, a Constantinus Copronymus, b Claudio Taurinensis c Vviclefistæ, Lutherani imaginum. Cali initæ.

c apud Vvald. Primò, quia Math. d 23. arguuntur à Domi. Iudæi tom. 3. tit. 14. quod ornarent Prophetarum sepulchra. Secundò, quia d ad finem cap. in tumulis sanctorum nec eorum animæ, nec corpora

e Deut. vlt. v. 6. sunt, sed solum cineres. Tertiò, e abscondit Deus

Moyſi corpus ne Iudei illud adorarent, vt fatentur omnes: propterea enim f altercabatur Diabolus cum f *ep. Iude. v.9.*
 Michæle Archangelo pro huius corpore. Quartò Paulus docet non esse secundum carnem cognoscendū Christum post resurrectionem suam. Quintò, cultus reliquiarum non est institutus à Deo. At Paulus 2. Coloss. v. 23. damnat omnem ~~idolatrias~~, cultum voluntarium, id est ab hominib. excogitatum.

Sextò, in veneratione reliquiarū statim honor Christo debitus, ipsis tribuitur, quia passim cerei accēduntur coram Martyrum sepulchrīs: quod cùm obiiceretur Herony. a Vigilantio, nihil aliud respondere potuit, quam id fieri a mulierculis quibusdam quæ zelum habent, sed non secundum scientiā. Vnde constat id fieri solitum ut cultum Deo debitum. 2. quia August. libro de moribus Ecclesiæ. c. 34. reprehendit sepulchrorum adoratores. Septimò, maxima pars reliquiarum supposititia est. 1. Aug. enim libro de opere monachorum. cap. 28. cùm dixisset quosdam monachos circumferre martyrum membra, addidit *si tamen martyrum.* 2. quia tam multæ eiusdem generis inueniuntur reliquiæ, ut oporteat vel eundem sanctum multa habuisse corpora, vel multas esse reliquias falsas.

Mendacia Magdeburgensium.

CAP. II.

Primum : centuria. a 6. dicunt eo sæ- a in ipsa prefa-
 culo id est post an. 500. cœpisse reliquia-
 rum cultum, occasione templorum, quæ
 in gentibus exstrebabantur sumptib. cen- b c. 7. col. 744
 turia. b 5. cœpisse ante quingentesimum c. c. 6. col. 456.
 centur. c 4. inchoasse sæculo. 4. quando iussu Iu- & ca. 13. colum-
 liani Apostate, reliquiæ sancti Babylæ d translatae 1446.
 sunt. In e additione ad centuriam primam fatentur d *circa an. 365.*
 fuisse SS. Andreæ, & Lucæ reliquias summo cum hono- e *In vita sancti*
 te Constantinopolim translatas à Constantino, teste Luce.

DE RELIQ. SANCT.

f lib. contra Vigilantium.
g cap. 3. col. 31. & sequentib.
h ex Eusebio lib. 4. histor. 14. in Russino. 15. i 3. ep. 30.

Hieron. Centuria. 8. 2. referunt epistolā h Eccl. Smyrnenis de martyrio Polycarpi, in qua narratur Christianos collegisse incredibili auiditate reliquias id est cineres Policarpi, *Ac si essent lapidibus preciosissimis preciosiores, & auro probatissimo probatores.*

At hæc mira cōtrarietas nequit esse sine mendacio aper-
to. Sed neque tunc temporis cōspicit reliquiarum honor.
Nam i B. Gregorius scribit venisse fideles ex Oriente,
ipso tempore passionis Petri, & Pauli, qui horum re-
liquias tanquam suorum ciuium peterent, cumque eas
ad secundum lapidem detulissent ab urbe, diuino im-
peditos fuisse miraculo vterius progredi: & tum a Ro-
manis reconditas apud Catacumbas.

k unde eas po-
stea Cornelius 1 Secundum: hæc esse Gregorij verba: *In Vigilantium Papa translulit ita conuiciis debacchatur Hierony. ut plusculum in eo mode-*

in locū quo nūc stet cogar desiderare. At nullius Gregorij, sed rasmi sunt,

iacent, teste Da-

māso in Pontifi- in argumento ad librum Hieron. contra Vigilantium.

cali. scribit superstitionem & magnum concursum multitudinis ad

l Centuria 4. c. 8. eas in Africam usque factum dementatis populis, quibusdam

colum. 602. illusionibus, que pro miraculis habite sicut libro de Ci-

m Centur. 5. c. 6. uit. Dei 22. cap. 3. At non solū in illo capite, nulla est

col. 669. dementationis, aut illusionis mentio, sed in ipsomet

intendit Augustinus probare exemplis, fidem catholi-
cam veris non carere miraculis.

n Quattum: testari Theodoret lib. 8. de Martyribus
n Centur. 5. c. 15. melius sensisse Iudeos de reliquis, eas contemndo,
colum. 1506. quām Christianos, colendo. Sed nihil simile Theodo-
ret: habet.

o Quintum, simulasse de industria Diabolum se
o Centuria 4. c. impediti in Apollinis Oraculo ob viciniam reliquiarū
13. colum. 1446. sancti Babylæ martyris: ut introduceret translationis &
venerationis reliquiarum usum. Contra, i. id repugnat

P Chrysost. lib. omnibus P authorib. qui de hoc miraculo scripserunt.

contra gentiles 2. iam antea 9 fuerant illæmet reliquiae translatæ ex

Russin. 1. cap. 36. Antiochia ad viciniam illam, nimirum ad suburbium

Socrat. 3. ca. 18. Daphne. Ego non erat cur introduceretur translatio

Sozomen. 1. cap. 19. Theodoret.

3. cap. 10. q. teste Chrysost. supr.

reliquiarum veneratione gaudet. Cur ego semper incitauit Iudeos, Ethnicos, & haereticos ad reliquiarum exterminationem?

^r Sextum: impediuisse Deum fabricam f Juliani,
(antequam aperte fieret Apostata) quam extruere nite-
batur in honorem S. Mamaantis martyris, ut indicaret
Dominus sibi hunc displicere cultum.

^t Centur. 4. c. 13.^{col. 1447.}^l hac de re vide

Sed cur ergo non impediuit fabricam Galli alterius Nazianz. orat. 1.
nepotis Constantii, in eundem finem tentatam. Verum in Julianum.
huius causa miraculi fuit, Deum, & Sanctum illum
martyre execratos fuisse occultum Juliani corruptum
animum.

^t Septimum: a nobis coli diuinias reliquias honori- t in praesatione
bus, & inuocari ac si penitus viuerent. Sed hoc nullus 6. Centurie.
vnquam Catholicorum fecit aut dixit.

Reliquiae Sanctorum dignae sunt honore.

C A P . III.

Rimò, Moses discessurus ex Aegypto ho-

^a Exodi 13. v. 19^b Deuter. ult.^{v. 6.}^c 4. Regum 14.^{v. 21.}^d Jsaie 11. v. 10^e Epist. ad Mar-^{cellam ut migrat}^{Bethlehem.}

norifice a transfluit Patriarchæ ossa Ioseph

Secundò, Deus honorauit corpus Moysi
dum illud b sepelire voluit. Tertiò, ossa

c Elisei cum tetigissent mortuum hominem, ilicò reui-

xit mortuus.

Quartò, legimus de sepulchro Domini d et erit sepul-
chrum eius gloriosum: Quod spectare ad tempus etiā post
Christi resurrectionem e Hieronymus testatur. [Por-
rò id nequit intelligi de magnificientia structuræ ut pa-
tet: & proinde intelligi debet de veneratione.

Quintò, f mulier hemoroïlla reuerenter, & cum fide
fimbriam Christi tangens sanata est. At haeretici etiam
reprehendunt cultum exhibitum cruci, clavis, vestibus
Christi.

Sextò, fideles, suos exponebant g infirmos, ut venie-
te Petro saltem umbra illius abumbraret quemque illorum,
& liberarentur omnes ab infirmitatibus. Itē h semicinctia h Astorum. 19.
& sudaria Pauli deferebant ad ægrotos, & cōualeſcebāt. v. 12.

DE RELIQ. SANCT.

Septimō, ex Conciliis: ex Oriente habemus Nicenū
2. quo i iubetur deponi clericus, excōmunicari laicus,

i. Aclīone 7. in qui reliquias martyrum contempserit Ex Africa Carth.

Gangrense canō. 5. can 14. quo prohibentur ædificari altaria, nisi reliquiæ

ultimo anathematizantur qui martyrum adfint. In Hispania, Bracarense 3. can. 5. statuit

martyrum in supplicationibus gestari debere ab Episcopo reliquiæ

martyrum me arum thecam populo partim præcedente, partim sequē-

morias, id est lo te. * Epainense in Gallia iubet reliquias Sanctorum in

vbi sunt reli Ecclesiis non ponи, vbi desunt Clerici, qui sacris cime-

quie martyrum ribus psallendo, famulentur. In Germania. ¹ Mogun-

rexerantur. tinum vetat transferri corpora sanctorum sine consilio

Episcopi, & licentia sancte Synodi. In Italia Lateranen-

vbi Carolo Ma se m 4. prohibet nouas proponi reliquias publice ve-

gno can 51. nerandas sine summi auctoritate Pontificis.

m cap. 62. unde Octaudo, ex PP. n Eusebius loquens de sede lignea

est lex Canonica S. Iacobi. Seruatur (inquit) cum ingenii studio, velut a ma-

exp. Cum ex eo. toribus tradita, memoria sanctitatis, & cum magna venera-

de reliquis, & tione habitur. Athanas. ^o in Antonio. Basilius. ^q Quan-

do sanctorum vene- do Iudaicè quis moriebatur, abominabilia erant morticinia:

nat. cui similis cum pro Christo mors contingit, preciosæ sunt reliquie sanctorum

exstant circulis C de eius. Nyssenus ^q si quis paluerem quo conditorum, vbi mar-

Episcopis & clericis corpus quiescit, obstatum est, auferre permittat, pro mu-

ratis. L. Deker nere puluis accipitur, ac tanquam res magni preci condenda

sumus. terra colligitur: Nam ipsas attinzere reliquias, si quando ali-

n. 7. bish. 14. ad qua eiusmodi prospera fortuna contingat, ut id facere liceat,

finem, in Russi- quam id sit multum desiderandum & optimandum, ac summarū

10. 15. precium donum, sciunt experti, & etius desiderii compotes facili

o Lezarius ^r Nazianz. Q uorum vel sola corpora idem possunt, quod ani-

mavit de scip- mes sancte, sive manibus contrectentur, sive honorentur, quo-

j) Antony Be- rum vel sole sanguinis gutta, atque exigua passionis signa idem

meruerat, qui tri- possunt, quod corpora. Hoc non colis: Alloquitur Julianum.

10. pallum cu Apostamat. ^s Eusebius Em. stenus: Vbi sunt qui venera-

ti. iste imperio rationem sancr's martyrum dicunt descendam non esse corporibus

qui meruerat ^t Cyril. Ut non solum anima sanctorum honoretur, credit-

accipere Anto- turque quod etiam in corporibus mortuorum inest virtus, seu

10. 11. in Anio-

12. 13. in corporibus ampli clitus, & in grā magna hereditate ditatus, letanter perve-

14. 15. fuit recordatue imaginem sanctitatis. p. In Psal. 1:5. ad illud Pretiosa

in respectu Domini, &c. q in Theodorum Martyrem. ^u Orat. 1. in Ju-

lianum. ^v Homilia de S. Blandina. ^w Catechesi 18.

potentia, iacens, in sepulchro Elisei, mortuus, mortuumque Prophetæ corpus attingens, vivificatus est: Chrysost. ^a Sæpius eos (Sanctos Iuuentum & Maximum) misamus, tu u sermone de S. mulos adoremus, magisque fide reliquias eorum contingamus. Juuentio & Ma ut inde benedictionem aliquam assequamur. Theodore. ^x ximo.

lib. 8. ad Græcos de martyribus. Damasc. 4 cap. 16. Am- x Animæ qui- brof. y Quod si dicas mihi, quid honoras in carne iam reso- dem triumphan- luta, atque consumpta? honoro in carne martyris, exceptis pro torum Martyrē Christi nomine cicatrices, honoro viuentis memoriam perenni- in cœlesti nunc tate virtutis: honoro per confessionem Domini sacratos cineres patvia vitam a honoro in cineribus semina eternitatis: honoro corpus quod mi- gunt Angelo- bi Dominum ostendit diligere, quod me propter Dominum mor. rum chorus insi- tem docuit non timere. Cur autem non honorent corpus illud ta. Eorum verò fideles, quod euenerunt & demones? quod & affligerunt in corpora, non su- suppicio, sed glorificant in sepulchro. honoro, itaque corpus gula quidem si quod Christum honorauit in gladio, quod cum Christo regnabit gulis momentis in celo. Maximus z serm. de SS. Octauib. Aduentore, conduntur, sed Solutore. Gaudentius Episcopus Brixiae tractatu de di- ciuitates, oppida catione Basilicæ. Paulinus natali 3. de S. Fœlice. Pruden paganique contius hymno de sancto Laurentio. Hieron. aduersus Vi- uentus hæc in- gilantium. Ruffin. 11. hist. 28. August. ep. 103. Portant ter se sortito par- Jane (nimitem qui eius deferebant Epistolam) reliquias tui sunt labora- beatiss. & glorioiss. martyris Stephani, quas non ignorat sancti- tibusque ani- tas vestra sicut & nos fecimus, quam conuenienter honorare mas, ac ægrotis debeatis. Leo sermone de S. Laurentio. Gregor. magnus corporibus salu- ep. 50. libri 5. Gregorius Turonic. de gloria martyrum. taria ea confite-

Nonò, ex miraculis ad reliquias Sanctorum editis, ri non cessent. Epiphanius refert in vita Itaiæ, Ezechielis, & Hieremiac y serm. 93. in si à plurimis coli solita eorum sepulchra, ob multa benefi- ne. cia inibi propter eos à Deo collata. S. Basil. ait omnibus z Cuncti marty- esse nota Mamantis martyris miracula, quibus aliis sani- res deuotissime tate aliis vitæ reddidit. b Nazianz. Omnia potest (inquit) percolendi sunt, puluis Cypriani, cum fide: ut sciunt hi qui ipsi experti sunt, & sed y precipue miraculum ad nos v/q ue transmiserunt. c Chrysost. Sen- venerandi sunt tentiae (inquit) nostræ abunde fidem faciunt, que quotidiana à nobis quorum à Martyribus eduntur miracula. d Palladius multa mira- Reliquias possi- demus.

a Oratione in Sanctum Mamantem. b Oratione in Sanctum Cyprianum. c Libro contra Gentiles de Reliquis Sancti Babile. d cap. 25. historiæ Lausiacæ.

DE RELIQ SANCT.

e sermone de SS. cula narrat, facta ad reliquias Philemonis. **e** Ambrosio Geruasio, & ad reliquias Geruasii & Prothasii. **f** Augustinus Sancti Protasii. Stephani. **g** Hieronymus ad sepulchrum Hilarionis. **f 22. Ciuit. cap. 3.** Decimò, ex miraculis in ipsis SS. corporibus post mortem **g** in Hilarione. visis. **h** Chrysost. scribit vultus SS. Iuuentii, & Maximorat. in ss. Ju- mi ita splendere coepisse post mortem, ut non posset in uentum, & Ma- eos sine honore intendi, & tales denique qualis descri- ximus. **i** sermone 2. de bitur S. Stephani. Actor. 6. v. 15. 1 August. refert cor- **S. Vincentio.** pus S. Vincentii expositum feris a coruo mirabiliter de- fensum, & projectum in aquas mergi non potuisse. **k** epistola ad Bas- Sulpitius apparuisse in corpore S. Martini, figuram glo- Julian de obitu rificati hominis. **l** Corpus sancti Eduardi Angliae Re- sancti Martini. gis, an. 36. ab obitu inuentum est omnino integrum, l its author vite plenum succo, atque flexibile ac si tunc viueret. Se quo Eduardi apud que vidisse incorruptum corpus in B. Catharinæ Bononiensis, & b. **m** Claræ apud montem falcum in Umbria, & **n** Agnetis Politianæ testatur Bellarminus hoc in loco.

m ante annos 100. defuncte.

n ante ann. 300 obiit. **o** eius

corde dicuntur ab oculatis testi-

bus conspici in-

strumenta Do-

minica passionis ex ipsa carne

formata.

o ante 300. an-

nos floruit viua.

p in epist. has de vase auteo ab Episcopis portarentur reliquie, comitante

re quam Surius tanta popolorum frequentia, ut a Palestina usque Chal-

refert. & apud cedonem iungerentur ex amena popolorum. **x** &c.

Aug. 9. conf. 7. Decimotertiò, Reliquias sub altaribus recondi ho-

q Sozomen. 5. c. 8. norem importare testantur **y** Aug. & **z** Hieron. sem-

1 lib. 7. cap. ult.

f lib. de 6. etatibus in Martiano.

t in Zenone.

u Hieron. contra Vigilantium.

x Vide Ambrosium initio exhortationis ad virgines. Augst. 4. confess. 7. Chrysostom. libr. de sancta Babyla Sozomenum 7. cap. 10. quo agit de translat. reliquiarum

sancti Meletii Antiocheni.

y serm. 11. de sanctis.

z contra Vigilantium.

reuelationem habita. Geruasii, & Protasij apud **b** Ambrosium. Stephani, & Nicodemi, in epistola Luciani, **g** Nestabi & Eusebii martyrum fratrum. **r** Abachuc, & Michæl, apud Sozomenum. Capitis **f** Ioan. baptistaribus & **t** corporis sancti barnabæ apud sedam.

Duodecimò, ex translatione reliquiarum. Nec enim negari potest hoc spectare ad honorem sanctorum. translata fuerunt ergo ossa Ioseph Patriarchæ ex Ægypto in Palæstinam, Petri & Pauli a Catacumbis partim ad Va- ticanum, partim ad prædium Lucinæ in via Hostiensi. **u** Samuelis à Iudea in Thraciam cum tanto honore, ut in p

re quam Surius tanta popolorum frequentia, ut a Palestina usque Chal-

refert. & apud cedonem iungerentur ex amena popolorum. **x** &c.

Aug. 9. conf. 7. Decimotertiò, Reliquias sub altaribus recondi ho-

q Sozomen. 5. c. 8. norem importare testantur **y** Aug. & **z** Hieron. sem-

1 lib. 7. cap. ult.

f lib. de 6. etatibus in Martiano.

t in Zenone.

u Hieron. contra Vigilantium.

x Vide Ambrosium initio exhortationis ad virgines. Augst. 4. confess. 7. Chrysostom. libr. de sancta Babyla Sozomenum 7. cap. 10. quo agit de translat. reliquiarum

sancti Meletii Antiocheni.

y serm. 11. de sanctis.

z contra Vigilantium.

per enim altaria in magno fuerunt honore, ita ut inter ritus Christianos ^a Tertullianus numeret, aris Dei ad- ^{a libro de Pœni-}
geniculari. At reliquias sanctorum sub altaribus recon- ^{tentia.}
di docent ^b Ambros, ^c Hieron. August. ^d Sozom. ^{b proxime supra}
Concil. ^e Carthag. ^f videturque ista consuetudo cœ- ^{c supra.}
pisce Apostolorum tempore. Ideo namque Ioanni Apo- ^{d 5. cap 8.}
cal. 6. f ostensæ fuerunt animæ martyrum sub altari, e can. 14.
quia eorum corpora sub altaribus requiescunt in terris. fv. 9.

Decimoquarto, lumen accendere etiam ante res inanimatas signum honoris esse: constat ex ^g 8 candelabro inde sinenter lucente ante testimonii arcam. At iam à ^{g Exodi 25. ad finem.}
longo tempore viguisse morem accendendi cereos co-
ram reliquiis Sanctorum patet ex obiectione Vigilantii
apud Hieron. *Videmus (inquit) moles cereorum sole fulgete*
accendi, &c. h Constantinus quoque inter alia dona ^{h i. tomo Conci-}
obtulit sacris Petri, Pauli, & Laurentii reliquiis cande- ^{liorum in vita}
labra, & lucernas multas, quæ perpetuo ardere deberent ^{Sylvestri.}
nec est credibile aliquid obtulisse inusitatum Ecclesiæ.

Decimoquinto, i ratione ab utili: viso enim sepul- ^{i esti Chrysost. lib.}
chro, vel reliquiis sancti alicuius, statim recordamur pa- ^{de S. Babyla.}
tentia, charitatis, castitatis, pietatis, &c. Et gloria eius
in celo, pro breui huius vitæ labore.

Decimosexto, ab honesto, primo quia corpora san-
ctorum fuerunt, animarum organa ad omne opus bo-
num. 2. Instrumenta Dei ad miracula. 3. Sunt pignora
patronorum nostrorum. 4. Exuviæ charissimorum. 5.
designata ad gloriam inestimabilem.

Soluuntur argumenta.

C A P. III.



D. i. respond. [quidquid sit, Dominum non reprehendere Iudeos ob sepulchra Prophetarum simpliciter, & per se ædificata, vel ornata ab eis: nam ut patet ex Luca arguuntur consentire operibus Pa-

a [Nam hoc ibi- trum suorum, Patres autem eorum, a non ædificau-
dem & Math. rant, aut ornarant Prophetarum sepulchra.] 2. b re-
23. attribuitur prehendi solum quod non tantum minimè imitaban-
ip̄s Phariseis] tur Prophetas, quorum ornabant sepulchra, sed etiam
b Ita Hilarius, testificantur, se filios esse eorum, qui occiderant Pro-
Hieron. Chry- phetas: atque ædificando huiusmodi sepulchra con-
fus. Theophil. in sentirent neci Prophetarum. c Nam q̄tū sepelit mor-
23. Mathei Am- tuum, non semper id facit in honorem mortui: sed ali-
bros. ac Beda in quando etiam ut compleat actum homicidæ: ordina-
II. Luce. riè enim sepeliuntur occisi [à propinquis homicidæ]
c Ita Caietanus ut scelus lateat.

Chrysost. verò Ad. 1. resp. 1. ut minimum in sepulchris adesse me-
supra rationem motiam Sanctorum quæ per se honorabilis est. 2. ordi-
reddit huius rei nariè adesse alteram partem substantiæ illorum, nimi-
quod Pharisei rum materiam animatam aliquando, & rursum animan-
ædificarent hæc dam animabus Deo gratissimis.

sepulchra ut po- Ad. 3. non esse periculum idololatriæ inter Christia-
tentiam manuū nos, sicut erat inter Iudeos: hic enim populus ad eam
suorum ostende- fuit (maximè post mortem Moysi) d propensissimus.
rant. Hierony- At inauditum est Christianos vsquam reliquiis sancto-
nus autem. rum honores attribuisse diuinos.

*Quia ex super-
bia antiqui occiderant Prophetas, recentiores verò ædificarent sepulchra ex su-
perbia, & Ambitione. d Et quamvis non adoraverit Moses viuentem: ta-
men periculum erat, ne id faceret post mortem: non enim solebant Ethnici vi-
uos adorare: sed defunctos iam incipiebant eis diuinos largi bonores.*

Ad. 4. resp. 1. Paulum nullo modo velle carnem, & passionem Domini esse obliuioni tradendam, cum ipse Christus in institutione Eucharistiae dixerit, ^{e Quo-} ^{et Corinth. II.}
tiescunque manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mor-
tem Domini annuntiabitis donec veniat. Et Paulus ipse. ^{v. 25.} ^{f Hebreor. 12.}
Recognitat eum, qui talem aduersus semetipsum a peccatori-
bus sustinuit contradictionem. 2. sensum Pauli esse iuxta
 interpretes antiquos omnes, & 8 Concil. 7. si noui-
 mus aliquando Christum mortalem, & passibilem, nunc non
 nisi immortalem, atque impassibile. Eadem phrasē utitur. 1.
 Corinth. 15. v. 50. Caro, & sanguis regnum Dei non posside-
 bunt. [Vel iuxta Caietanum. Cum essentia Iudaismo Chri-
 stum credebam carnali Imperio regnaturum: nunc autem
 edocitus fide, cognosco, & credo Christum spiritualiter re-
 gnantem.]

Ad. 5. Resp. 1. negatur Maior. Nam hic cultus est inspiratus à Deo, ut patet supra ex scripturis citatis. 2. negatur minor quia ~~idolopoenie~~ non id significat, sed cultum superstitionis, ut noster vertit interpres, siue falsam religionem iuxta h Hieron.

Ad. 6. negatur propositio. Nam cultus reliquiarum est idolatriæ detestatio. Martyres namque mortui sunt, ut idolatriam euerterent, qui ergo martyrum reliquias colit indicat se de idolatriæ destructione gaudere. Vnde Christiani in translatione reliquiarum i Apud Ruffinū Babylœ canebāt: i Confundentur omnes qui adorant sculpti- ^{h Epistola ad}
lia. Ad. 1. probationem, respond. 1. Si id ad Idolola- ^{Algasiā q. 10.}
 triam spectaret. Eigo & accendi cereos ad Euangeliū, ^{i. cap. 35. histor.}
 & cum mortui deferuntur ad sepulchrum: quorum vttumque fuisse antiquitus in vsu Ecclesiæ docet ^{k Ad Euange-}
 Hieronym. 2. non offerri martyribus cereos tanquam sacrificia, sed accendi in lætitiae signum, & sanctorum gloriae. Vigilantius autem non solum vsum cereorum obiecerat, sed quod putarent nonnulli inde illustrari martyres. Respondet ergo Hieronym: & Vigilantio: cum ait, Id putari à mulierculis quibusdam &c. Et nostris hereticis, hoc modo: Causabantur quondam, & Apostoli, quod periret unguentum, sed Domini voce correpti sunt, ne que enim Christus egebat unguento, nec Martyres lumine cereorum: & tamen illa mulier in honore Christi fecit, deuotioque

^{lum accendi,}
^{tradit libro con-}
^{tra Vigilantii,}
^{Ad funera, in}
^{vita Paula.}

DE IMAGINIB. SANCT.

mentis eius recipitur: & quicumque accendent cereos secundum fidem suam, habent mercedem. Illud siebat idolis, & idcirco detestandum est: hoc sit martyribus, & idcirco recipiendum.

Ad 2. solum reprehendi quosdam, qui sacrificium panis & vini aliarumque epularum manibus [quibus- cunque indiscriminatim] defunctorum offerebant: deinde iisdem cibis ingurgitabantur. 2. Id Augustinū scripsisse initio conuersationis suæ, postea 1 verò docuit meliores equidem Christianos id non facere: qui ta- men faciunt non sacrificare martyribus defunctis: sed super tumulos Sanctorum epulas ponere: ut à Deo per merita martyrum sanctificantur.

Ad septimum negatur propositio, de reliquiis publi- cè ad venerationem expositis in templis: semper enim diligenter Ecclesia curauit ne fraudes fierent.

Ad primam probationem, loqui August. de Reliquiis à priuatis hominibus circumlati.

Ad secundam vniuersiusque Sanctorum unum esse corpus, quod tamen idè dicitur in variis haberii locis, quod pars, aut particula eiusdem habeatur. Nam vt (in- quic m Theodoret) raro martyrum corpora inueniū- tur in uno monumento integra.

m Libro. 8. de
Martyribus.

DE CVLTV IMAGINVM.

De nomine Imaginis, Idoli, & simulachri.

C A P . V.

a Jn voce
videtur

HEnricus Stephanus in suo a thesauro lin- guæ Græcæ vult Idolum significare apud Ecclesiasticos omne simulachrum, numé aliquod repræsentans, quod cultu, & ho- nore dignamur. Vnde Sequitur (inquit) imagines Christi & Sanctorum, & præcipue Trinitatis relle vocari Idola.

At septima Synodus Act. 5. & 7. dicit anathema vocātibus Christi & Sanctorum imagines idola, Ergo non recte loquitur Henricus Stephanus. imago igitur propriè est vera rei alicuius similitudo. Est enim ab imitando dicta. Idolum autem: falsa similitudo, id est quæ instituitur ad repræsentandum, id quod reuera non est [saltem eo modo quo intenditur repræsentari.]

Primo, quia scriptura nusquam tribuit nomen idoli ulli veræ imagini sed solum simulachris gentilium, quæ certè referebant Deos fictitious id est qui tales non erat. b v. 26.

Vocatur filius Dei imago Parris Sap. b 7. c Coloss. & c v. 15.

d Hebræor. 1. At nusquam idolum. Dicitur e Salomon d V. 3.

fecisse ad ornatum templi imagines Leonum, boum e 3 Regum. 7. palmarum &c. & Cherubim ad similitudinem hominum: sed nusquam vo cantur Idola: quia nimis res gulari Etilim, plurale Levitici

Secundò, quia in veteri testamento idola vocantur ordinariè אֲלֵי לִילָה vana, inutilia, sive falsa: vel 8 אַבְּיִם 26. v. 1. auanum, mendacia iniquitates &c. interdum, קָרֶשׁ scheker g Singulare זָהָן mendacium Habacuch. 1. v. 18. Quid prodest sculptile, quia Auen. Numen sculpsit illud factio suus, constatile, קָרֶשׁ וְטוֹרָה moreb v. 23. v. 21. & scheker, Et docens mendacium? quod vertit noster interpres. Et imaginem falsam.

Tertiò, quia h teste Paulo nihil est idolum, nimirum quia licet sit aliquid secundum materiam, nihil est tamen formaliter, cum repræsentet quod nihil est. Unde Plato in Theeteto i idolum cum mendacio coniunxit.

Quartò, quia k Hieronym. passim confert hæreses cum idolis: ut sicut idolum est falsa imago, sic hæresis sit falsa imaginatio.

Quintò, quia ex proprietate vocis, ἄνθη, significat mendacia, & formam parvam (est enim diminutivum ab ἀνθε) non idola pluris saquantitate sola, sed perfectione. 1 Est namque ciunt, quam proprietè, imago inanis, qualis cernitur in umbra hominis, & imaginationibus, quibus sæpe nihil respondet k Jn 2. Habacuk in re, ac cuiusmodi sunt spectra, & mortuorum umbras. & 13. Zacharie. Inde propterea scriptores sacri & Ecclesiastici DD. vo- 1 Ita exponit carunt statuas fallitorum Deorum idola, quia inanes Eustathius in. sunt quoad formam, id est repræsentationem. 11. Olympe.

DE IMAGINIB. SANCT.

Simulachrum videtur communius nomen, & tam ad veram, quam falsam imaginem referri. Nam ^m Lactantius vocat hominem Dei simulachrum: quasi à similitudine dictum. Nihilominus magis significat idolum quasi à simulando dictum simulachrum. Primo quia ⁿ vbi Latinus interpres posuit simulachrum in scriptura semper est in Græco ^{αἴθρια}. 2. Augustinus dicit Latinos ea vocare simulachra, quæ Græcos idola. 3. P. Hieron. ait sic opponi simulachrum Deo, sicut mendacium veritati quod simulachrum representet Deum falsum. 4. sicut Homerus. 11. Odysseæ, & Lucianus in dialogo de mortuis vocant ^{αἴθρια} animas mortuorum, quas Virgilius cauas imagines, & umbras, quod videantur solidam quædam corpora, & non sint: sic ^r Lucretius & ipsemet Virgilius eadem umbras, passim simulachra vocant.

De Principibus Iconomachorum.

C A P . VI.

^a Verbo, *Imago*. **A**lphonsus a à Castro inter Iconomachos repuit Sanctum Epiphanius epist. ad Ioannem Hierosolym. Item Serenum Episcopum Massiliæ reprehensum hac de re à ^b Gregorio. 1. ac quemdam Fœlicem in Concilio Franconiae. Sed pro Epiph. dicetur infra. cap. 9. in responsione ad. 5. Sereni zelum laudat Gregorius quod imagines fregerit quia videbat eas à Christianis recenter conuersis adorari pro diis: verum reprehendit, id fecisse quod nullus antea Episcopus fecerat, & monet, ut præmissa instructione ad populum de ratione imaginum, eas sinat reponi in templis. Fœlix ille non est alias quam Episcopus Vrgelitanus, damnatus in Concilio Francofodiensi, et tantum autem docuit Christum esse filium Dei adoptiuum: quia ramen eadem Synodus damnavit Græcorum Synodus contra imagines, putauit Alphonsus hac etiam hæresi labo-

^c Teste Adone
in Chronico &
Ionii libro. 1.

^m 6. de vero
cultu cap. 10. &
13.
ⁿ in Actor. 15. v.
20. 1. Ioan. ultio-
mo. v. 21. &c.
^o In Psal. 115.
^p In Jn. 7. Osee.

^q 6. Æneidos.
^r Libro. 4.
^s Supr. &
Georgic. 4.

laborasse Fœlicem. d Nicolaus Sanderus primos iconomachos facit Manichæos: tum quia id videtur indicare Tharasius in e 7. Synodo, tum quod Faustus Manichæus apud Augustinum gloriatur a suæ hominibus timo de imagine Deum sine simulachris coli. Sed Tharasius non natus. ait Manichæos respuisse imagines. Sed Iconomachos e Abb. 5. [Imisimiles Manichæis negantibus Christum habuisse vertati enim Hærum corpus. Qui enim negat Christum depingi posse, breos, Saracevidetur existimare Christum non habuisse corpus vertatis nos, Gentiles, rum. Faustus autem non loquitur, de imaginibus sanctorum: sed Dei. Samaritas, item Manichæos,

Primi ergo Iconomachi sunt Iudæi, qui in f Thal- Phantasiastas, mud edito primùm anno. 476. Christi, docent Chri- & Hæreticos stianum Ecclesias esse idolatriæ domos, & quidem sanctarum im- propter imagines, ut patet ex 7. Synodo, quo frequen- ginum usum ter Iudæi appellantur Iconomachi. prohibere volue-

Circa idem tempus extitit Zenone Imperante g Xerunt. Et in. 1. naias Persa infidelis seruus, & fugitiuus, qui se Chri- actione post frati- stianorum simulans in Episcopatum irrepit. Hic quā- gmentum Epi- quam apertè suaserit non esse venerandas imagines, sole Athanasii non constat tamen persuasisse, nisi forte quibusdam. ad Ruffinianum

Post annos ferè centum, Iustino iuniore imperante, inuenimus & h Samaritani quidam in Ecclesiam quandam irrumpē. Manichæos res- tes, ferocissime graffati sunt in Christi sanctorum- puisse imagines. que imagines. Vnde Gabriel.

Non diu post, Mahumetes i interdixit suis usum Vazquez libro. imaginum in templis. Post fermè 100. annos id est post 2. de Adoratioannum. 700. k Hebreus quidam maleficus Ezidi ne disputatione. Arabum Regi Mahumetano promisit. 30. annos vita, 2. cap. 1. Et profi iuberet ex Ecclesiis Christianorum suæ ditionis ex- pter testimonij turbari imagines Christi, & sanctorum, ac comburi. Fausti apud Au- Cui cum Rex paruissest immisiss Arabibus, & Hebreis, gustinum libro anno sequenti obiit. Et Hebreus tanquam impostor eo. contra ipsum turpissime coactus mori à successore Ezidis. cap. 3. quo Fau- sius vult in eo se-

distingui à paganis quod nulli colat simulachra arbitratur veriorem Sanderi opinionem.] f Ord. 2. tract. 1. dist. 2. g Apud Nicephorus libro. 16. cap. 27. & Cedrenum in compendio. h Ut patet ex epistola Simeonis Eremitæ ad Iustini Imperatorem, quæ habetur in 7. Synodo aët. 5. i Cap. 15 & 17. Alecra- ni. k Ita refert 7. Synodus aët. 5. Cedrenus, Zozaras, Niceta in Leone Jñastro.

DE IMAGINIB. SANCT.

Paulò post Leo Isaurus, à Iudæis similiter persuasus, idem iussit & Christianos renitentes neci tradidit. Impietatem patris sequutus est Constantinus Copronymus Imperator ¹ Necromanticus, & Nestorianus.

¹ Ita Zonaras,

& Cedrenus.

Post annum. 800. Leo Armenus, Michael Balbus, & Theophilus Imperatores Græci bellum contra imagines renouauerunt, in Oriente: & m Claudio Hispanus, Episcopus Taurinensis in Occidente. qui imagines omnes, & cruces è templis suæ diæcessis abstulit.

ⁿ Vide Uvaldè-

sem tom. 3. tit. 19

o Teste Cochlae

in vita Lutheri.

p Caluin. 1. cap.

11. & libro. 4.

cap. 9. §. 9. In-

situt. acriter re-

prehendit ima-

gines. Similiter

Magdeburg.

Centuria. 8. 9.

& 10.

Circa annum. 1372. Ioan. n Vviclef obiter attigit

imaginum oppugnationem: sed discipuli eius actius.

Nostro saeculo primus è o templis imagines deiecit

Andreas Carolstadius an. 1522. reprehensus tamen à

Luthero, quod id sine sua authoritate fecisset: Carol-

stadium dicto & facto sequuntur P. Caluinistæ om-

nes.

Licere imagines facere, & habere.

C A P. VII.



Rimò, quia Dominus Exodi. 25. v.
18. Salomon. 3. Regum. 6. v. 23. fieri
curarunt imagines Cherubim.

Respondent Iudæi id licitum Deo
fuisse præcipere, sicut præcepit, fur-
tum Iudæis erga Ægyptios Exod. 12.
nobis tamen id prohiberi. Contra,

Primò si est aliqua imaginum prohibitio, hæc ad præ-
cepta decalogi spectat, quæ cum sint de iure naturæ
excepto illo de die Sabbathi, per se mala sunt: & proin-
de quorum contrarium nequit à Deo præcipi. Non
enim mandauit furtum Exod. 12. sed ut Dominus do-
nauit Iudæis bona Ægyptiorum. 2. si prohibentur ima-
gines nobis, id erit propter Idololatriæ periculum. At
idem imminet, si Deus illas fieri iubeat, imò, eo magis
quo habentur tunc diuiniores.

Probatur secundò, nostra sententia: nusquam legitur prohibitum, id quod fini legis non aduersatur: finis autem præceptorum tabulæ primæ est seruari Deo suum illibatum honorem. At imago saltē minimè facta ad venerationem, non aduersatur honori Dei. Dices est causa idololatriæ. Nihil refert, nam hoc modo etiam sunt, sol, luna, & multa alia, per se alioquin bona.

Tertio, quia ars pingendi, & sculpendi est per se bona, & a Deo: ^{a Exodi. 31. c. 35.} eam enim dedit a Besleel, & Ooliab.

Quartò, quia Deus est author omnium imaginum naturalium, & artificialium. Genuit enim proprium filium, creauitque hominem ad imaginem suam.

Quintò, imago est necessaria naturaliter. Nam omnia naturalia producunt aliquid sibi simile, homo quidquid cognoscit sive sensu, sive intellectu: per imagines percipit: non possumus in lumine versari quin corpora nostra umbram efficiant, que est corporis imago.

Sextò, Iudei tempore Christi habebant Cœsaris nunc verò aliorum principum imaginem in nummis, & mulitorum etiam aliorum in auleis.

Obiicitur illud Exodi. 20. *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem que est in celo desuper, & que in terra deorsum, nec eorum que sunt in aquis sub terra.*

Respondet Ambrosius ^b Catharinus prohiberi quidem imagines simpliciter sed illud præceptum fuisse c positiuum, & temporale, quod proinde ad Christianos non transiit.

Contra ^d morale præceptum cuiusmodi esset illa prohibito obligat semper, nec in eo, dispensantur Christiani.

Caietan. ^e ait non esse prohibitum facere imaginem aut Idolum: sed solum ne quis sibi faciat, ut eam habeat pro Deo: non enim dicitur simpliciter: *Non facies sculptile, sed, non facies tibi &c.* Contra ^{1.} immerito Caietanus imaginem, & idolum pro uno accipit. ^{2.} videtur velle licere fidelibus idola gentibus facere cuius contrarium euidentissimis rationibus probat Tertullianus libro de Idololatria.

^a Exodi. 31. c. 35.

^b Opusculo de imaginibus.

^c Propterea a Deo

minum iussisse fieri imagines Cherubim ut ostenderet non esse imagines per se malas.

^d Nam Augustinus passim affirmat Decalogum, excepta legge de Sabbatho

^e a Christianis seruandum, & nominatim il-

Ind: *Non facies tibi sculptile, vi-*

de. 15. contra Fa-

stum. 4. & 7.

^f In 10. Exodi.

DE IMAGINIB. SANCT.

f ut diuidat
Clemens. 6. stro-
matum August.
q. 71. in exodum,
& communiter
scholaftici. 3. di-
sincti. 37.
g Juxta Philo-
nem libro de De-
calogo ante me-
dium Joseph. 3.
Antiq. 6. & 8.
Orign. homil. 8.
in Exod. Abros.
& Hieron. in 6.
ad Ephesios.
h (Aly volunt
non quidem pro-
hiberi omniro
imagine: neque
prohiberi solum
ut adorentur
latraria sed omnes
prohiberi acco-
modatas, vel
erectas ut ali-
quo honorentur
cultu.

a 5. Inflit. 11.
b V. 23. & ex
catholicis Abu-
lensis in. 4. Den-
teron. q. 5. & alij
pauci.
c Aly legunt
vobis sed in He-
breo est Ιην, iti
meum.
d V. 16.

Respondeo ergo, cum dicitur in Decalog. Non habebis Deos alienos, prohibeti actum interiorem idolatrie: cum additur: non facies tibi sculptile &c. exteriorem prohiberi. Et proinde haec duo ad unum spectare preceptum. Nam alioquin non essent tantum. 10. decalogi precepta ut vult scriptura. Constat enim unum & primum preceptum esse: Non habebis Deos alienos. 3. non assumes nomen Dei in vanum. 4. Sabbathum sanctifices. 5. honora parentes. 6. Non occides. 7. Non mechaberis. 8. Non furaberis. 9. Non dices falsum testimonium. Hec sunt octo precepta, illud ergo non concupisces si diuidatur in f duo iam erunt. 10. si addas: non facies tibi sculptile. inuenies unde. Si non g diuidatur, erunt nouem. Non facies tibi sculptile, quia distinguitur a primo faciet decem & quia non potest coniungi (si prohibeantur simpliciter ima- gines fieri) cūillo. Non adorabis ea, quod aliud sit face re simpliciter sculptile: aliud adorare: iam undecim erunt. Nam, Non adorabis ea, neque coniungeretur cum precedentibus, neque sequentibus. Necesse est ergo dicere, vel unum esse preceptum: Non habebis Deos alienos, non facies tibi sculptile &c. & non adorabis ea. Et tunc preceptum: non concupisces diuidendum in duo. Vel unum esse. Non habebis deos alienos, & non fa- cies tibi sculptile: deinde secundum: Et non adorabis ea: vel, primum. Non habebis Deos &c. secundum: Non facies sculptile, & non adorabis.

Et ita quoquo modo sumatur, solum prohibebi- tur imago non simpliciter, sed ne adoretur h pro Deo.

Non esse prohibitas imagines Dei.

C A P . X.



Egat a Caluinus, Primò, quia scri- ptura prohibet illas b Exodi. 20. Deos aureos, & argenteos non facietis c meum, id est non facietis imagines quæ repräsentent Deum. Deuteronom. d 4. Observa teipsum, ne forte deceptus fa- cias tibi ullam similitudinem, scilicet Dei. Isaiae. 40. v.

18. Cui similem fecisti Deum? Aut quam imaginem pone-

tis ei. 46. v. 5. Cui assimilastis me? &c. Actor. e 17. Non ^{ποτε φάιδουθη τομήσεων}
est existimandum auro, vel argento, aut lapidi artis sculptu- ^{χρυσα, πάρσερον ή λίθῳ χαραγμένη}
re, & cogitationis hominum, diuinum esse simile.

Secundò, Placuit (inquit Concil. Elibertinum) in templis non haberi picturas, ne quod colitur, vel adoratur, in parietibus depingatur.

Tertio & Euseb. & h Lactant. scribunt omnes quorum simulachra videmus, homines fuisse mortales. Ergo & lib. 2. cap. 8. nullum erat simulachrum immortalis Dei.

Quarto 1 Aug. ait nefas esse Deo simulachra pone- Inflit. 15.
re. Quintò, refert idem. 4. Ciuit. 19. & 31. Varronem i r. de fide, &
dicentem demplisse timore, & errorem auxissę, qui pri- Symbolo cap. 7.
mi Deorum induxerunt simulachra. Sexto, conque- k 6. Ciuit. 10. ;
rentem Senecam & introducit, inuiolabiles Deos
in materia vilissima, atque ignobili dedicati. Septimo,
1 Origen. docet nullam Dei imaginem Christianos
habere, vt pote incorporei.

Octauò, Patres. m 7. Synodi afferunt Christum re- in fine, & Joan-
ctè pingi, quia homo est, Deum pingi non posse. No- nes Damascen.
nd, n scriptura vocat imaginem ligneam, vanitatis 4. de fide 17.
doctrinam, & conslatile mendacii o doctorem. Deci- m Att. 4. 5. & 6
mò, quia est impossibile, rei incorporeæ imaginem sie- n Hierem. 10.
ri. Undecimò, imagines fiunt ab sentienti: Deus autem v. 8.
vbique est præsens. Due decimò, idolum est falsa repre- o Habacch. 2.
sentatio rei. At per imagines, Deus falsò repræsentatur. v. 18.

Igitur imago Dei est idolū. At idolū Dei facere non li-
cet. Decimò 3. P Caranza testatur prohibitam fuisse
in q Synod. imaginem Christi in forma agni & spiri- P In summa
tus sancti in forma columbae. Afferimus tamen Licere pin- Conciliorum.
gere imagines Dei patris in forma senis & spiritus sancti in q Cas. 82.
forma columbae.

Primo, quia Deus visus est corporea specie Genes. 3. r Et. 3. Regum
28. Exod. 33. 2. r Esaiæ 6. Amos. 9. Daniel. 7. quo des- ultimo. v. 19.
cribitur antiquus dicerum in throno, tradens filio ho-
minis, id est Christo regnum. Ergo talis poterit pingi
qualis visus est.

Respondet Calu. haec fuisse in præludium incarnatio-
nis contra. i. Non contendimus quo fine haec facta fue-
rint; sed tantum ea licere forma pingi Deum qua visus

DE IMAGINIB. SANCT.

est. 2. Daniel. 7. descriptibit Deus pater , hic autem incarnatus non erat: neque etiam spiritus sanctus quamvis apparuerit in specie Columbae.

Secundò, Angeli sunt incorporei, & tamen fuere de-
pieti, & sculpti in Testamento veteri. At si quæ esset
Exodi. 25. v.
18. & 3. Reg. 6.
v. 23.

ratio non pingendi Deum, certè quia incorporeus est.

Respondeat Caluin. Angelos fuisse depictos ad paedagogiam legis veteris: nuncautem præteriisse illud puerile saeculum. Cōtra. i. nihil refert ad quem finem, dummodò liceat illos depingere. 2. quidni etiam ad nostram paedagogiam poterit Deus depingi? sicut enim præteritum saeculum puerile fuit respectu nostri, sic nostrum respectu futuri in caelo.

Tertiò, scriptura Deo tribuit humana membra, nominat caput, pedes, brachia &c. Ergo talis exhiberi poterit in pictura, qualis in scriptura.

Respondet id rectè quod scriptura alibi doceat Deū incorporeum esse, verum eadem etiam docet metaphoricè esse accipiendas imagines Dei. Idiotæ vero debent à concionatoribus, & Prælatis instrui, ut monet Trident. Concilium. Nec enim contendimus imagines Dei indiscretè exhibendas: sed solùm non esse generaliter damandas.

Quartò, pinguntur virtutes quæ non solùm spirituales sunt, sed etiam accidentia: & proinde minus quæ exprimi queant quidni ergo Deus?
v. Act. 5.
x Sess. 25.

y Quādis Exod. 20. & Isaie. 40. Quintò, ex vsu Ecclesiæ. Iam enim ubique ferè receptae fuerunt huiusmodi imagines: nec credibile est & 46. videatur Ecclesiam toleratram vniuersaliter aliquid illicitum. potius ad literā Sextò, v. concil. 7. approbat imaginem spiritus sancti in forma columbae, & x Tridentinum imagines gene facta ad Dei, præcipue in picturis historiarum.

De imprese. n. Ad Primum. Tribus modis aliquid posse pingi: pri-
tandum, sed de mō ad exprimandam perfectè similitudinem formæ,
quibuscumque siue rei atque hac ratione Deus, & res incorporeæ repre-
simulachris presentari nequeunt idque solùm volunt testimonia in
Deo habitis: & argumento y citata. 2. ad historiam aliquam oculis
proinde hec lo-
ca nō esse ad re: conqueritur enim Deus quod Iudei simulachra pro Deo cole-
tent: & sic Deo vero lignum simile facerent.

exhibendā, & hoc modo Deus pingi potest: non enim intenditur representari secundum suam naturam, sed solum, qualis in scriptura describitur. 3. extra historiā, ad explicandam rei naturam, non per propriam similitudinem, sed analogam, ac metaphoricas, & mysticas significations: quomodo pinguntur Angeli iuuenes alati, formosi &c. Ad significandum eos immortalitate donatos, celestes, splendidos gloria &c. atque etiam hoc modo Deus pingi poterit.

Ad 1. responsio ^z infra. Ad 3. loqui hos PP. de idolis gentium. Ad 4. agere de imagine primi generis. Ad 5. meritò hæc dixisse Varronem: quia ita proponebantur simulachra Deorum, ut reuera putarentur dii. Ad 6. eadem responsio, vel quod arbitrarentur gentes Deos esse simulachris similes. Ad septimum, & octauum ut ad 4. Ad nonum non reprehendi imaginem propriè dictam, sed tantum idolum. Ad decimum impossibile esse in primo genere, non autem secundo, & tertio.

Ad vndeclimum [1. negatur, nonne tot homines suam propriam habent in domibus imaginē.] 2. et si id foret verum, id est tamen, quia res absentes non videntur. At Deus et si ubique præsens, tamen non videtur. Ad 12. admittitur minor, de imagine impropriè dicta, id est de similitudine primi generis, est enim reuera idolum: non autem de propriè dicta, id est secundi, & tertii generis. Non enim hac intenditur repræsentari natura Dei ut in se est: sed vel historia de pingi, vel representari Deum sicut apparuit, aut eius proprietates per metaphoras alias. Ad 13. decipi Caranzam. Non enim eas figuræ Concilium arguit sed illis anteponit imagines Christi in forma humana. Vnde aa in septima Synodo approbatur imago spiritus sancti in forma columbae bb legiturque Adriani epistola ad Tharasiū qua dicitur laudata in Sexta synodo imago Christi in forma Agni: videtur autem deceptus Caranzæ, ex ipso can. 82. Sextæ synodi qui non habetur in hac synodo integrè, sed corrigerendus est error ex. 7. synodo. In qua iste canon sèpius producitur integer.

^z Cap. sequenti
in respon. ad 2.

aa actiones,

bb Act. 2.

Imagines in templis recte collocari.

C A P. IX.

a *Instit. I. c. II.*

Egat ^a Caldin primò, quia primis quingentis annis non fuerint vllæ imagines in templis Christianorum. Secundò ex Concil. Elibertino capite precedenti.

b *epist. 49.*

Tertiò, quia nequit imago in sublimi loco statui templi, quin statim aliquod erigatur signum idololatriæ. *cum his sedibus* ^b (inquit Aug.) locantur honorabili sublimitate, ut a precantibus atque immolantibus attendantur, ipsa similitudine animatorum membrorum, atque sensuum, quamuis sensu, & anima careant, afficiunt infirmos animos ut viuere, ac spirare videantur. Item. *c* Hoc enim facit, & extorquet quodammodo illa figura membrorum, ut animus in corpore viuens magis arbitretur sentire corpus, quod suo simillimum videat. Et paulo post, *Plus valent simulachra ad curuandam infelicem animam, quod oculos, aures, pedes habent: quam ad corrigendam, quod non loquantur, neque vident neque audiunt, neque ambulant.* Ac ibidem docet in templis Christianorum esse quidem vas aurea, & argentea, sed non talia, quæ os habeant, & non loquantur: confirmatur. *Io. a. i. ca. d* Ultimo non dixit cauendum à cultu simulachrorum, sed a simulachiis ipsis: quia nimirum nequeunt haberi in templo quin adorentur.

d *v. 21.*

Quarto, templo instituta sunt pro viuis, & a Deo institutis imaginibus nimirum baptismo, & cena. Ergo non pro mortuis.

e *ita Calvin. 4. c. 9. §. 9.*

Quinto, e Epiph. ep. ad Ioan. Hierosoly. contra scripturam esse contendit in Ecclesia pendere imaginem hominis nimirum Christi, vel alicuius sancti.

f *Exod. 25. & 3. Regum. 5.*

Sexto, Adrianus Imperator in gratiam Christianorum templo extrui iussit sine simulachris teste Lampadio in Alexandro. Contra, primò, f erant imagines Cherubim in templo Salomonis: quamvis ille populus ad

Idolatriam maximè pronus esset. Secundò, Ecclesia primis quingentis annis imagines sanctorum in templo habuit. Tertull. testatur depictum fuisse Christum g lib. de pudicii in factis Ecclesiae calicibus (qui certè in templis servitiantur) ad modum pastoris, ouem errantem humeris gestantem h Damasus, Constantinum in loco sui baptismi posuisse agnum ex purissimo auro, & ad dextram eius, statuam saluatoris, ac Ioannis ad laevam, argenteam utramque in Lateran. Ecclesia, argenteas item, salvatoris, Apostolorum 12. & Angelorum quatuor. Basilius oratione in sanctum Barlaam ostendit imaginem Barlaam in templo alicubi depictam, & ait se gaudere quod melius pictores expresserint manum eius pro Christo combustam, quam ipse descripsit oratione.

ⁱ Nyssenus: Oblectatur dum adem, ut templum Dei, & magnitudine structuræ, & adiectioni ornatus decoro splendido elaboratum intuetur: ubi & faber in animalium figuram lignum formauit, & pictor induxit etiam flores artis in imagine depictos, fortia facta Martyris, repugnantias, cruciatus, efferasias, & immanes tyrannorum formas, impetus violentos, flammeam illam fornacem, beatissimam consummationem athletæ, certaminum praesidis Christi humanæ formæ effigiem, omnia nobis tanquam de libro quodam, qui linguarum interpretationes contineat colorib. artificiose depingens, certamina, atque labores martyris nobis expressit, ac tanquam pratrum amenum & floridum, templū ornauit. Solet enim etiam pictura tacens in pariete loqui, maximeque prodeesse. Chrysostom. in missâ latinitati ab Erasmo donata: Sacerdos egreditur è paruo ostio portans Euangelium præcedente ministro, cum lucerna, & conuersus ad Christi imaginem inter duo ostia, inflexo capite, cum exclamatione dicit &c. Prudent. in hymno Sancti Cassiani, Paulinus k conqueritur ad Seuerum: se depingi curasse in templo una cum sancto Martino: & rogat ut saltem hæc carmina subscribi iubeat.

ⁱ Oratione in
Theodorum.

k ep. ad Seuerū.

Astat Martinus perfectæ regula vitæ

Paulinus veniam quo mereare docet.

Hunc peccatores, illum spectate beati:

Exemplar sanctis ille sit, iste reis.

1 ita Anastasi-

sius in supple-

mento Pontifi-

¹ Valentinianus iunior suauis Sixti Papæ, super altare calis Damasi.

DE IMAGINIB. SANCT.

B. Petri imaginem saluatoris auream gemmis ornatam & 12. Apostolorum itidem aureas collocari fecit. Denique in libro pro imaginibus babetur quod in Adtianus. 1. refert sylvestrum, Damasum, Celestinum, Sextum, Leonem, Ioannem, Pelagium, Papas in 7. Synodo circa finem. picturis exornasse templa. floruerunt autem ante quingentesimum Domini.

n can. 3.
o vide Sigibertum in Chronico
 anni 633.

Tertio, in Oriente celebrata est tota pro hac re septima Synodus, cuius renouauit decreta n^o Concilium 8. generale. In Occidente o Concilium Romanum sub Gregorio. 3. nationale quidem, sed tamen ferè milium Episcoporum damnauit Iconomachos, imagines è templis exturbantes: aliud fuit etiam Romæ pro hac re tempore Steph. 3. & Caroli magni anno 768. iuxta Sigibertum, teste Adriano. 1. libro de imaginibus, Paulus Æmilius libro secundo, & Sigibertus sub an. 768.

Quarto, signa sacra (cuiusmodi sunt imagines sacræ) melius nullibi, quam in locis sacris ponuntur.

Quinto, nullum est congruentius templorum ornamentum. quia simul templum ornat, & hominum continent à vanis distractionibus animos.

p Hebreo. 9. quo comparat tabernaculum Mosis cum cælo. q hom. 36. iii. 1. Corinth. sexto, templum est quædam cæli imago, teste P. Apostolo, atque ḡ Chrysosto. Ergo dicit etiam, ut in templo sint imagines eorum qui verè sunt in cælo. Septimo, nullibi melius imagines Regis, & principum collocantur quam in domibus eorum, [& publicis locis: At templo sunt maximè publica] & domus Christi, & sanctorum.

Ad 1. solutio ex secundo nostro argum. Ad 2. resp. 1. solum prohibeti ob reverentiam ne imagines in parietibus pingantur: quod ibi corrumpantur facile. quia ratione fuit etiam prohibitum olim crucem paumentis imprimi ne videlicet cœcularetur pedibus. 2. huius concil. prouinciale tantum fuisse 19. Episc. & minimè confirmatum. Inde tamen habemus antiquitus modum inualuisse pingendi imagines in templis: alioquin nulla inerat ratio, hac de re prohiberi aliquid.

Ad 3. negatur propositio. Ad Augu. loqui de simulachris gentilium quæ cum dii crederentur, magis hunc confirmabant errorem, ratione formæ humanæ, quam prætiosæ materiæ. Nam vasæ catholicorū sacra (qua-

uis ex prætiosa materia) nec quidem Gentiles ipsa viuere crederent: quia deest forma humana, non quod forma humana sit huius erroris ratio per se: sed quia creduntur ipsa simulachra dii esse. At nos non arbitramur ullam imagines viuere, & proinde non est periculum si formam referant humanam, nos decipere posse. [Etsi autem in Ecclesia fuerint quædam vasa sine imaginibus humanis non tamen nullibi in templo huiusmodi aliquas figuræ fuisse.]

Ad confirmationem non agi de imaginibus: sed de Idolis, ut patet ex Græco πυλασθεὶς τοὺς αὐτὸν τὰς εἰδῶλα.

Ad 4. resp. 1. ad antecedens, Eucharistiam non ^r de- ^r vt docet septi-
bere vocari imaginem corporis Christi, sed ipsum cor-
pus. 2. imagines sanctorum esse etiam viuas: vita nam-
que imaginis est repræsentatio. Illæ ergo solum mor-
tuæ sunt, quæ nihil repræsentant. 3. negatur conseq.
nam imagines viuæ, & mortuæ non sunt incópatibiles:
sed aliae ab aliis iuuantur.

Ad 5. hoc esse supposititium in Epiphanio. 1. quia post finem epistolæ completum, additur hoc fragmentum ut patet legenti. 2. Iconomachi obiecerunt Christianis omnia quæ pro se facere putabant, in Patribus ut constat ex. 7. Synodo, actione. 6. huius autem loci nec quidem meminerunt. 3. Epiphanius, Diaconus in 7. Sy-
nod. supra conuicit duo alia similia loca inserta ab hæ-
reticis inter Epiphanius senioris scripta. 4. in eadem Sy-
nod. dicuntur discipuli Epiphanius, in templo ipsi dicto, eius posuisse imaginem. At quomodo si imagines prohibuisset Epiphanius in templo haberi? 5. quia Epiphanius non dixisset esse contra scripturam, quod nul-
libi inuenitur in scripturis prohibitum: quo enim in lo-
co imagines prohibentur in templis? 6. Beatus Hiero-
totam ferè hanc epistolam Epiphanius a se latinam reci-
tat, & tamen huius non meminit rei.

Quidam improbant hanc solutionem: & aliam affe-
runt. Quod scilicet loquatur Epiph. de imagine cuiusdam prophani hominis: quam in Ecclesia honorare contra scripturam est quod sit idem ac iudicare talentum hominē sanctum esse. Voluntq; horū verborum Epiph.
Inueni velū pendens in forib. eiusdē Eccl. tinctū, atq; depictū,

DE I M A G . S A N C T .

Et habes imaginē quasi Christi vel sancti cuiusdā (nō enim memini cuiusnā imago esset) sensū esse, Inueni imagine prophani hominis honoratam, ut imaginem Christi, vel sancti alicuius. (non enim recordor cuius prophani hominis esset) verum non placet ista solutio. Quia illa rationalis particula, Enim reddit rationem quare dixerit: *Quasi Christi, vel sancti alioquin cur apponitur?* debuisset potius, ergo dicere: Non recordor: vel, non autem recordor. At quae est illa ratio? Quia non recordor cuius imago fuerit ideo dico me inuenisse imaginem honoratam ut imaginem Christi, vel alicuius sancti. potius erat dicendum: quia non recordor an fuerit honorata, ut imago Christi, vel imago sancti. Quare sensus verborum Epiphanii erit (nisi admodum velis extorquere textum) quia non recordor an Christi vel sancti, aut alicuius cuiuspiam fuerit imago, ideo dico inuenisse imaginem quasi Christi vel sancti. Nec refert non videri simile non potuisse recordari Epiphaniū an fuerit Christi, necne. Potuit enim velum iubere quidem deponi ac scindi, nō tamen ita distincte considerare. Deinde temporis intercapidine facile obscurati huius rei memoria. Quod si ita est: certè author huius epistolæ, ostendit se nō multum curasse cuiusnam fuisset imago illa depicta, sive Christi, sive alicuius sancti. Quod arbitraretur quamcumque etiam Christi & SS. imagines prohiberi in templo. Hæc autē sententia est Epiphaniū indigna. Ergo optima Bellarmini solutio]

Ad ultimum intelligendum esse de simulachris gentilium. Ea enim Lampridius numina vocat: non dicuntur autem imagines numina, nisi proponantur ut Dij adorandæ.

Extra historiam imagines utiles esse.

C A P . X .

NEgat Calvinus sine ullo argomento. Probamus nos, primò quia imagines Cherubim in tabernaculo, erant sine historiæ notatione. Exod. 25. hoc au-

tem absque utilitate; id est in vanum fuisse est impudenter arguere Deum.

Secundò, primi Christiani non sola delectatione mouebantur, sed maximè deuotionis utilitate. At imagines etiam solitarias habuerunt. Prima videtur illa quā Christus, admoto linteo faciei suæ, expressam misit Abagaro Regi: teste ^a Euagrio, ^b Metaphraste, ^c Damasco. Secunda, itidem ipsius Christi, quam dicitur ^a 4. cap. 26. ^b in vita Constantini magni. ^c libro 1. de imago Mathæi 9. Marci 5. & Lucæ 8.

Tertia quam Nicodemum fecisse & per ludibrium à Iudeis crucifixam innumerabilibus clariusse miraculis narrat author libelli de passione imaginis Domini antiquissimus equidem: citatur enim hæc historia ut antiquissima à 7. ^c Synodo. Quarta B. Virginis, quam S. Lucas pinxit dicitur, cuius meminit ante mille annos Theodorus lector. Eusebius refert 7. cap. 14. hist. consueisse passim imagines Apostolorum depingi, & se multas antiquissimas vidisse. ^f Augustinus inueniri frequenter Christi imagines inter Petrum & Paulū depictos. Plura PP. testimonia dumtaxat vide in 7. ^g Sy- nod. & lib. 3. Apologetico Damasceni in fine.

^d Euseb. 7. c. 14. ^e Damasc. supra. ^f libro 1. collectione. ^g 1. de consensu Evangelistarum ^h Act. 4.

Tertiò, imagines solitariæ, semper aliquod referunt gratiæ, vel gloriæ, vel operum, aut potestatis sancti depicti monumentum, unde per compendium instruimur qui sint, vel fuerint.

Quartò, fouent nostram erga Deum, & sanctos charitatem. Qui enim diligit, aspicit libenter imaginem amici, & inspicio magis in ardescit.

Quinto, nos ad imitationem sanctorum prouocant. Sicut enim ille iuuenis apud Terentium in Eunicho viso in tabella depicta Ioue stuprum inferente Dianæ, ad simile flagitium incitatus est. Ita teste in Nazianz. cum in carmine de impudica mulier euocata veniret ad quemdam atque vita, & citatur conspexisset in ipso limine Polemonis continentissimi in 7. Synodo, imaginem viri, erubuit illicet, & propositi pénitens re- Act. 4. petit domum.

Sextò, quia conseruant in nobis memoriam Christi, ac sanctorum: docentque quos debeamus habere in angustiis patronos.

DE IMAGIN. SANCT.

Septimò, quia his, nostram confitemur fidem: testamur namque, nobis placere sanctorum fidem, moresque atque detestari impietatem, & idololatriam.

Octauò, id spectat ad Dei, sanctorumque honorem, nullus enim vñquam dubitauit, quin illustrium viorum honori deferatur, illis erigere statuas.

De cultu Imaginum, & argumenta aduersariorum. CAP. XI.

a libro de heres.
circa finem.



Hristianocategori apud ^a Damascenū dicebant deberi diuinos imaginibus honores. Sed quod refellitur omnibus scripturę testimoniis quibus prohibetur cōmunicatio cultus diuini creaturis.

Iconomachi è contra, omni protius honore imagines spoliant.

Primò, vtriusque testamenti scriptura interdicit seuerè cultum simulachrorum, etiam in quibus verus celebatur Deus. 1. quia fatetur populus Iudaicus ^b Exodi

b v.4. *Hi sunt idy tui Israël, qui te eduxerunt de terra Aegypti.*

32. se in vitulo aureo, eum colere Deum qui eduxisset Israelitas de terra Aegypti. Et ibidem Aaron indicturus diem festum, in huius honorem vituli, iussit à praecone annunciarī: ^c *Cras solemnitas nōn Domini est.* 2. quia illa mulier iudicū ^d 17. quæ conflatile facere volebat

c *לְהַזֵּן מִתְחָדֶה גַּם לֹא תִּדְבֹּר לְהַזֵּן מִתְחָדֶה*
d v.4. *consecra-*

id, non nisi Domino *לְהַזֵּן מִתְחָדֶה* 3. quia Gentiles asserebant se non ipsa colere idola, sed numen inde significatum: tūm quod simulachra pro arbitrio mutabant, non tamē Deos: tūm quia vni plura Deo simulachra dicabant: nec tamen plures Deos introducere volebant: tūm quia nouas quotidie imagines sacrabant: nec tamen arbitrabantur se nouos condere Deos. At quis dubitat ea omnia

Ethbachchesef *לְהַזֵּן מִתְחָדֶה* ladanai: hoc ar-

Secundò, prohibuit cultum imaginum Concil. Constantiopol. sub Leone Iconomacho: & aliud ibidem Esequentia argu piscorum 338. sub Copronymo.

menta sunt *כִּי-לְהַזֵּן מִתְחָדֶה* tur. 8. cap. 9.

e Tertiò, Concilium Francofordiense, & libri Carolini eundem cultum arguunt.

Quartò, f Irenæus ponit inter Carpocratios errores f s. cap. 24.
cultum imaginis Christi, & Pauli.

Quintò, g Epiph. reprehendit Collyridianos, quod g hæresi 79.
B. Imaginem virginis colerent.

Sexto, Ambros. h Inuenit (inquit) Helena crucem Do- h de obitu Theo-
mini, Regem adorauit, non lignum utique quia hic gentilis est dosii.
error: sed adorauit illum, qui pependit in ligno.

Septimò, Hieron. i Cultores Dei, imagines adorare non i in 3. Danielis.
debent.

Octauò, August. k Noui (inquit) piæturarum adoratores k de moribus Ec-
clesiae cap. 36.
Nonò, Greg. 7. ep. 54. ait imagines adorandas non esse.

Decimò, l Ezechias fregit serpentem æneum quod l 4. Reg. 18. v. 4.
iam cœpisset coli.

Vndecimò, ob cultum imaginum putatur diuinitas
imaginibus alligata. 1. quia propterea una imago eiusdem
sancti magis quam alia frequentatur. 2. precaturi, ad ima-
gines accedunt. 3. etiam longas peregrinationes assument
cum habeant forte meliores imagines in domo.

Duodecimò, imago non est honoris capax, cum sit
res inanimata.

Decimotertiò, non est sancta ratione materię, aut fi-
gurę, cur igitur colitur?

Decimoquartò, homo est imago Dei: nec tamen co-
litur: quanto minus ligna & lapides, &c?

Imagines Christi, & Sanctorum rectè coli.

C A P . XII.

Primò, Hieron. Epistola ad Marcellam, vt migret Bethleem, dicit ideo tabernaculum fuille à Iudeis veneratum, quia ibi Cherubim erant. a vide Aug. 3.
Trini. 10. loquës de quibusdam s-

Secundò, serpens æneus, figuram Christi referens, non poterat a non coli, cum in loco sublimi positus fuisset, & salutem aspicientibus se afferret. gnis que vene-
rationem meren-
tur, ponit pro e-
xemplu serpen-
tem æneum.

Tertio, hæc signa erant utilia diuinitus instituta. Et-
go iuxta Aug. 3. de doctrina 9. veneranda.

DE I M A G . S A N C T .

b lib. i. cap. 13.

c Math. 5. v. 35.

μη ὅμοιον ἀλλε
πάτε τὸ τῷ αἴραντο
τὸν δόρυς λέγε τῷ θεῷ
μήτε τὸ τῷ σῇ, ὅτι
διπλῶδιν λέγε τῷ
αὐτῷ αὐτῷ.

d v. 5. & cap. 12.

v. 16. Dicitur

dies Pasche san-

ctus quia dicatus

cultui divino.

cap. 28. v. 2. ve-

stis sacerdotalis

Aaron vocatur

similiter sancta.

eu. 15.

f cap. 9.

g iuxta Sigiber-

tum.

h iuxta Adonem

i in Julianum ut

citat Adrian. 1.

e epist. ad Impera-

tores in 7. synodo

actione 2.

k in Liturgia.

l Serm. 1. in psal.

118.

m 7. epist. 5. ad

Januarium Ca-

ralitanum Epi-

scopum.

Quartò, b supra probatum est arcam adoratam fu-
isse. At quare, nisi quia huiusmodi res referunt alias,
per se dignas honore: imagines autem Christi, & San-
ctorum eandem rationem habent.

Quintò, c Non licet iurare per cælum, quia thronus Dei
est, neque per terram, quia scabellum est pedum eius. Hoc au-
tem ad reverentiam spectat. Est enim non illicite tra-
ctare actum religionis, nempe iuramentum. At id solū
fit propter relationem huiusmodi creaturarum ad Deum.
Ergo propter relationem similem, erunt imagines co-
lendæ.

Sextò, sicut res est S. ita & venerabilis. At creature
dicuntur sacræ, propter solam ad res sacras relationem. E-
xodi 3. d Locus in quo fuit terra sancta est. 2. e Timo. 3. ab
infantia sacras literas nosli. Quare sacras, nisi quia signa
rerum sacrarum? Eo autem modo imagines sunt sacræ.
Ergo & venerabiles.

Septimò, ex Conciliis f supra: & Gentiliaco ann. g
766. vel h 767. in quo fuere admoniti Græci, vt cum
aliis piis de imaginibus sanè sentire vellent. Item ex
Tridentino sell. 25. Precepit sancta synodus Episcopis vt do-
ctrinam de purgatorio ubique praedicare studeant, & difficilio-
res atque incertas questiones euulgari non permittant. Iisdem
mandat, vt doceant sanctorum invocationem, reliquiarum ho-
norem, & imaginum usum, & eos qui aliter docent impie sen-
tire predicent. Id quod Conciliorum præserfim vero 2. Nicæ-
ne synodi decretis contra imaginum oppugnatores est sanctu.

Octauò, ex PP. i Basilius Historias (inquit) imaginum
illorum honoro, & palam adoro, hoc enim nobis traditum à
sanctis Apostolis, non est prohibendum: &c. Chrysost. x sa-
cerdos ad imaginem Christi caput inclinat. Ambros. 1 Qui
imaginem coronat Imperatoris, utique illum honorat, cuius i-
maginem coronauit. Et qui statuam contempserit Imperatoris:
Imperatori utique fecisse videtur iniuriam. August. 3. Tri-
nit. 10. loquens de signis sacris, quales imagines sunt:
Sed quia (inquit) hec hominibus nota sunt, quia per homines
sunt, honorem tanquam religiosa possunt habere, stupore tan-
quam mira non poterunt. Gregor. m His (inquit) hortamus
affatibus ut sublata exinde (scilicet ex Iudaorum syna-
goga) cum ea qua dignum est veneratione, imagine (videlicet

cet B. Virginis) atque cruce: *debeat is quod violenter ablatum est reformare* Damasc. 4. cap. 17. docet Apostolicam esse traditionem cultum crucis atque imaginum.

Nond^o, probabimus infra n^o crucem, id est crucifixi i- n^o cap. 28. imaginem semper in Ecclesia honoratam fuisse.

Respondent^o non eandem esse crucis, & imaginum rationem: quia Christus nos cruce, non imaginibus redemit. Contra i. tunc ipsi haeretici crucem venerantur. 2. cruces quas nos efformamus sunt venerabiles, quia referunt illam in qua nos Christus redemit. Sed nos magis, suo corpore redemit: ergo imagines referentes Christi corpus magis aut saltem non minus erunt venerabiles.

Decim^o, ex miraculis quibus Deus probauit cultum p 7. cap. 14.

imaginum Refert P Euseb, ex basi statuae Christi annexa apud Paneadem oriri solitam herbam, quae vbi simbriam imaginis attigisset vim omnes depellendi morbos haberet. q^o Cum eius statua loco suam Julianus A- postata posuisset, mox ignis de celo, imaginis Iuliani caput a reliquo diuulsit corpore, ut quodam acciderat idolo Dagon. 1. Regum 5. Quamuis contra omnium fidem historicorum. t^o Centuriastae ad imaginem Christi referant, quod Iuliani statua contigit. Plura miracula etiam ipsi Magdeburgi referunt Centur. 6. & sequentibus cap. 13.

sed respondent ex miraculis non sequi adorandas imagines. Nam Eliseus per aquas Iordanis curauit lepram Naaman, Christus sputo cæcum, nec tamen aquas Iordanis, aut sputum adorabimus, aut homines malos per quos Deus operatur miracula.

Respondeo f^o non esse simpliciter venerandum, ratione miraculi, id per quod, sed propter quod miraculum fit. Miracula autem illa citata non fuere patrata propter aquas, sputum, aut impios: sed ut manifestaretur Eliseus veri Dei propheta, Christus, Dei filius, & fides Christiana commendetur. At quæ fiunt in imaginum cultu, fiunt propter ipsum cultum. Refert t^o Zonaras, cùm Leo Armenicus imagines persecueretur, filium eius Sabbarium Constantimum mutum accessisse, & mēte orasse, ad sancti Gregor. Nazianz. statuam ac usum recepisse linguae. At si miraculum istud non fuisset ad

o Magdeburg.
cent. 8. cap. 9.

q^o Sozomen. lib.
5. hist. cap. 20.

t^o Cent. 4. cap. 13.
colum. 1447.

f^o [sunt qui libenter admittat adoranda siue veneranda esse etiam omnia, per que Deus edit miracula, in quantum talia:

Et certè (ut argumentatur) nō est qui non vere rareretur sputū il- lud, quo sanatus est cæcus, si habe- retur. ita Gabr. Vasquez lib. 2. de adorat. disput. 6. cap. 3.

DE IMAGIN. SANCT.

cultum commendandum , maximè idololatriam ipse Deus souisset.

t in Michaelae

Balbo.

u Cyril.Catech.

12. Imago lignea
terreni regis ho-
noratur , quanto
magis rationalis
imago.

x Centuria iste.

Vndecimò, dignus u est homo veneratione, quia i-
mago Dei est. Ergo & imagines Christi & sanctorum.
Quod enim vni conuenit quia imago est, conuenit al-
teri proportionaliter eadem ratione: Nam si homo ideo
est honorabilis, quia imago est rei honorabilis, certè e-
tiam imago piæ erit honorabilis, si sit rei honorabilis.

x Respondent hominem adorari solum ciuiliter. Con-
ceditur vt est persona ciuilis, negatur vt est imago Dei
vel religiosa persona, tunc enim refertur ad res sacras,
per se.

Duodecimò, imago regis est venerabilis ciuili quodā
honore. Ergo imagines Christi, & sanctorum plurimam
ciuili, id est religioso [nec enim possunt esse] æquales; ni
si reges mundanos Christo, & Sanctis æquales facias;
quæ namque est proportio inter imagines, est & inter
prototypa.

y Respondent adorari imaginem regis propter ab-
sentiam eius. Deus autem est ubique. Contra 1. adoran-
tur etiam præsente rege, vt experientia constat, & sicut
grauius est præsente Principe, imagini eius iniuriam fa-
cere, sic gratius ei, tunc illam honorare. 2. nec Christus
vt homo, nec sancti sunt ubique. 3. non quærimus, cur
adoretur imago regis: sed solum contendimus adorari.

Decimotertiò, z Imago est capax iniuriæ, & contu-
meliæ. Ergo & honoris, non enim impunè aliquis ima-
ginem regis per contumeliam deiiceret.

Decimoquartò, meritiò idola gentium a detestamus:
quia videlicet falsos significant Deos. Ergo à contrario
imagines sanctorum honorandæ: quia veros referunt
Dei amicos in cælo beatos.

Decimoquintò, non est credibile Deum per hostes
suos, potius quam per amicos, voluisse docere. At om-
nes Iconomachi fuerunt Dei hostes, pura, aut Iudei, aut
Samaritani, aut Mahumetani, aut Necromantici, aut hæ-
retici manifesti. imaginum propugnatores vero sancti,
& docti vt Gregorius 3. & Aditanus 1. Summi Pontifi-
ces Germanus, & Tharasius Episcopi Constantinopo-
litani, Ioan. Damasc. Methodius, Leontius, &c.

z Euseb. 9. histor
cap. 9. scribit in
dederis Maximiani
imagines eius fuisse vel
dilectas, vel a-
tris coloribus
sedatas. Idem
de imaginibus
Domitiani Sæ-
tonius scribit.
a laudatur The-
odo sius quod te-
ste Theodore. 5.
cap. 20. his fuisse
rit idola ubique
detruiri.

Decimoexto; ab infœlici euentu Iconomachorum,
& fœlici propugnatorum imaginum. de ^b pestilentia
orta sub Leone Iconom. ^c & Ezidi morte vide supra. ^d
Crononymi tēpore terræmotus ingentes, integras de-
iecerunt vrbes, & multa hominum peremerunt millia;
pestis orta grauissima, ita vt vix inueniretur locus ad se-
pelendos mortuos: in vestibus hominum, velis sacrī,
ac sacerdotalibus instrumentis visæ cruces paruæ, quasi
oleo signatae. Ad hæc tam horribile frigus accessit vt Pō-
ticum mare ad centum congelaretur milliaria, effetque
glacies triginta cubitorum profunditatis: cui nix su-
peruenit in glaciem deinde versa ad 20. altitudinem cu-
bitoruū. Paulo post cœpit solui glacies, fragmenta in-
star montium discurrere, & partem mœnium euertere
Constantinopolis, ac vicinas domos. Subsecuta eodem
anno siccitas tanta, vt flumina, putei, fontes ferè siccā-
rentur omnes: omnibus intelligentibus & conclaman-
tibus: hæc omnia ob impietatem Iconomachorum di-
uinitus emitti. Denique obstinatus Imperator ita periit
miserè, vt clamaret se adhuc viuum inextinguibili tra-
ditum igni comburendum. E contra Pipinus, & filius
eius Carolus magnus imaginum propugnatores ille ad
regnum, hic ad imperium etiam prouectus fœlicissimè
regnarunt.

^b lib. 4. de Eccl.
cap. 17.
^c libro 2. de reli-
quiis sanct. ca. 6.
^d testatur Paulus Diaconus se
hæc omnia ut
disse.

Soluuntur argumenta. I. 2. ♂ 3.

C A P. XIII. X^{IIII}. XV.

AD ^a primum negatur propositio, cum pri-
ma probatione. i. ex ipso Exod. ^b 32. Fac a C A P. XIII.
nobis (inquit populus ad Aaronem) Deus ^b v. i.
qui nos precedant. At verus Deus fieri non
potest. Cumque vidisset populus vitulum
aureum, quem fecerat Aaron. ^c Hi sunt, (ait) Dī
tui qui te eduxerunt de terra AEGypti: vnde patet arbi- ^{c v. 4.}
tratum fuisse populum, hunc vitulum esse verè Deum,

DE IMAG. SANCT.

d v.18.

c v.20.

f v.5.

g v.6.

h de quo Cicero

i de natura De-

j fecerint, nisi quod assueti essent videre maximum Ægy-

k Aug.18 ptiorum Deum, h Apim vitulum scilicet nigrum albis

l Cuius.5.

m iudicium 18.v.

n 24.

o k v. 4.

p lversu 10.

q omnes inveniuntur

r duc igitur Christus

s auctoritate.

t m Baruc 6.

u Habacuch 2.v.

v 18. & 19.

w o Act.19. v.26.

x i n unius 26: si

y dia Christi resuppi

z p Sapient.13.

a Psal.113.

b r 3. de doctrina

c Christ cap.7. vi-

d tur, vel tanquam Deos, vel tanquam signa, & imagines Deo-

e de etiam ep. 49. rum.

f Ex quibus apparet ethi quidam non fuerint adeo

g & in Psal.1.3. stupidi, putare huiusmodi simulacra esse Deos; alios ta-

h scyprian. Laicitat men credidisse. Euseb. 5. cap.15. Præparationis:

i Triginta Arnobius, Clem. Deorum milia in terra esse censet Hesiodus, ego autem multo

j Alex. Athanas. plures lapides, atque ligneos, hominum creatores video.

k Theodor. &c. passim f PP. rident Gentiles quod ligna, & lapides pro

l t. contra Geetes Diis colent. Denique Arnobius t Deos (inquit) esse cre-

m de Trismegisto debam, ligna, lapides, ossa, aut in huiusmodi rerum habitare

n vide Aug.8.C. materia. Id autem contingere poterat, & quod ita a Pô-

o titicibus asseretur, & quod interdum opera Diaboli

Secundò. Ex Deuter. 32. d Deum qui te genuit dereliquisti, &c. 3. Psal.105. e Fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt sculptile. Et oblii sunt Deum qui saluauit eos, &c. 4. Hier. 2. f Ambulauerunt post vanitatem, id est post idola, g & non dixerunt, ubi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Aegypti? si Iudei volebant tantum signum Dei corporeum, non opus erat facere vitulum illum. habebant enim nubem, & columnam ignis. Non ergo signum corporeum, sed Deum corporeum volebant. 6. quia nul-
la reddi causa potest, cur potius vitulum, quam ouem fecerint, nisi quod assueti essent videre maximum Ægyptorum & Aug.18 priorum Deum, h Apim vitulum scilicet nigrum albis insignitum maculis. Non est autem mirum πιπη, voca-
tum hunc vitulum & ei attributum incommunicabile nomen: quod putarent Iudei verum Deum esse hunc vitulum. Ad secundam probacionem eadem responsio. Nam cum quidam abstulissent illud conflatile clamabat Michæas. i Deos meos osuos mihi feceram, abstulisti. Ad tertiam: negatur. 1. k Daniel. 5. Bibebant vinum, & laudabant Deos suos aureos, & argenteos, &c. 2. ex Sapientia 13. Appellarunt Deos, opera manuum suarum. 2. quia omnes laborant in Prophetæ, ut doceant idola aurea & argentea non esse Deos, quod nec videant nec loquuntur. At frustra laborarent, si refellere tentarent quod nullus assereret. 3. conquerebantur Ethnici de Paulo dicente:
o Quia non sunt Di qui manibus sunt. 4. quia P scriptu-
fi ut ait Aug. in ra indicat Ethnicos solitos inuocare idola, & ab eis pe-
ttere salutem: q nemo autem inuocat à quo se exaudiri
non potat. 5. ex PP. r Augustino, Illi simislachra venera-
Christ cap.7. vi- tur, vel tanquam Deos, vel tanquam signa, & imagines Deo-
de etiam ep. 49. rum. Ex quibus apparet ethi quidam non fuerint adeo
& in Psal.1.3. stupidi, putare huiusmodi simulacra esse Deos; alios ta-
scyprian. Laicitat men credidisse. Euseb. 5. cap.15. Præparationis:
Triginta Arnobius, Clem. Deorum milia in terra esse censet Hesiodus, ego autem multo
Alex. Athanas. plures lapides, atque ligneos, hominum creatores video. Et
Theodor. &c. passim f PP. rident Gentiles quod ligna, & lapides pro
t. contra Geetes Diis colent. Denique Arnobius t Deos (inquit) esse cre-
de Trismegisto debam, ligna, lapides, ossa, aut in huiusmodi rerum habitare
vide Aug.8.C. materia. Id autem contingere poterat, & quod ita a Pô-
titicibus asseretur, & quod interdum opera Diaboli

mouerentur, & responsa darent idola, efficta ad formam humanam. Libenter autem fatemur Ethnicos tam facile credidisse Deos aliquos destrui posse manibus quam fieri: vnum cœlestem Deum habere plures eiusdem nominis in terra collegas minores, id est multa idola. Et tam facile credidisse se nouos quotidie facere Deos saltē terrestres, quam facile credebant plures esse Deos.

Ad u 2. hæc duo Concilia fuisse illegitima vide * supra.

Ad 3. vide y supra. Vasquez supra libro 2. disputat. 7. cap. 5. arbitratur Concilium Francofordiense non errasse in quæstione facti, sed optime nouisse sententiam Concilii Nicæni 2. de imaginibus, tūm quod æquè poterat eam scire quam author librorum Carolinorum. tūm quod authores illius temporis Ionas Aurelian. Eginardus, Paulus Diaconus huius erroris Francofordiensis meminissent: tūm quod teste Hincmaro missa fuerint Acta Nicæni 2. Romam: ac deinde à Papa in Franciam, atque eodem tempore iussu Papæ celebratum Francofordiense Concil. cap. Ergo 6. vult Concilium Francofordiense reuera nihil tale decreuisse contra Nicænum, sicut solet credi: quare hoc supposititum esse: tūm quia huius definitionis meminisset Adrianus libro de imaginibus, & Ionas Aurelianensis, tūm quod ea definitione allegasset pro se Claudius Taurinensis. tūm quia non est verisimile Carolum magnum Iconomachum fuisse, & electum Imperatorem à Leone 3. septem annis post Francofordiense.

u / AP. XIII.

& XV.

x libro 1. de Ecclesia cap. 6.

y lib. 2. cap. 8. de Ecclesia.

DE IMAG. SANCT.

Soluuntur cetera.

CAP. XVI. XVII. XVIII. XIX.

CAP. XVI.



D^a 4. argui Carpocratem, nō quod Christi imaginem haberet, sed quia instar idoli, id est sacrificiis coleret, eam, ut clarus Epiph. hæresi 27. & Augustinus hæresi 7. docent.

Ad 5. ead. solutio. Ad 6. Ambrosiū agnouisse nobiscum venerandā esse crucem vt infra patebit. cap. 27. solum ergo vult non ea propter se, sed propter Christum crucifixum quem repræsentat, adorandam.

Ad 7. loqui Hieron. de statuis regum, quæ habebantur pro Diis: eos enim carpit, qui præstant quod tres pueri in Babylonia noluerunt facere.

Ad 8. vel loqui Aug. de idolis gentium, vel de imaginibus sanctorum a quibusdam indebet id est, idolatriæ veluti cultu, honoratis, teste Damasceno in fine libri de hæresib. vel responsio vt supra ad sepulchrorū adoratores lib. 2. cap. 4. de reliquiis SS.

Ad 9. vt ad 4. sicut patet ex ep. 53. lib. 7. Gregorii: scio (inquit) quod imaginem Salvatoris non ideo petis, vt quasi Deum colas: sed ob recordationem filij Dei in eius amore reclucas.

b CAP. XVII. Ad b 10. id merito factum. 1. quod arbitrarentur sanitatis beneficium, ab ipso serpente, vt authore emanatus propterea in huius rei derisionem vocat eum Ezechia נָחַשְׂנָא Nechusṭan, ænulum, vel נָחַשְׂנָא Nechusṭam, as eorum. 2. quia ei adolebant incensum. Cum autem adoletere incensum tunc solis sacerdotibus liceret, ad sacrificium spectare videbatur.

c CAP. XVIII. Ad c vndecimum negatur totum: nam rationes quarē una magis quam alia frequenter imago aut ad eam per grīnemur sunt. 1. quia Deus per unam operatur miracula, non per aliam. 2. quia quædā sunt à SS. viris, vt Luca & Nicodemo, depictæ peculiaris autē debetur deuotio imagini non solum propter significationē, sed etiam propter artificem. 3. quia aliqua magis ad pietatē

excitant. Quare autem precatari, ad imaginem accedamus non est, ut imaginem oremus, sed ut memoriam inuocati sancti nobis reficeret imago.

Ad d^{ecim} duodecimum, non esse propter se imaginem d^{icitur cap. xix.} honoris capacem: esse tamen propter prototypum.

Ad decimum tertium, esse sanctam imaginem. 1. ob represe[n]tationem. 2. ob Ecclesiæ institutionem: si-
cūt enim calices, vestes, & homines ideo sacri sunt, quia deputantur cultui diuino ab Ecclesiæ sic & imagines.

Ad decimumquartum, non proponi ab Ecclesiæ colendū hominem quamuis sit, inquantum imago Dei veneratione dignus: quia periculum esset ne ho-
mo propter se colli putaretur plusquam ciuili honore.

Quo genere cultus sunt honorandæ imagines.

C A P. XX.

Hima ^a opinio, vult nullo modo colendas a ^b ita videtur esse, sed tantum coram imagine colendum sentire Alexan- exemplar. Primo, quia iuxta ^b Basilium der. 3.p.q.30 ar. honor imaginis transit ad exemplar. Ergo ultimo Duran- non terminatur in imaginem, & proinde d^{icitur} 3. sent. dist. nec ipsa imago, sed exemplar honoratur. ^{9.q. 2. Alphons.}

Secundò id habetur in illis duobus versibus com- à Castro verbo. positis (ut dicitur) tempore septimæ Synodi. ^{Imago.}

Nam Deus est quod imago docet, sed non Deus ipsa.

^b Cuius senten-
cia sepe in. 7.

Hanc videas, sed mente colas quod cernis in ipsa. Et idem dici potest proportionaliter de imaginib. San- ^{Syno. repetitur.}
ctorum. ^{b D. Thomæ. 3.}

Secunda ^b opinio, eundem deberi honorē imagini, p.q.25. ar.3. Bo-
nauen. Marsil.
Almainus Carthus. Capreolus in. 3. dist. 9. [ac aliorum quos referit Vazquez supra
libro. 2. Disput. 8. ubi fuisse hinc de tractat hancque opinionem sequitur. In
adorationis autem unico actu, duo distinguit internum affectum scilicet, &
externam submissionis notam: illum vult ad solum referri exemplar & ita intelligendos PP. & Conclia cum negant adorandas imagines latraria. Hanc vero ad
ipsam imaginem etiam referri ex simplici voluntate per respectum ad exemplar
& ita intelligendos PP. cum afferunt imagines adorandas. Nec enim fieri posse
rit p^{ro}: at colli imaginem, sine respectu ad prototypum.]

85 DE IMAGINIB. SANCT.

atque exemplati & proinde adorandam cultu latræ imaginem Christi, B. Virginis, hyperduliae, Sanctorum dulie primò, quia Ecclesia canit: O crux aue spes vni- ca, ange piis iustitiam, reisque dona veniam. Secundò, honor imaginis transit ad exemplar. Igitur idem est ho- nor imaginis, & exemplaris.

c Libro de incarnationis Do- minicae Sacra- mento cap. 7. Tertio, Num (inquit c Ambros.) cum in Christo ima- ginem Dei, & crucem adoramus, dividimus eum? Ergo si- gnificat utrumque debere eodem honore coli.

d Epist. de obit. Faule. Quartò, Prostrata (Paula) ante crucem, quasi pendentem Dominum cerneret adorabat, d inquit Hieron. Sed Do- minum pendentem adorascat latræ. Igitur & ipsam crucem adorabat latræ.

Quartò, ^c Ambros. aurum sacramenta non querunt, neque auro placent, que auro non emuntur: ornatus Sacramen- ^{c 2. de offic. 28.} torum redemptio captiuorum est.

Quintò, cum accusaretur ^d Acacius quod vasa sacra propter pauperes vendidisset respondit: Deus noster ^{d Apud Socratē 7. cap. 21.} neque discis neque calicibus eget, quia non comedit, neque bibit.

Sextò, Malè vos parietum amor caput, male Ecclesiam Dei in tectis, ædificisque veneramini, inquit ^e Hilarius.

Septimò, ^f Lactantius laudat Persium dicentem non ^{e epistola contra Auxentium.} debere aurea vasa templis inferri.

Octauò, ^g Chrysost. docet melius esse dare elemo- ^{f 2. cap. 4.} synam, quam ornare templum. ^{g homil. 51. & 81.}

Nonò, ^h Vanitas vanitatum sed non vanior quam insinior fulget Ecclesia in parietibus (inquit ^h Bernard.) & in pau- ^{h Apol. ad Gulielmum.} peribus eget, &c. Decimò, quia Dominus, semper a- ^{h Apol. ad Gulielmum.} muluit, & docuit paupertatem.

Vnde decimò, quia ociosum est aurum in templis, nec enim parietes sentiunt ornatum.

DE CVLTV SANC.

Duodecimò, obest templorum splendor, auocat enim mentem à cogitationibus melioribus.

Decimo tertio, quia melius est templo viua ornare, quam mortua: nusquam autem defunt pauperes qui egeant.

Decimo quartò, non damnabitur in iudicio qui templo non ornauerit; sed qui pauperem non aluerit.

Prima propositio: *Opus bonum & pium ex genere suo est ingentibus sumptibus templo Dei edificare, aut ornare.*

Primi, quia Deus 1 voluit tabernaculum suum in legge Moysi esse ornatissimum ita ut omnia ferè instrumenta sanctuarii aurea essent: cortinæ tabernaculi, & veste sacerdotales preciosissimæ ex serico, byslo, purpura, gemmis, &c. Singuli principes obtulerunt in ornatum tabernaculi ingentia donaria. Salomon item 1 ornatissimum instruxit templum. A rationes quæ sunt nunc contra ornatum templorum, valent & contra hæc omnia.

Secundò, m Dominus laudauit viduam, quæ omnem suum victum, id est duo minuta in gazophylacium miserat templi: quomodo ergo male facient qui aliquam partem suorum bonorum dant templo?

Tertiò, Isaías predixit ad literam de Ecclesia militante: " Domum maiestatis mee glorificabo. " Me insule expèctant, ut adducam filios tuos de longe: aurum eorum, & argentum eorum non mini Domini Dei tui. " Edificabunt filii peregrinorum muros tuos, & Reges eorum ministrabunt tibi. Gloria Libani ad te veniet, & buxus, & pinus, simul ad ornandum locum sanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo.

Quartò, ex PP. Euseb. 9. hist. 9. & Cyrill cœtech. 14. Isti q apud Russinū qui nunc sunt Reges, pietatis ergo argento induentes, & aura 10. & lib 0 10. sanctam hanc Ecclesiam resurrectionis, in qua nunc sumus ex cap 2. quem locū struxerunt, & argenteis monimentis splendidam effecerunt. Ab hic Bellarminus thanas. Apologia ad Constantium meminit Basilicæ magnificè à Constantio exstructæ. Nyssenus testatur magnificentissimum, & ornatissimum fuisse picturis, & sculpturis Sancti Theodori templum. Chrysostomus homilia 66. ad populum Antiochenum. Scruorū (inquit) crucifixi sepulchra regis aulis sunt clariora, non magni-

i Exodii 25. usque
ad 31. & a 35.
usque 39. inclusi-
sive.

k Numer. 7.
l. Paralip. 28.
& 29. & lib. 2.
cap. 3. 4. & 5.
m Marci. 12. ad
finem.

n cap. 60. v. 7.
o v. 9.
p v. 10.

tudine & pulchritudine ædificiorum (nam & in hoc superant) sed quod multo maius est conuenientium studio. Cytill. initio libri de recta fide ad reginas. Valde sapienter operam datis, ut que Christo probantur, & sentiatis, & faciat: partim operibus, & irreprehensibili conspicua fide, & vestras & regum aulas virginitatis gloria decoratis: partim sumptuosissima Christo templo erigitis: concessum enim & hoc est cum aliis ab ipso, vestris animabus. Theophylactus in 14. Marci. Confundantur hoc loco qui pauperes Christo preferunt, &c. qui igitur abfuderit discum preciosum, & cogit ut corpus Christi in viliori ponatur, prætexens scilicet pauperes, sciat cuis partis sit. Ex Latinis Optatus libro 6. Ambros. Maxime sacerdoti hoc conuenit, ornare Dei templum decore congruo, ut etiam hoc hoc cultu aula Domini resplendeat. Hieron. epist. ad Demetriadem postquam dixerat. Alii ædificant Ecclesiæ vestiant parietes marmorum crustis, subiungit, Non reprehendo, non abnuo: sed tibi aliud propositum est. August in psalm. 113. Nos pleraque instrumenta & vasa ex auro, & argento habemus, in usum celebrandorum sacramentorum, que ipso ministerio consecrata sancta dicuntur. Prudentius in hymno S. Laurentii, Paulinus natali 3. sancti Fœlicis. Prosper libro de Promissionibus, & Prædictionibus parte 3. cap. 38. testatur suo tempore consecratum templum tanta magnitudine ut etiam haberet plateam, ad ipsum ducentem duorum millium longitudine passuum, totam precioso pauimento, & columnis ornatam ac muris.

Quintò, ex eorum pietate qui ædificarunt Ecclesiæ. Constantinus passim a Patribus sanctus appellatur, Iustinianus (qui excepta hæresi in quam extrema senectute incidit) laudatissimus fuit, Carolus magnus ab omnibus historicis laudatus. Carolus 4. religiosissimus Imperator, Julius, Damasus, Leo, Symmachus, & alii summi & sancti Pôtifices. Nec enim verisimile est, in hæc opera conspirare potuisse, si ea Deo non placerent.

Sextò, Domus quo maiori ædificatur principi, eo debet esse maior. Quis autem Deo maior? quam rationem sequutus est Salomon 2. Paralip. 2. v. 5. Domum (inquit) quam ædificare cupio magna est: magnus est enim Deus noster super omnes Deos.

DE CVLTV SANCT.

Septimò, extruere, vel ornare templum Deo est actus religionis, & magnificentiae. Item signum fidei, charitatis, pietatis, ac gratitudinis erga Deum. Ergo per se bonus est.

Octauò, quia templum magnificentissime ornatum, plures habet utilitates. 1. facilius allicit, ad res pias, animos. 2. conseruat maiestatem sacramentorum, & reverentiam quæ rebus debetur sanctis. 3. iuuatur maxime simplicium pietas, ac deuotio. 4. magnifica tempora diutius conseruantur, & splendori sunt ciuitati: & multitudo vasorum aureorum & argenteorum potest in extrema Reipubl. necessitate multis subuenire.

Nonò, qui Ecclesias vastarunt semper pro sacrilegis habitu sunt: Balthasar, Daniel 5. Heliodorus, 2. Machabæor. 3. Antiochus, 2. Machab. 9. Leo filius Constantini Copronymi cum abstulisset è templo insignem coronam a Mauritio Imperatore datam mox sensit capiti suo veluti carbunculos ignitos, & inde concepta dentissima periit febre: ita referunt Cedrenus & Zonaras.

Secunda propositio: *Potest tamen huiusmodi opus ædificandi, vel ornandi tempora facile vitari ex defectu circumstanciarum.*

Probatur, primò, quando quis tenetur iuuare proximos maximè parentes, & non potest simul dare templo constat manifeste male agere, si det templo. 1. quia (inquit Dominus Oseæ 6. v. 6.) *Misericordiam volo, & non sacrificium.* 2. Dominus reprehendit Marci 7. Pharisæos docentes filios, offere donaria templo in detrimentum parentium. 3. ex praxi Sanctorum, qui tempore magnæ necessitatis in pauperum subsidium calices vendiderunt ut patet ex Ambrosio 2. de officiis 28. Neque obstat factum vidua. Nec enim substraxit alteri, sed sibi, neque id ad longum tempus, sed vnius diei spatium.

Secundo, quādo locus non requirit adeo magnificentem structuram, & ornatum (non enim omnes æqualiter requirunt sicut enim in magnis viribus tempora debent esse splendida, ita in desertis locis non conuenit tot sumptibus ornari) tunc aperte vitiatum opus. Ad quid enim haec? Tertio, quando ornamenta templorum sunt vana.

Quarto, quando quis, supra suum statum vult ornare templum. Quare si una ex his quatuor circumstantiis tempus, locus, modus, persona, deficient, merito hoc reprehenditur opus.

Ad. 1. solos reprehendi, qui minimè curantes fieri viua templa Dei bonis operibus, putant sibi omnia tutae esse, si templum externum ædificant, aut ornent.

Ad. 2. & 3. Hieronym. eos arguere qui multum curæ nutriunt in ædificandis, & ornandis templis, non autem eligendis idoneis ministris, sic enim incipit. *Multi ædificant parietes, & columnas Ecclesie substruunt, marmora nitent, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguuntur, & ministrorum Christi nulla est electio: & proinde illi Iudaizare videntur, dum anteponunt curam fabricæ corporalis spirituali, quasi huiusmodi templorum ornatus esset omnino necessarius, sicut Iudei arbitrantur.*

Ad. 4. respond. 1. ibidem Ambros. docere aurea Ecclesiæ vasæ non debere alienari, nisi in magna pauperum necessitate, si sint alienanda, quartenda nondum initiaæ si talia non inueniantur, non debere initiaæ vendi integra, sed per partes. Ambrosius ergo admittit hunc templorum ornatum. 2. sacramenta quidem non requirere aurum ex necessitate, sed ex decentia.

Ad. 5. ead. solutio nec enim Deus quoad se eget huiusmodi vasæ.

Ad. 6. respons. supra. Ad 7. non ridere Lactantium ornatum templorum, sed inepte offerimunera idolis, quasi illis oblectarentur, & Deus egeret sensibilibus rebus. Ad octau. solùm reprehendere Bernardum. 1. defectum primæ conditionis: quod Monachi Cluniacenses quæ acceperant distribuenda pauperibus, insumerent ad ornatum templi, cum pauperes valde indigerent. 2. defectum secundæ vnde, ibidem. Et quidem alia causa est Episcoporum, alia Monachorum, scimus namque quod illi sapientibus & insipientibus debitores cum sint, carnaлиis populi deuotionem, quia spiritualibus non possunt, corporalibus excitant ornamenti. 3. defectum tertiae. Quid facit (inquit) illa ridicula monstruositas? quid ibi immunde simæ? 4. quod humi sculperent sanctorum imagines.

572 DE CVLTV SANC.

5. quod quæstus causa ornarent templo, nimisum, ut plures ad offerendum confluenter.

Ad nonum, videri hac in re Chrysothomum & Theophil. pugnantes. Sed conciliantur, quando enim notabiliter pauperes egent, & templo Dei sunt conuenienter instructa, pauperibus erogandum est: quando pauperes mediocriter se habent, & templo Dei sunt inculta, dandum est templis. Quando æqualiter egent, nec instat extrema parcerum necessitas, verisimilius est dandum esse templo. Quod sit durabilius, communius, & immediatus bonum, relatum ad Deum.

Ad 10. respond. 1. hoc non obstante Dominum non recusasse obsequium preciosum cum multi sternerent ante ipsum vestes suas ad ingressum in Hierusalem, & cum Magdalena, caput & pedes eius vnxit preciosiss. vnguento. 2. iam Christum triumphantem & gloriosum esse, cui etiam proinde gloriola conueniant templo. 3. ei præcipue dicari, qua parte Deus est qua ratione semper fuit Dives, Rex Regum &c.

Ad vndecim negatur, sunt enim ornamenta templi, signa reverentiae, & pietatis in Deum.

Ad duodec. eo fine non institui huiusmodi splendorum, & tam posse mentes ad devotionem & reverentiam, quam ad euagationem trahere: quare vitio intentium non ornatus contigit ea distractio.

Ad decimum. 3. vt ad. 9. Deinde hoc argum. etiam concludit non licere ædificare palatia regum, instruire coniuia, & similia: quod tamen falsum est.

Ad decimum. 4. negatur, si quis obligetur ad huiusmodi notabilem ornatum. Hoc enim deducitur à maiori. Si damnabitur qui non fecit eleemosynam quando eam tenebatur facere: multo magis qui non ædificauit, vel ornauit templum, quando tenebatur.

*De benedictionib. aquæ, salis, cinerum,
cerei &c.*

C A P. VI.

Primi riserunt has benedictiones a Vval-
denses. Deinde b flagellantes, c Vvi-
clefista, d Lutherani, e Calvinistæ. 1350. teste Ber-
Prima propositio. Reclamantur nardo Lutzen-
aqua, oleu, panis, cerei, cineres, rami, & simila burgensi.

Primo, quod Dominus fecit argui nequit. At panes c Apud Uval-
multiplicatus aspexit f in cælum, & benedixit. Ergo densim tom. 2.
benedictio panis bona est. tit. vlt. cap. 68.

Secundò, g Omnis Creatura Dei bona est & e. Sanctifi- d Libro de vi-
catur enim per verbum Dei, & orationem, id est ut interpre sione Danielis
tatur h Chrysost. et si creatura esset aliqua immunda, contra Cathari-
facile posset sanctificari adhibito signo crucis: quanto num.
magis res bonæ, sicut sanctiores? e Caluin. 4. cap.

Tertiò, ex traditione veteri. Clemens. 8. constituit ordinem 10. §. 20. Instit.
ponit consecrati aqua. Dionys. aqua sacris inuocatio- f Luc. 9. v. 16.
nibus consecrari dicit Alexander. 1. præcipitaquam be- & Mathæi. 14.
nedici. Cyril. i ait: sicut mundi cibi, sunt immundi inuo- v. 19.

catione diaboli, ita aquam simplicem fieri sanctam inuocatione g 1. Timoth. 4.
Dei. h Cypr. oportet (inquit) mundari, & sanctificari aquas v. 4.

a sacerdote. i Basil. Apostolicam esse dicit traditionem, nūxiens. dī
aqua consecrationem m Ambrosius, nisi crucis signo x̄x̄x̄ &c. v. 5. à z̄z̄z̄
prius secretetur nullum in Ecclesia vsum, similia Aug. n̄ p̄m̄. dīa x̄x̄x̄.
6. in Julian. 8. Concilium o Nannetes. iubet Presbyte- h Et Theophyl.
runa visitantem ægrotos, primo aspergere aqua sancta in hunc locum.

ægrotum, & cubiculum ipsum. Benedictionis olei me- i Catech. 3.
minerunt Clemen. Dionys. Basil. supra, & Aug. tract. k 1. epist. 12.

118. in Ioannem. Benedictionis panis extra Euchari- 1 Libro de spiri-
stiam. Aug. 2. de peccat. mer. 2. & Paulus in epistolis tu sancto ca. 27.

ad Alipium, & Romanianum. Benedictionis cerei pas- m 4. de Sacra-
chalis. Strabo cap. 30. P. Concil. Tolet. 4. & q Zosi- ment. cap. 5.

mus. Benedictionis cinerum & palmarum. B. Maximus n Ethomil 27.
homiliis in die r cinerum. ex lib. 50. homi-
o Can. 4.

p Can. 8. q In Pontificali r Caluinus supra.

a Exorti ann.

b 1140. ut patet

ex fragmento

Reynery in fine

libri Claudi

Conford. contra

DE CVLTV SANC.

Obiicitur primò. Si Apostolica est traditio benedictio aquæ. Ergo eam Alexander. i. non instituit: vtrumque autem asserimus, igitur pugnantia inter se.

Epist. 119. cap. Secundò, s. Aug. ait omisisse Christianos cæremoniā laundi pedes in die cænæ, ne videretur ea lotio ad Sacramentum pertinere Baptismi. Ergo tunc temporis non erat illa lotio religiosa, excepto Baptismo. Non igitur aqua benedicta erat in ysu, & multo minus traditio apostolica.

Tertio, aqua lustralis est profanatio Baptismi, & quasi repetitio. Ad primum, nos institutionem aquæ lustralis solis tribuere Apostolis: præceptum vero quo iubetur frequentari Alexandro. i.

Ad. 2. non damnae lotionem pedum, sed solum recensere varias hac de re Augustinum opiniones, & non fuisse conueniens visum, quibusdam lauari pedes cæthumenis in die cænæ, ne videretur illa lotio necessaria ad baptismum: sed potius differendam in octavum diem Paschæ.

Ad 3. negatur, differt enim aqua lustralis à Baptismo, forma, ministro, intentione, effectu. Quamvis per huiusmodi aquam refriceretur meritò memoria baptismi.

Secunda Propositio. Reète ad effectus supernaturales significandos & efficiendos utimur aqua, oleo, altisque rebus, benedictione consecratis.

Siquidem illa benedicuntur ob tripliçem finem primò, ad significandos spirituales effectus. Nam aqua significat purgationem animæ, cinis pœnitentiam, palma victoriam, cereus paschalisch resurrectionem, oleum misericordiam, sanctitatem, clatitatem &c.

Obiicit t. Brentius, non debere adumbriari cæremoniis mysteria fidei, coruscante vbiique iam Euangeliō.

Respondeo, has cæremoniias non esse propriè adumbrationes futuron, sed representationes inuisibiliū, vel præteritarum: vtiles ad excitandum affectum. Alioquin deberet etiam tolli Baptismus, [& omnes Sacramentorum etiam essentiales ritus: nec enim sua carent significatione.]

Secundò, ad deletionem venialium peccatorum, quæ de re vide D. Thom. u 3 p. & Domin. à loto in 4 sent.

t In sua Confessione ca. ultimo.

u q. 87. ar. 3.

distinct. 15. q. 2. &c. Obiicitur. y 1. *Sanguis et Christus et Gratianum*
stremundat nos ab omni delicto. Ergo etiam a veniali. Re- can. *Aqua dist.*
spondeo, id verum dummodo ille nobis applicetur san- 3. de consecra-
guis. Applicatur autem per huiusmodi Sacramentalia, tione.
ad venialia: sicut per Baptismum & penitentiam ad y Jta Tilmannus
mortalia delenda. *Hesbusius libro*

Tertiò, ad effugandos dæmones morbosque pellen- de sexcentis er-
 dos: non quidem infallibiliter: tūm, quia non habent roribus Papista-
 vim ex pacto Dei expresso, sed precibus Ecclesiæ, & rum loco. 27.
 vtentium deuotione: tūm quia non semper id expedit z 1. Ioan. v. 7.
 nobis. Hoc tertium probatur. 1. exemplis scripturæ.
 Numer. 5. aquæ maledictionis ab adultera potatae ven-
 trem intumescere, & femur putrefacte faciebant: nec
 tamen ibi erat necromantia. Num. 19. aqua cineribus
 admixta, dicebatur expiationis, qua mundabantur Iu-
 dei a legalibus sordibus. 4. Reg. 2. Eliseus ad sanandas
 aquas adhibuit salem, ad curandam lepram Naaman,
 Iordanis aquas cap. 5. Marci. 6. v. 13. vngabant apostoli
 ægrotos oleo, & curabantur. Secundò ex PP. exemplis
 a Marcellus Apameensis: & b Macarius aqua benedi- a *Apud Theodore-*
 cta soluerunt incantationes. c Hilarion, oleo benedi- ret. 5. cap. 21.
 d Fortunatus aquæ benedictæ b *Apud Pallad-*
 aspersione femur hominis cōfractum. Malachias phre- dium cap. 19.
 neticum apud Bernardum in Malachia. Obiicitur pri- c *Apud Hieron.*
 mò, non esse scriptum aquam sanctificandam ad pel- in Hilarione.
 landos dæmones. Secundò, non esse assumendum no- d *Apud Gre-*
 men Dei in vanum. At in vanum assumitur, ad sancti- gor. 1. *Dialogor.*
 ficationem harum rerum. 10.

Ad. 1. negatur. Nam scriptum est sanctificari omnem
 creaturam per verbum Dei, & orationem. Item. *Petite,*
& accipietis. Ecclesia autem petit, hæc valere ad fugan-
 dos dæmones.

Ad. 2. negatur Minor. 1. quia assumere nomen Dei in c *Can. 2.*
 vanum, est peccare, ut explicat Tolet. c Concil. 8. At
 ibi nullum periculum est. [2. quia illa inuocatio no-
 minis Dei, non caret effectu.]

De Peregrinationibus ad Sancta loca.

C A P . V I I I .

a libro.3.de culu
imaginum.
b 3.cap.5.
c apud Uvald.
tom.3.tit.15.



As damnant Claudio Taurinensis apud
a Ionam, Petrobrusiani apud b autho-
rē vitæ Bernardi, c Vviclefistæ d Cal-
uinistæ e Centuriastæ Primò, quia cœ-
pit hic abusus tempore Constantini
Secundò hanc refutauit ilicò f Græ-
gorius Nyssenus. Tertiò quia Christus inter beatitudi-
nes non ponit peregrinationes. Quartò, quia multa
sunt in itineribus pericula, præsertim mulierib. Quinto
nihil est Hierosoly. quod hic non habeamus. Deus
est enim ubique: homines illic, non sunt meliores: tem-
porem bac de re pla & altaria habemus. Sextò, g docet Hierony. non
centuriastæ re- expedire has peregrinationes. Septimò, Sanctus An-
ferunt supra ca. tonius & alii sancti monachi licet in vicinia sancto-
rum locorum habitarent, ad ea tamen non sunt pere-
g. ep. ad Paulinū grinati.

h est Tridentini Propositio, h peregrinationes ad loca sancta sunt pie, &
concili sess. 25. religiose. Primò, quia Deus instituit omnes filios Israhel
i. Regum. i. ter in anno ad tabernaculum, vel templum Domini
h Luc. 2. peregrinari, quod diligenter obseruarunt i Elcana cum
l Actor. 8. uxore. k Christus cū Matre, & Ioseph, l Eunuchus
m Actor. 2. Æthiopus quamvis gentilis, sed proselytus. Item m &
n qui fluerunt Paulus. Secundò, ex PP. n Alexander (inquit o
100. anzis ante Euseb.) Hierosolyma adorandi, & locorum sanctorum vi-
constantinum. dendì causa properauit. P. Sanctus Nicolaus adolescens
o 6. histor. 9. voti causa peregrinatus est in Hierusalem ante Impe-
p. apud Metaph. rum Constantini: eandem se suscepisse peregrinatio-
q. serm. de dedi- nem q Gaudentius testatur r Chrysost. Quo regias
catione Eccl. quidem aulas videat, nullus unquam peregrinatus fuerit:
r homil. 66. ad multi vero reges plerumque huius spectaculi (id est se-
populu Antioch. pulchrorum martyrum) gratia peregrinati sunt &c. s
l ep. 17. Hieron. longum est nunc ab ascensi Domini usque ad pre-
sentem diem, per singulas etates currere, qui Episcoporum,

qui Martyrum, qui eloquentum in doctrina Ecclesiastica
vivorum venerant Hierosolymam &c. Item: ^t Cæterum ad- ^{t ep. 154.}
rasse ubi steterunt pedes Domini, pars fidei est. ^u Sulpitius. u Non aliter
^z facræ historiæ. Paulinus ep. II. ad Seuerum. Prudent. (inquit) affectus
in Hymno Sancti Hemiterii, & Chelidonij, x August. homines ad Hie-
Elegit aliquid medium, ut certo placito se ambo constringe- rasolymā rapit,
rent, ad locum sanctum se peregrinaturos. Cassianus. 4. de nisi ut loca, in
institutis renuntiantium cap. 31. Beda. 5. histor. 7. scri- quib. corporali-
bit Ceeduallem regem suscepisse peregrinationem ad ter præsens fuit
Apostolorum limina, cupientem ibi suscipere Baptis- Christus, videat
mum, & mox è vita migrare, quorum utrumque im- atque cōtingit.
petrauit. y Nicolaus. 1. scribit multa hominum mil- x ep. 137.
lia ex omnibus terræ finibus confluere solita ad limina y epistola ad
Apostolorum religionis causa. Concilium z Cabilo- Michaelem.
nense docet omnibus probari debere deuotionem pe- z sub Carolo
regrinantium pœnitentiæ gratia ad loca sancta. magni can. 45.

Tertiò, quia hæ peregrinationes sunt signa, anobis
magni fieri Deum & sanctos.

Quartò, quia est opus pœnitentiæ, & satisfactionis
cum sit pœnale, & laboriosum.

Quintò, loci præsentia sancti, auget deuotionem, &
reuerentiam.

Ad 1. Responsio in principio nostri secundi argu-
menti. Ad 2. respond. i. non esse fortasse Nysseni ora-
tionem quam hac de re producunt Centuriæ: non
enim inuenitur in operibus eius, nec scitur quis eam
in Latinum verterit. z non reprehendere simpliciter pe-
regrinationes, sed in quibusdā personis vt monachis &
mulieribus. Nos autem concedimus, quibus peregri-
natione indecens, aut periculum est, non debere pere-
grinari & ita soluuntur quartò & sextò. Ad tertio
probare solum peregrinationem non esse opus neces-
sariorum ad salutem. Ad 5. esse Hierosoly. sepulchrum
Domini, & loca ipsa in quibus redemptionem nostram
operatus est, quæ non sunt alibi.

DE CVLT V SANCT.

De votis quæ fiunt sanctis.

C A P . IX.

a in Colloquio:
Naufragium.



Aec reiiciunt a Erasmus, & omnes nostri hæretici Quia votum est actus religionis soli Deo debitus, quale est iuramentū & sacrificium nam in scriptura dicuntur perpetuū vota fieri Deo.

Propositio. Reclē sunt vota sanctis.

b 13. Prepar. 7. Probatur. 1. ex PP. b Eusebius. Nos (inquit) vere pietatis milites, ut Dei amicos honorantes ad monumenta illorum accedimus votaque illis facimus tanquam viris sanctis.

c 8. ad Græcos.

c Theodoret. piè, fideliterque precatos (sanctos) ea maxime consequi que desiderant, testantur illa, que votorum rei persoluunt. Pallad. d in Lausiaca scribit Philoromū ex voto Apostolis nuncupato venisse Rom. Prudent. supr. Paulinus natali 1. de S. Fælice e Gregor. Turonicus Domino gratias agentes (scilicet ministri Clodouei regis) & vota beato Confessori promittentes leti nuntiauerūt regi.

Ad arg. deberi soli Deo votum, quatenus est signum gratitudinis erga primum principium, & recognitio beneficij emanantis ab eo vt authore: quia tunc est latræ cultus: sanctis autem deberi, quatenus est signum gratitudinis erga mediatores, & intercessores in quibus Deus inuariabiliter per gloriam habitat. quia tunc est tantum cultus duliae.

Dices quidni ergo promissiones sanctis hic viuentibus vota nuncupari poterunt? Respondeo id non conuenire. 1. quia promissio facta sanctis regnatis cum Christo est similior promissioni quæ sit Deo, quam sit promissio facta mortali: quia non in illorū, sed nostram cedit utilitatem. 2. quia votū non conuenit sanctis nisi vt diis per participationem, quod certum scimus de regnatis cum Christo, non autē de his qui nobiscū. 3. quia cū Christo regnates, sunt inuariabiliter filii Dei, non autē sancti qui sunt in terra, cum deficeret possint.

De festis Diebus.

C A P. X.

PRIMUS error est a Ebionitarum: debe a apud Euseb. 3. resclicet seruari dies festos utriusque cap. 27. Testamenti. *bunc errorem*

Secundus b Petrobrusianorū, nul- obseruant Chri-
los debere seruari. Tertius Lutherano- stiani in Aethio-
rum, & Calvinistarum. 1. festos dies ce- pia qui eodem
lebrari esse de iure diuino. 2. quia hos ius diuinum non bonore domini-
determinauit, certum tempus a pastoribus determina- cam, & sabbati-
ri debere. 3. dies festos non debere ceteris sanctiores thum colunt.
putari quasi aliquid mysterii contineant, aut piam si- b apud authore
gnificationem, sed tantum celebrari politiae causa. 4. vite Bernardi.
non obligare fideles in conscientia. 5. non licere dies 3. cap. 5.
festos celebrare sanctis, vel Eucharistie, & multo mi-
nus Conceptioni B. Mariæ.

Prima propositio: *Nullo modo licet Christianis sabbathum Iudeorum, aut alias ferias testamenti veteris obseruare.* Primo ex Rom. 14. Galat. 4. Coloss. 2. in quibus adeò aperte Paulus reprehendit observatores sabbathi,
ut propterea Ebionite non recipent Paulum.

Secundò, c. Concil. Laodicen. dicit anathema ob- c cap. 29.
seruantibus sabbathum.

Tertiò, Gregorius 11. ep. 3. ex professo hunc refellit errorem.

Quartò, quia sabbath. erat praecipua figura Iudaica, in testamento veteri Coloss. 2. Igitur accidente Christo desist sabbathum.

Obbiicitur Exod. 31. de sabbatho: *pactum est semper-ternum signumque perpetuum.*

Resp. 1. cum c Aug. dici æternum, quia significat c questionib. ix
res æternas. 2. quia non erat expressum quando finire- Exod. q. 46. &
tur. 3. quia erat duraturum quandiu duraret status Iu- 124. & 139.
daicus: propterea additur communiter, vobis, vel, in
generationes vestras &c.

DE CVLTV SANCT.

Secunda proposit. Festa Christianorum non solum ratione ordinis, & politiae, sed etiam mystery celebrantur: suntque alii diebus sanctiores, & pars divini cultus.

Probatur pri^{mo}, tam nos quam haeretici celebra-
^{¶ ita Aug. ep. 119} mus diem dominic. At certum est f^{estum} celebrari in me-
g. 1. c. 8. In suis moriam resurrectionis Domini, ut etiam g^{loria} Caluinus
fatetur. Respon. Caluinus. 1. obseruari, ut moncamur
non esse amplius inhaerendum signis, quod Christus
sua resurrectione omnes euacuerit. 2. non impro-
baturum se si alium diem celebrandum elegit Eccle-
sia. Ad primum, diem non posse alter monere, quam
per significationem & representationem. Ego semper
dies festus illic, ratione mysticæ significationis cele-
brabitur. Deinde h^{ab} Augu. docet diem dominicum
significare etiam gloriam beatam & non solum Resur-
rectionis Domini. Ad 2. in pietatem Caluini demon-
strare: qui se consuetudini Ecclesiæ & suorum etiam
se opponit.

Probatur secundò, quia essent alioquin tollendi dies
solennes Natalis Domini, Passionis, ascensionis, Pen-
tecostes, sicut & resurrectionis, quos tamen ex Aposto-
lica descendere traditione & in tota obseruari Eccle-
si ep. 118. & 119. sia docet iⁿ Aug. Nam si ratione Politie solum obser-
uarentur, quæ ratio inter diem passionis, & resurrectionis
non nisi unum esse diem, inter Resurrectionem &
Ascensionem 40, inter Ascen. & Pentec. 10. inter Pen-
tecost, & Natalem Domini plusquam 6, menses? Cur
ista nomina habent? Cur Lunam sequimur in mobili-
bus festis inueniendis, si nihil sacrum significant?

K serm. 62. Tertiò, ex PP. & Ambros. Dominica nobis venerabilis
est, atque solemnis. Aug. p^{ræf}. in epistolam Ioannis. Quia
nunc (inquit) interposita est solemnitas sanctorum
dierum lib. 22. Ciuit. 30. Dies dominicus Christi resurrec-
tione sacratus est. Item dominicum diem Apostoli reli-
giose solemnitate habendum sanxerunt. Leo serm. 4. de
Quadrag. Ingressu (inquit) dies mysticos.

Iep. ad Magne- Quarto, alias sequeretur omnes dies festos, esse æqua-
tianos. les. Vna enim ratio celebritatis omnium. At I Ignatius
m serm. 12. de vocat diem dominicam, regalem, & eminentissimum
Quadragesima. omnium dierum: m Leo, Pascha, festum festorum,
n Nazianz.

n Nazianz. celebritatem celebratum, tanto maiorem n oratione 2. de cæteris, quanto Sol syderibus.

Paschate.

Quintò, obseruatio festorum præcepta Exod. 20. ad cultum Dei pertinet. Est enim præceptum aliquo modo naturale, & ad nos pertinens, ut aduersarii concedunt. Ergo debemus aliquos dies obseruare in cultum Dei, nullos autem habentus præter dominicos, Pascha, &c. Ergo horum obseruatio ad cultum Dei spectat, & proinde sancta.

Sextò, Christus nascens, consecravit præsepe, moriens crucem, resurgens tumulum, quidni & tempus?

Obiicitur Primò, Rom. 14. ^o Alius iudicat diem inter o v. 5.

diem, altius omnem diem, quibus videtur reprehendere discretionem dierum, non quoad politiam, hæc enim omnino necessaria. Ergo quoad religionem.

P V. 10.

Secundò Galat. 4. P Dies obseruatis, & menses & annos, timeo vos, ne frustra laborauerim in vobis.

Tertiò, ^q Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi.

Quartò sabbathum, quod mandatum fuerat Iudeis carnaliter obseruandum id est abstinere a seruilibus operibus, nobis mandatum est spiritualiter, id est abstinere a peccatis ut docent ^r Ambro. ^s Hierony. ^t Aug. ^u Gregor.

Quintò, Hieron. in 4 ad Galat. Ne (inquit) inordinata congregatio populi fidem minueret in Christo, propterea dies aliqui constituti sunt, ut in unum omnes pariter veniriemus. Non quo celebrior sit dies illa, qua conuenimus: sed quo quamcumque die conueniendum sit, ex conspectu mutuo letitia maior oriatur.

Sextò idem ait ibid. omnes dies Christianis esse æquales, sed propter seculares, oportuisse constituere aliquos quibus ad Ecclesiam conuenirent.

Ad primum, loqui Apostolum non de festis, sed ieiuniorum discrimine dierum: ac velle dicere: aliqui ieiunant certis diebus, ali omni die & utrique rectè agunt: propterea si quidem adiunxit: ^x Vnusquisque in suo sensu abundat. Ita exponit Origen. Ambr. Oecum. Primal. Ansel. in hunc locum: & patet ex textu, de cibis enim ^y non de festis disputationem instituerat.

Tom. 2.

Kk

DE CVLTV SANCT.

Ad 2. reprehēdere solum festa Iudæorum. 1. quia: *Illi* (inquit Aug.) ea seruuliter obseruabant, non intelligentes ad quarum rerum significaciones, & prænunciationes pertinuerent: hoc in eis culpat Apostolus, & in omnibus qui seruunt creature potius quam creatori: nā nos quoque, & Dominicum diem, & Pascha soleniter celebramus, & quaslibet alias Christianas dierū festiuitates: sed quia intelligimus quo pertineat, non tempora obseruamus, sed que illis significantur temporibus. 2. quia Iudæorum festa, post Christum falsam habent significationē, nostra non habent. 3. quia primarius finis illorum erat significare futura: nostrorum agnoscere Dei beneficia: propter quæ, festa singula sunt instituta. Ad 3. ead. Responso. Ad 4. PP. loqui de ipso Sabbatho, propriè dicto id est de ipso die septimō ut Iudæis præcepto: quem iam non licet, nisi spiritualiter celebrare. Hinc tamen non sequitur minimè licere alios externo cultu celebrate dies. Ad 5. non negare Hieron. ratione significationis, & cultus vnum diem, esse alio celebriorem, cum ibidem doceat festa Christianorum esse instituta ut honoremus Christi resurrectionem, & alia mysteria. Sed tantum ratione ordinis, & politiæ negare esse in celebritate diuersos.

Ad 6. loqui quoad essentialia festi, quæ quisque apud se celebrate quotidie, & æqualiter potest. Nam ut ibidem ait quisque Christianus potest, si velit, habere quotidiè Pascha, Pentec. &c. si nimis quotidiaudiat sacram, communicet corpori Christi, recolet mysteria propria, vacet ab operibus seruilibus. quod simile non licebat Iudæis, puta, quotidie immolare agnum &c. At minimè hoc impedit, quin simul sit lex Ecclesiastica determinans, & discrimen constituens inter dies festos secundum diuersam mysteriorū significationē.

Tertia propositio: *Obseruatio festorum rectè præcipitur ab Ecclesia lege obligante conscientiam etiā citra contemptū: & scandalum.* Primo, præcipitur iure diuino, obligante in conscientia, ut aliqui dies festi obseruentur. Nulli autē sunt alij, quam quos determinauit Ecclesia. Festa enim debent esse communia toti Ecclesiæ & proinde indicia a publica potestate. Igitur indicta ab Ecclesia obligant in conscientia Huc spectant argumenta, quibus lib. 4. de sum. Pontifice probatum est Eccl. obligate

in Consciētia. Secundò, Ecclesia, cum Imperio etiam olim festa in dicebat. Concil. ^a Agathense ante mille annos. ^a Missas die Dominicō secularibus totas audire spe- ciali ordine præcipimus, ita vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat. Quod si fecerint ab Episcopo publice confundantur. Laodicenum ante mille 200. ann.

b Non oportet Christianos Judaizare, & in sabbatho vacare, sed operari eos in eadem die: Dominicum preponendo eidem diei. ^c Aurelianensi. 3. can. 21. Concil. d 6. generale can. 8. Antisiodorensi. ante. 900. an. can. 16. Non licet die Dominicō boues iungere, vel alia opera exercere: & Concil. 2. Matisconensi. c. 1. Mogunti. ante 700. an. can. 36. act. 37. enumerat festa totius anni præcipua, & iubet omnino ab opere in his vacare dieb. Vide Plura. Extra, de feriis.

Obiicitur primò, Observatio festorum erat indiferēs in primitiva Ecclesia nam Paulus, & alii, modo colebant sabbathum modo diem Dominicam. ^e Concionabatur enim sabbatho. Ergo non potuit imponi sub necessitate. R. i. negatur antecedēs nec vsquā Paulus coluit sabbathū quamvis data occasione: quod eo die congregatos inueniret Iudeos, non raro concionaretur. ^f & si res indifferens sit ex se obseruatio diei, fieri tamē sub necessitate, determinatam ex præcepto Eccles. Secundò, Galat. 4. Paulus resistit pseudoapostolis voluntibus introducere obligationem festorum.

Resp. reprehendere illos, non quod simpliciter obli- garent ad festa, sed Iudaica. ^g Tertiò, cùm sint plura Christianorum festa, quam Iudeorum, intolerabilius esset nostrum quam illorū iugum. Negatur cōsequen- tia. Nam Iudeorū erant graui, quia non intelligebant Iudei finem fest à multis eogabantur supersedere, quæ non parū incōmodi afferebant, vt non coquere cibos, non iter facere nisi ad modicum spatiū &c. Item te- nebantur ad quædam festa venire Hierusalem non sine graui labore. At nostra nil laboris habent: qualis enim labor, interessē sacro, & vacare a quibusdam tan- tū i operibus?

^e Aector. 13. f hoc & primū argum. sunt Magdeburg. g Heshusii. i prohibentur Mechanica sed permittuntur pharmacopolorū, coquorum, ac similiū quæ iudi- cantur omni tempore necessaria: prohibetur mercatura, agere causas, ius dicere, iuramentū solēne prestare: nisi insit necessitas. ^h Oes dies, & c. Cōquestus de feriis

^z can. 31. vide e-
tiam 38.

^a lege festorum
duo præcipiun-
tur. i. interessē

^{Miss.} Nam &
ip̄i aduersarii
fatentur requiri
conuenire ad Ec-
clesiam, ac inter-
esse mysterio Cœ-
ne. ^j & vacare à
seruilibus operi-
bus.

^b can. 29.
^c quo prohiben-
tur seruilia ope-
ra. Et concludi-
tur: Si inuenitus
fuerit quis in o-
peribus suprascri-
ptis, quæ inter-
dictas sunt se ex-
ercere, qualiter
emendare debe-
at, non in laici
districione, sed
in sacerdotis ca-
stigatione consi-
stat.

^d can. 8. quo in-
betur die domi-
nica audiī sa-
crum, & à serui-
libus vacare. nec
iste canon ex
Trullanis est.

DE CVLTV SANCT.

k Calvinī.

¶ Quartō, Socrates. 5. cap. 21. voluit dies festos esse liberos.

Respond. Socratem in dogmatibus, nullius esse testimoniū, maximē cum fuerit Nouatianus.

I. s. t. D. Thome. 1. Quarta Propositio: Non tenemur diebus festis ex precepto peculiariter ad non peccandum, sine ad cœlum contritionis, & contra Scotū vel dilectionis Dei. Primo, quia præcepta intelligi debent propriè, & non metaphorice. At ius diuinum prohibet tantum diebus festis opus seruile, quod proprio loquendo non est peccatum.

Exod. Secundō, Ecclesiæ fuit determinare tempus observationis festorum. At Ecclesia nusquam præcipit huiusmodi internos actus.

Tertio, nostram sententiam sequitur communis fidelium sensus: nulli sunt enim, qui putent se nouum committere peccatum die dominico, nisi peniteant, vel actum charitatis eliciant.

Quarto, actus ille internus est finis huius præcepti finis autem propriè non imperatur.

Quinto, cultus internus iam erat præceptus in primo mandato. Non erat ergo ratio cur rursus præcipiteretur. Nam hic est ordo pñmæ tabulæ, primo præcipitur mandato cultus cordis. 1. oris. 3. operis.

Sexto præceptum de colendo sabbatho, est religionis. At contritio est propriè pñnitentiæ actus.

Obiicitur primo fornicari in loco sacro vel homicidium committere est sacrilegium. Ergo & id patrare die facio.

Negatur conseq. quia & si omnis circumstantia loci, & temporis aggrauet peccatum, non tamen facit semper nouum peccatum, sed tantum quando est cœlentialis, & intrinseca peccato: timor quādō violat ipsum locum, aut tempus. Violant autem locum sacrum fornicatio, & homicidium: quia prohibetur lege Ecclesiastica effusio seminis, & sanguinis voluntaria in loco facio, non violent tempus sacrum: quia nulla lex prohibet fornicationem, & homicidium, ratione temporis. Id quod autem violat tempus sacrum est opus seruile: quia illud prohibetur ratione temporis.

m Tract. 3. in Ioannem, & in psal. 32. concilio Augu. ait præcepto sabbathi prohiberi

seruilia opera id est peccata. Respondeo, loqui de hoc præcepto ut est generale, spiritualiter significatum per Iudæorum sabbathum.

Tertio, idem n^o Aug. Melius (inquit) Faceret Judeus n^o lib. de decens in agro aliquid utile quam in Theatro seditiosus existeret: chordis cap. 3. scilicet die Iudaico festo.

Respond. nolle dicere minus malum esse die festo aliquid operari utile quam peccare: potest enim fieri ut sit maius, aliquando, aliquando minus, peius est enim operari tunc in agro, quam mentiri officiosè: & peius blasphemare, quam operari in agro, sed sensus est, magis pugnare quælibet peccata cum fine sanctificationis sabbathi quam opera ex se utilia, prohibita tamen sabbathi die.

Quarto, peccata magis pugnat cum fine legis huius Ergo magis prohibita.

Conceditur, sed prohibita, non illa lege de die festo: sed aliis præceptis.

1. De antiquitate. 2. Institutione. 3. ritibus antiquis diei Dominice.

CAP. XI.

DE PRIMO. dies Dominica est antiquissimum festum i. quia Ecclesia Christiana propriè cœpit die Pentecostes. Tunc enim impletis omnibus mysteriis redemptionis promulgatum fuit Euangeliū, & cessarunt festa Iudaica inter fideles primus autem dies festus occurrentis fuit Dominicus. Nam Natalis Domini & Paschæ non nisi post aliquot occurrerent menses, quia per unam sabbathi. Acto^r. ^a 20. & 1. Corinth. ^b 16. intelligitur dies Dominica tum quod priorem locum Chrysost. & Beda posteriorem interpres omnes de Dominica exponunt tum quod pari locutione dicitur Marci. 16. Christus resurrexisse una sabbath. quem constat resurrexisse die

Kk iij.

^a v. 7.
^b v. 1.

DE CVLTV SANC.

Dominico tunc denique quod non est verisimile Paulum coluisse sabbatum cum id Colossensium. 2. prohibuerit. 3. ex Apoc. 1. *Ego Ioan. fui in spiritu in Dom. die.* quod feret omnes de nostra Dominica exponunt etiam Magdeburg. Centur. 1. lib. 2. ca. 6. 3. ex PP. qui diei Dominicæ, ut iam in communivsu habitæ meminerunt, c Clemens Rom. d Iustinus e Tertull. f Clement. Alexandr. g Origen. h Athanas. Hilarius. præfatione in psalmos. Ambrosius ep. 83. Hierony. in 4. ad Galatas. Aug. contra Adimanum.

c Can. 6. Apost.
d Apolog. 2.
e de corona militis & Apologe-
tici cap. 16.

f 7. Stromatum
g homil. 7. in
Exod.
h in illud. Om-
nia mibi tradita
sunt a patre.

De secundo Ratio institutionis fuit, ut succederet sabbatho. Nam ius diuinum præcipiebat unum diem hebdomadæ dicari cultui diuino: non conueniebat autem amplius obseruari sabbathum. Relè autem fuit substituta dies Dominica. Nam sabbathum erat omnium festorum Iudeorum excellentissimum: siue memoriam beneficij præteriti consideres (colebatur enim in memoriam creationis) siue significationis alicuius futuri (si quidem in sensu allegorico, erat figura quietis Christi in sepulchro: in tropologico, quietis humanae mentis a peccatis per gratiam in Christo: in anagogico, quietis animarum in sinu Abrahæ) at dies Dominica in his sabbatho excellit. Nam refert memoriam Natalis, & resurrectionis Christi, ac aduentus spiritus sancti: & præterea Cœrationis etiā mundi: Christus die Dominica natus est: illo namque anno litera Dominicalis erat B. vt fatentur Mathematici, & ostendi potest retrocedendo in Cyclo Dom. liter. B. autem incidebat in 25. Decemb. quo die Christus est natus. Resurrexisse Christum die Domin. constat ex Euangelio. Descendisse spiritum sanctum patet quia id contingit. 50. die a Paschate qui necessario. Dominicus est quo etiā mundus fieri coepit [nec enim aliter Septimus requietionis contingere poterit. Nam 7. a Dominica est dies sabbat. qui succedit deinde immediate altera Dom.]

Quæ significabat sabbatū iam suæ completa nam Christus iacuit in sepulchro, gratia data est, & translati Patres de limbo ad cælum.

Dominica vero significat illam quam expectamus in gloria quietem, & beatitudinem.

De tertio, titus in die Dominica quadruplex erat. i ita refert Iusti-
1. conueniebant in Ecclesiam ad lectionem, concionem nus apolo- 2.
sacrificium, communionem, &c. k 2. vacabant ab ope- k ita Hieron. ep-
ribus seruilibus. 3. l non ieunabant. 4. non flectebant ad Eustochium de-
genua, sed precabantur stantes de quo extat can. 20 Ni- Virginitate.
cæni Concil. 1. atque idem docent Ambros. serm. 62. Au- 1. ita Tertull. de
gustinus epist. 119. & Alexander 3. capite Quoniam, ex corona militis:
tra de fériis circa ann. 1159.

Die Dominico
ieunare nefas
ducimus, & de
geniculis adora-
re.

1. Quid sit Pascha. 2. De erroribus circa illud.

C A P. XII.

De primo, quidam PP. putarunt Pascha dici a Ambrosius de
אַתָּא אֶת. Sed falluntur. Nam est no- mysterio Pasche
men Hebreum אֶת פֶּסַח Pesach, quod Græ. cap. 1. επειδή Tertul-
ci verterunt αἴσχη, Chaldaeus אֶת פֶּסַח Pis- lian. cōt. Iudeos.
cha. Hieron. legit Phasē, secundum a-
lia puncta. Dicitur autem à verbo פֶּסַח
Pasach, quod est transilire. Vnde primariò significat
transcensionem Angeli, & quasi saltum super Iudeorū
domos: nam cum dixisset Moses: Est enim Phasē: subiungit
וְעִדָּרְתִּי וְעִדָּרְתִּי transibo enim per terram Aegypti no-
cē illa, & percūtam primogenita Aegyptiorum: erit autem
sanguis vobis in signum in ædibus vestris, & videbo sanguinem
כְּפֵתְחָתִי כְּפֵתְחָתִי transibō vos nec erit in vobis plaga.
vbi vides ab hoc ultimo solum b transibo: Vepasachti: dici b Nazianzova:
Pascha. Traducitur inde tamen ad significandum etiam. 2. de Pascha, &
2. ipsum c agnum Paschalem, qui per immolationem Aug. tract. 55. in
transibat de vita ad mortem. 3. transitum populi per ma- Ioan. volunt dici
te rubrum liberati à Tyrannide Pharaonis, ut iret inter- Pascha à transi-
ram promissionis. 4. d ipsum diem festum Paschæ. Que tu maris rubri.
omnia apud Christianos suo inueniuntur modo. Angel⁹ c Luc. 22. v. 7.
transiliens, & e est Christus, qui dum transiret de morte ad d Lut. 22. v. 1.
vitam saluauit omnes, qui eius sanguine erant aspergedi
telictis cæteris in manu vastatoris. Agnus Paschalis,

idem Christus, pro nobis immolatus, *Transitus per mare rubrum*, est transitus populorum per aquas baptismi: *Pascha vero*, dies Resurrectionis Domini.

e apud Epiph. heresi⁷⁵.
f ibidem.

De 2. Primus error fuit **e** Aerii negantis omnino Pascha celebrandum, Quod hoc Iudaismum saperet. Sed vtr sit Epiph. non agimus Iudeorum Pascha: sed quod illo significabatur.

g apud Tertullianum de prescri

pctionibus. Hunc

errorem secuti

sunt multi Epis-

copi Asia apud

Euseb. lib. 5. cap.

24. & 25. Item

Vadiani seu Au-

diani apud Epi-

phantius her. 70.

h teste Eus. supr.

i teste Epiphanius

heresi 50. & 70.

kita Constanti-

nus epist. ad om-

1. Antiquit. 13.

Epiphanius te-

ste heresi 70.

o Cappadoci,

pad Epiph. here-

si 50. & Gallorū

porum cap. 45. ex

Secundus **g** Blasti, Pascha celebrandum cum Iudeis 14. Luna primi mensis, siue esset Dominica, siue non. Quia eo die celebrabat illud B. Ioannes Evangelista.

Hic error illo ipso tempore Blasti refutatus est a Concilio h. fere omnium Ecclesiarum & a Pontifice Rom. Deinde a Conclio Niceno i. & merit. i. quia par

est unam esse in tota Ecclesia rationem, Pascha celebrā.

di, & minorem partem cedere maiori. At soli pauci Ori

entiales, contra Meridiem, Occidentem, Aquilonem, & magnam Orientis partem, cum Iudeis Pascha cele

brabant. 2. absurdum est, bis in uno anno celebrare Pa

scha, & alio nusquam. At hi non curabant an 14. Luna

esset ante æquinoctium necne, itaque interdum acci

berei 50. & 70. debat ut uno anno c. lebrarent Pascha post æquinoctium, & proinde bis in

anno sequenti ante æquinoctium, & proinde bis in

anno suum inter duo æquinoctia] 3. quia non de

cet nos, dum taxat, cum Iudeis concurrere. 4. putabant

se legem Iudeorum se ini, cum delirium potius seque

vita Constantin. rentur Nam lex, Exodi 12. præcipit Pascha fieri decima

quarta mensis primi, is autem erat cuius decima quarta

dies incidebat in æquinoctium vernum, aut proximè se

quebatur: unde Iosephus dicit Pascha fieri, Sole exi

stente in Ariete & opposito Lunæ. At in Iudei posteri

ores non amplius æquinoctium obseruabant. Ad ritum

Ioan. Evangelistæ responderet n. Beda id feci se ut se ac

commodaret, initio nascentis Ecclesiæ, cum Iudeis ad

fidem conuersis, sicut eadem de causa iussit Paulus Ti

motheum circumcidit.

Tertius o quorumdam qui Pascha semper celebrabat

apud Bedam lib. die 25 Martii, quod putarent eo die Dominum passum

de ratione tem- vel a mortuis surrectum.

Refellitur primò, ex communi consensu Ecclesiæ,

Theophilo Cesari, quæ die Dominico semper celebrabat Pascha. 2. quia se

riens.

cundum quosdam Christus non potuit resurgere, aut pati 25. Martii. Nam passus est die veneris, & resurrexit die Dominico secundum Euangelia: constat etiam passum, & à mortuis excitatum anno ærat. 23 vel 24. At vigesimotertio anno dies 25. Martii non fuit feria 6. nec dies Dominica, sed feria 4. Anno vero vigesimoquarto dies vigesima quinta Martii fuit feria 5. vt ex Litera Dominicali patet. Nam anno Christi 23. currebat litera D ann. 24. C die autem 25. Martii semper est G

Quartus P Britonum & Scotorum celebrantiū pri- *P apud Bedam 3.*
ma Dominica post Lunam 13. qua quidem in re nec cū *biflor. 25. & lib.*
Iudæis, nec nobiscum conueniebant, imperitè existi- *s. cap. 22.*
mantes ita Ioann. Euangelistam celebrasse.

Quintus q Nouatianorum, liberum esse vnicuique q *apud Socrate*
quando vellet celebrare Pascha quod placuisse Magde- *s. biflor. 10.*
burgensibus constat ex r Centur. 1. Refellitur primò, r libro 2. cap. 6.
ex can. 8. Apostolorum, quo iubentur Episcopi deponi *col. 104. & Cen-*
vel presbyteri celebrantes Pascha ante æquinoctium cū *tur. 2. cap. 6.*
Iudæis. Secundò, quia pertinaces in opinione Blasti, *col. 119.*
vocati sunt f a PP. hæretici, Tessarescedentæ, id est, f *Epiph. hæresi*
Quartadecimani. Tertiò, quia frustra alioquin tantam *50. Aug. hæresi*
habuissent cautionem PP. ne in celebratione Paschæ er- *29. Theodoret. 3.*
ror contingeret, vide Ambrosii epistolam 83. & Leonis *de hæreticis fa-*
63. 64. 65. 95. *bulis.*

Quartò, quia noluerunt t Concilia, hoc esse rem in- *t Euseb. 5. cap. 23.*
differentem: sed sub præcepto mandarunt u Et in An- *biflor.*
tiocheno excommunicantur qui legem x Nicenam de Vnum (inquit) *omnes Ecclesia-*
Paschate non obseruant.

Quintò ex diuino y miraculo: cùm tempore Zozi- *flicum dogma*
mi Papæ vellent Occidentales celebrare Pascha 25. Mar- *confirmant, ne*
tii Orientales 22. Aprilis, in quadam Ecclesia Siciliæ fo- *liceat aliquando*
litus singulis annis sacer fons diuino miraculo repleti, *nisi in die Domini*
ipsa nocte Paschatis ad Catechumenos baptizandos: *nica qua Domini*
25. Martii illo anno aridus: 22. Aprilis repletus a- *nus resurrexit*
quis apparuit. *Dominicum Pa-*
schæ celebrare

mysterium. u cap. 1. x Athanasius epistola de Concilio Arimini & Seleu-
cia. In neg. de Paschate non abhoruerunt (scilicet PP. Nicenij Concilij) abi-
sta appendice: visum est, ut omnes obtemperarent. y Apud Paschasimum Lili-
bitanum Episcopum epistola ad Leonem inter epistolas Leonis 63.

DE CVLTV SANC.

Vltimus à multis annis usque ad nostra incidit tempora. Cum enim statuissest Concilium Nicænum primum tres regulas ad inueniendum Pascha: Primam debere celebrari semper post 21. Martii: quod illo die esset æquinoctium veris, & Pascha post æquinoctium agi debeat. 2. post 20. Martii expectandam Lunam 14. & post eam quæreretur Pascha. Agi enim debet in tertia hebdomada Lunæ, id est à 14. Luna exclusuè usque ad 22. exclusuè. Arque ad inueniendam Lunam composuerint cyclum aurei numeri, ita ut ubi in Calendario esset numerus aureus illius anni esset nouilunium. 3. ut post Lunam 14. occurrentem post 20. Martii expectaretur dies Dominicus, & ille esset Pascha. Iam experientia docet æquinoctium non esse fixum 21. Martii sed semper anticipare: cum sit nunc 10. Martii nec aureum numerum antiquum amplius valere ad nouilunia fideliter

^a [hæc habentur] indicanda.

^a in Bellarmino ^a Quare ann. 1582. Gregorius 13. Ecclesiasticum Calendarii 1590. non emendari curavit, & hunc circa Pascha errorem tamen in Ingol- corrixit.

Badiensi anni

1601.]

^a verfa 8.

^a in epist. 8. ad Corin. 10.
In hoc tempore.

^b verso 16.

^a in epist. 8. ad Corin.
In hoc tempore.
In hoc tempore.

^c s. constitut. 21.
d apud Iustinum
qvest. 115.

^c libro de corona
intelligit Epiphanius hæresi 75. Meminerunt antiquissimi authores

^c Clemens, Irenæus, Iustinus, Tertullianus.

^f 8. lib. cõt. Celsi Origen. Hilarius, Theophil. Hieron. i Nazianzen.

^g prefat in psal. Chrysost. Ambrosius, Maximus, Leo, &c. Denique

^h in 4. ad Galat. Aug. ait festa quæ in tota Ecclesia celebrantur sine du-

sermonibus hac

de re editis.

^k epist. 118.

De Pentecoste.

C A P. XIII.

Huius festi meminit Paulus ^a 1. Corint. 16. Manebo Ephesi usque ad Pentecosten. Et ^b Actor. 20. Feslinabat (inquit Lucas) ut si quo modo posset, Pentecosten ageret Hierosolymæ. Quod de Pentecoste Christianorum intelligit Epiphanius hæresi 75. Meminerunt antiquissimi authores ^c Clemens, Irenæus, Iustinus, Tertullianus. Chrysost. Ambrosius, Maximus, Leo, &c. Denique ^h in 4. ad Galat. Aug. ait festa quæ in tota Ecclesia celebrantur sine dubitatione, vel à Generalibus conciliis, vel Apostolis instituta fuisse. Constat autem Pentecosten non fuisse

à conciliis institutam Generalibus cum huius memine-
rint Clemens, Irenæ. &c. ante omnia generalia Concil.

Quæstio est autem an rectè celebretur 50. die à Re-
surrectione Domini: videtur quod non. Nam Spiritus
sanctus venit ¹ dum completerentur dies Pentecostes ^{1. Actor. i.}
scilicet Iudeorum. Illa verò, vel erat festum ^m datæ le-
gis in Sina, ^m vel hebdomadarum, aut fortasse utrum-
que simul. At neutrum incidisse videtur in diem Domi-
nicam anno passionis Christi. Nam festum datæ legis ^{119. cap. 16.}
celebrabatur die tertio tertii mensis Exodi ^{4. ad Galatas.} o 19. ex quo ^{o v. 1. & II.}
deducit Aug. dies 50. numerari ab ipsâ Paschate Iudeo-
rum; id est 14. primi mensis inclusuè, fuit autem dies
Paschæ Iudeorum, anno passionis Christi, die Iouis.
Ergo Pentecostes complebatur etiam die Iouis. Festum
hebdomadarum numerari incipiebat à secunda die azi-
morum ut colligitur ex Leuitici 23. Hæc autem dies
tempore passionis Christi fuit feria sexta à qua si ex-
clusuè numerentur dies quinquaginta, inuenietur Pen-
tecoste die sabbathi. Nam lex cerebat ut altera die Sab-
bathi ^{p v t exponunt} Id est primo die azimorum offerrent manipulos
primitiarum, & inde numerarent septem hebdomadas,
qui sunt quadraginta nouem dies, & sequenti die fe-
stum diem agerent. ^{Lyranus, Abulé-}
^{sis, Caietanus in}
^{hunc locum, &}
^{Josephus 3. An-}
^{tiqu. 13. dies enim}
^{primus azimori}
^{qui solemnis e-}
^{rat dicebatur}
^{generali nomine}
^{Sabbathum.}

Respondeo utrumque festum unum fuisset, & quidem
Pentecostes, ac incidisse anno passionis Christi in Do-
minicam diem.

Nam non potest quidem evidentiter colligi ex scriptu-
ra quo die data sit Lex: Etsi enim dicat Mosem venisse
cum populo in desertum Sinai mense tertio egressionis
ab Ægypto, ac deinde 3. die datam legem: non explicat
tamen quo die mensis tertii venerit in desertum, & pro-
inde nec certò scimus unde numerari debeant tres illi
dies de quibus legitur ^q Estote parati in diem tertium. Di-
cimus nihilominus venisse in desertum die 3. mensis
tertii, hoc enim videtur indicate textus. Mense 3. egressi-
onis filiorum Israël de Ægypto, in die hac venerunt in so-
litudinem. Quid est in die hac nisi die tertia? ac de-
inde die quarta dixisse. Estote parati in diem tertium: &
tandem die 6. datam legem qui fuit quinquagesimus à

^q Exodi 19. v. ii

DE CVLTV SANCT.

secunda die azimorum inclusiū, & hoc modo coincidit hoe festum cum festo hebdomadarum, & omnia coherent. Tempore autem passionis Christi hic dies quinquagesimus incidit in Dominicam. Nam etsi ordinariē dies Pentecostes [id est tam legis datæ quam hebdomadarum festi] inciperent Iudæi ordinariē numerare à secunda die azimorum: Tamen si secunda illa Sabbathum esset, tunc a. 3. die azimorum numerabantur. Causa enim cur illi dies. 50. non inciperent à primō azimorum die, sed à secundo erat, quod oporteret illo die multa facere seruilia opera, quæ die festo prohibebantur nimirum metete manipulum frumenti, exsiccare, afferre sacerdoti. At ista magis prohibebantur Sabbathi die. Ergo non licebat in. 2. die azimorum impedita Sabbathi festo illos incipere dies. 50. Propterea non dixit scriptura, altera die Pasche, vel azimorum: sed Altera die Sabbathi: quia nimirum voluit generatim includere festa, quæ immediatè occurrerent post Pascha siue unum, siue plura: Ita ut idem sit, altera die Sabbathi, ac, prima die profana post festum Pasche. Et quia ut plurimum non occurrebat festum post Pascha nisi primo die azimorum, propterea Iosephus loquens de eo quod accidebat ut plurimum scripsit. 3. Antiq. 13. incipere numerari hos dies quinquaginta, luna. 16. At anno passionis Christi Sabbathum fuit Luna. 16. id est 2. die azimorum. Quare Iudæi non incoeperunt numerare dies Pentecostes nisi luna. 17. siue tertia azimorum qui erat Dominicus dies, ergo etiam Pentecostes incidit in Dominicam diem.

*De septuagesima, sexagesima, quinquagesima,
& quadragesimæ dominicis.*

CAP. XIII.

SEPTUAGESIMÆ, SEXAGESIMÆ, & QUINTAGESIMÆ non iuuenio mentionem ante tempora Gregor. 1. in cuius Antiphonaria annotantur officia Dominicarum harum, quarum deinde meminerunt alij authores ut ^a Beda, ^b Alcuinus, ^c Rabanus, ^d Iuo, ^e Rupertus B. Bernardus: sermone de septuagesima.

Ista autem nomina non sunt desumpta à numero dierum, sed à numero Dominicarum ante Dominicam Passionis. Voluit enim Ecclesia præmittere. 7. celebres Dominicæ quibus reuocaret nobis in memoriam captiuitatem nostram spiritualem: sicut per Dominicam Passionis, & Palmarum commemoratur à captiuitate Redemptio.

Itaque prima Dominicæ ex septem, dicitur propterea septuagesima. Secunda, sexagesima, nimirum quia prima ex sex. Tertia, quinquagesima quia prima ex quinque sequentibus. Quarta dicitur, prima quadragesimæ. Quinta, secunda quadragesimæ: & sic deinceps usque ad Dominicam ante Dominicam Passionis. De Dominicis quadragesimæ frequentissima est mentio apud PP. sed hac de in controversiis de ieiunio.

^a Libello de officiis diuinis.

^b Libro eiusdem argumenti.

^c 2. cap. 34. de institutione clericorum.

^d Serm. de Septuagesima.

^e 4. cap. 1. de die ieiunis officii.

De reliquis festis Domini.

C A P . X V .

a s. cap. 13.
constit.b Oratione in
Sanctum Philo-
gonium.c 3. de Virginie
bus.

Atalis Domini meminit a Clemens Rom. b Chrysost. c Ambros. Basilius, Nazian. Maximus, Aug. Leo, & alij quorum extant sermones de natali Domini.

Circumcisionis videtur recens festum, nam non solum veteres illud prætermittunt: sed etiam Isidorus, Mætropolitus Amalarius Rabanus, Valfridus Strabo, qui describunt officia omnium festorum, meminerunt quidem officij octauæ, natalis Domini sed non sub nomine Circumcisionis. B. Bernardus tamen, & ante eum Iuo Carnotensis sermones de ipso Circumcisionis festo habent.

d Supra.
e Oratione in
Sancta Lumina.f s. cap. 10.
g Oratione in
nouam Domi-
nicam.h Sermone. 1. de
octaua Pascha-

lis.

i C. quoniam de
ferius.

Epiphaniæ, d Chrysostom. e Nazianz. Maximus Aug. Leo meminerunt. Quamuis autem natalis Domini & Epiphaniæ sint duo in Occidente festa, in Oriente tamen habebantur pro uno ut Cassianus obseruat collatione. 10.

Dominicæ in Albis f Clemens meminit g Nazianz. h & August.

Ascensionis, est antiquissimum ut docet Clemens. s. constit. Apostolica. 20. & Aug. ep. 118. in eodem festant extant sermones Leonis, & aliorum.

Trinitatis recens est. Nam i Alexander tertius circa. 1159. an. j ait fuisse quidem in vsu apud quasdam Ecclesiæ non tamen Romæ, & Mætropolitus reprendit obseruantes hoc festum. Nec refert prefationem de Trinitate esse unam ex nouem quas Pelagius. 2. tanquam antiquissimas seruari præcepit. Nam illa solebat cantari omnibus Dominicis, nec erat specialis festo Trinitatis. Postea tamen Romæ, merito hoc etiam festum receptum est in octaua Pentecoste, ut Deo se-

cialiter agantur gratiae pro Trinitatis mysterio orbi ter-
rarum per Apostolos declarato.

Festum corporis Christi constat ab Vibano. 4. institu-
tum post an. 1200. & recte. Nam iustum est diem ha-
bere certum, quo recoleremus memoriam institutio-
nis maximi Sacramentorum. Transfigurationis anti-
quam esse videtur. extant enim sermones de illo. S. Leo-
nisi, Cyrilli Alexandr. & Andree Cretensis apud Suriū.

De festis Sanctorum.

C A P. XVI.



Æc festa maximè reiiciunt aduersarij. Primo quia Sabbathum, siue fe-
stum colere est primæ præceptum
tabulæ, & proinde ad cultum perti-
net Dei.

Secundò, quædam falsò nituntur
fundamento ut festum Conceptio-
nis B. Mariae quod reprehendit B. Bernard. ep. v74. quia
veleſt honorare peccatum, vel falsam introducere san-
ctitatem aut saltem dubiam. Nec enim Ecclesia defi-
niuit, Conceptam B. Virginē sine originali peccato.

Tertiò, quod plurima sint noua, ac præsertim B. Vir-
ginis quorum non est mentio ante Iustiniani tempo-
ra.

Quartò, quod quædam ab Imperatoribus instituta, vt
Purificationis à Iustiniano, Assumptionis, à Mau-
ritio.

Quintò, quia inde abusus, non sanctis etiam Impera-
toribus dicatae dies festos, vt de Iustiniano refert c Ni-
cephorus.

Contra primò, Ecclesia Catholica omni tempore ser-
uavit festa Sanctorum. Seculo 1. Clemens d Rom.
iubet seruari festa Apostolorum & Martyrum. Seculo.
2. Ecclesia Smyrnensis in epistola apud Eusebium:

a Apud Paulum
Diaconum libro
16. rerum Ro-
manarum.

b Apud Nice-
phorum libro 17
cap. 28.

c 17. cap. 31. He-
suschii libro
de erroribus Po-
tificiorum tit.

26. Item & ob-
iectiones Mag-
deburg. Centur.
6. cap. 6. col. 342

343-344.
d 8. constit. 39.
e 4 histor. 14. in
Ruffino. 15.

DE CVLTV SANCT.

Eorum (inquit) memoriam qui prius passi fuerant celebra-
mus, ut sequentium animi ad predecessorum viam exemplis
f Homilia. 3. in insignibus excitentur. Sæculo tertio f Origen. ait festum
dñuersos.
Innocentium recte ab Ecclesia coli, quod illi martyrum
primitiae fuerint. Tertull. de corona militis docet vnā
ex antiquissimis traditionibus esse annuas celebratio-
nes facere pro Natalitiis Cyprian. & dies eorum, quibus
g 3. epist. 6. excedunt auctoritate, ut commemorationes eorum inter memo-
rias martyrum celebrare possamus. Sæculo. 4. Basilius orat.
h Prima in Ju- in Gordium Martyrem Nyssen. in Theodorum. h Na-
liarum paulò zianz. i Ambro. k Hieron. l Prudentius memine-
ante medium. runt festorum dierum in memoriam sanctorum. Quin-
i Serm. 66. 77. tò sæculo Chrysost. homil. 66. ad populum m Theodo-
78. r Aug. o Paulinus.
k In 4. ad Ga- Secundò Laodicen. p Concil. ante annos. 1200.
latas & epistola vetat celebrari in quadragesima festa Sanctorum. extra
19. ad Euse- ergo celebrabantur Carthag. 3. q ante an. 1100. licet
chium. (inquit) legi passiones Martyrum, cum anniversari dies eorum
l In hymno de celebrantur. r Toletan. 3. iubet diebus festis Sanctorum
SS. Petro, & ne populi dent saltationibus operam f Lugdu-
Paulo. n nense numerat festum Apostolorum, Assumptionis,
m 8. de Marti- Nativitatis B. Mariae sancti Sylvestri, & Martini inter
ribus. Ecclesiæ festa.
n In Psal. 63. Tertiò, festi dies recte instituuntur ad diuina recol-
& 88. lenda beneficia ut constat de festo Sabbathi & fortium
o Natali. 2. & 3. apud Iudeos, & festis Domini apud nos. Sed magnū
Felicis quibus est Dei beneficium, felix consummatio alicuius san-
taccedunt omnes eti, & præcipue martyrum: inde enim datur Ecclesiæ
authores postea militanti exemplum fortitudinis, & nouus apud Deum
riores.

p Can. 51. Tertiò profani celebrantur dies, vel ob diem na-
q Can. 47. talem principum, vel assumptionem ad summam di-
r Can. ultimo. gnitatem, vel ob victoriam partam. Ergo meritò dies
f Cœrone: Pro religiosi celebrantur ob natale Principis alicuius cele-
nunciandum de stis in beata gloria, assumptionem eius ad dignitatem
consecrat. dist. 3. inenarrabilem, ob victoriam perfectam de Diabolo, &
gloriosum in celo triumphum.

Ad. 1. respon. i. festa sanctorum Deo dicari in memo-
riam Sanctorum: sicut placet nonnullis de templis. 2.
etiam terminari in sanctos, nec tamen esse latram,
ficut

sicut supra de votis erga Sanctos diximus.

Ad 2. resp. i. à maiori Ecclesiæ parte credi piè
B Virginem sine originali peccato conceptam 2.
Etsi concepta esset in originali, tamen nos neque
peccatum honorare, neque falsam aut dubiam san-
ctitatem: sed officium matris Dei, perse sanctum,
& colendum: ad quod designata fuit in ipsa con-
ceptione. nam singulare gaudium affect mundo
huius rei memoria: tunc enim primum habuimus
pignus certum redemptionis nostræ. Quomodo
B. ipse Bernardus celebrabat natale S. Ioannis Ba-
ptist. nimirum ob officium precursoris. Quamuis
dicat ibidem se non audere asserere natū illum si-
ne originali peccato.

Non reprehendit autem simpliciter festum Cō-
ceptionis sed quod sine exemplo, vel præcepto
Romanæ Ecclesiæ id fieret. At nos nunc vtrum - ^u In extrauag.
que habemus.

Ad 3. Resp. i. Semper etiam esse recentia Dei be-
neficia, vel saltem occasiones recentes celebrando-
rum festorum. 2. Festa B. Mariæ quædam esse cer-
tæ recentia. Nam Conceptionis, tempore Bernard.
cœpit sed non ubique receptum nisi post ^u Decre-
tum Sixti 4. Visitationis institutum fuit ab Urbano festo.

6. & confirmatum à Bonifacio 9. quamvis vtrum- ^v In Antiphon.
que iam antea esset in Calendario Græcorum. Ni-
hilominus quædam etiam sunt antiqua. Nam Na-
tivitatis meminit. ^x B. Damianus & ^y ante eum ^z Oratione de
Greg. i. Annunciationis. ^z Athanasius Purifica-
tionis, ^a Amphilochius, Nyssen. Chrysost. Cy-
rillus Alexadrinus. Assumptionis, ^b Gregorius ma-
gnus: ante eum, ^c Andreas Cretensis, ante An-
dræam, ^d Hierony. sive Sophronius ei æqualis. Surium.

Ad 4. Negatur quia Amphilochius, Nyss. Chry-
st. Cyrill. sunt antiquiores Iustiniano, Hierony. ^b Supra.
sive Sophron. Mauritio. Solùm ergo hi Impera-
tores aliquid addere potuerunt ad celebritatem ci-
uilem horum festorum. ^c Oratione de
hoc festo.

Ad 5. respond. i. solùm dicere Nicephorum, so-
Tom. II. ^d Sermone de
L1 ^{opera Hierony.}

^t Etiam
à Luthero
sermone de fe-
sto Conceptionis
& Erasmo A-
pologia ad Al-
bertum Pium
Carpensem.

DE CVLTV SANCT.

litum quendam Constantinopolit. Episcopum, celebrare quotannis memoriam Iustiniiani: quod intelligi potest de laudatione aliquâ inter concionandum adhibita, non autem de aliquo die festo.
2. Factum fuisse vnius priuati Episcopi, non im-
merito reprehensione dignum, præsertim cù eius
successores mox omiserint eiusmodi celebritatem.

De Vigiliis.

C A P. XVII.

 N profestis magnorum dierum consueuerat Ecclesia vigilare ac ieiunare. In primis autem vigilia Paschæ, que nocte precedente Domiaicam Resurrectionis agebatur semper celeberrima fuit ut patet ex Cleméte ^a s. constit. 19. & ^a Tertull. lib. 2. ad vxorem.

De vigiliis in Sanctorum honorem meminit ^b Basil. ^c Hierony. ^d Burchardus, ^e Bernard. ^f Innocent. ^g.

Cæterum quoniam paulatim, nocturnarum occasione vigiliarum irrepserant abusus, & flagitia patrabantur, placuit Ecclesiæ nocturnos conuentus, & vigilias omittere, ac solùm iisdem celebrare ieiunia diebus.

FINIS QVATVOR CON-
TROVERSIARVM GENERA-
lium secundi Tomi.

Laus Deo & B. Virgini.



INDEX
OMNIVM RERVM ET
VERBORVM QVÆ IN HOC SE-
cundo tomo Controversiarum R.
Bellarmini continentur.

A

Aron non erat sum-
mus Pontifex cum fe-
cit vitulum aureum.
fol. 45.

Abrahæ coniugio quomodo
Ioannis virginitatem non au-
deat præponere Augustinus. 129.

Abutor tria significat. fol.
106.

Abutimur dono Dei quando.
fol. 110.

Adam & Eva initio mundi
fuerunt tantum materialis in-
choatio Ecclesiæ fol. 45.

Adorationis actus quot. fol.
201. 202.

Albigenses miraculosè cæsi in
bello fol. 63.

Anime nequeunt in Purgato-
rio mereri, aut demereri fol. 174.
175. 176. ibi certæ sunt de sua
salute fol. 176. 177. 178. anime
iuste post mortem an habeant
alium locum præter cælum &.

Purgatorium fol. 178. an ex
receptaculis suis egredi valeant.
fol. 178. 179. à quibus in-
nari possint anima in Purgato-
rio. fol. 184. earum gloria auge-
bitur post Resurrectionem f. 195.
animas in Purgatorio verisimile
est orare pro viventibus f. 183.

Antonius fuit Eremitarum
author quomodo fol. 100.

Apostoli tempore passionis
Christi non amiserunt fidem. fol.
46. elegerunt Episcopos sine suf-
fragio populi f. 70. abstinuerunt
ab uxoribus post vocationem f.
83. fuerunt reuera Monachi.
fol. 100.

B

Baptizari pro mortuis quid
sit apud Paulum. fol. 164.
Beatorum anime vident Deum
fol. 190. & seqq.

Belli iusti que conditiones. fol.
149.

I N D E X.

Bernardus quot miracula uno die fecerit fol. 59.

Basileense Concilium fuit illegitime terminatum fol. 28.

Benedictio aquae, salis, cinerum, &c. fol. 253. 254.

Bigami prohibentur ordinari Apostolicā lege. fol. 86. non poterant esse Pontifices apud Gentiles. fol. 87. *Bigamus est, qui unam ante, & alteram post Baptismum habuit.* fol. 78. *Bigamia non oritur nisi ex Matrimonio consummato.* fol. 88. *quotuplex Bigamia sit.* fol. 89.

C.

Canones Trullani quid valeant. fol. 4.

Agrovīcū cūxnoīcā quid sit apud Socratem. f. 8.

Cardinalis quid propriè significet. f. 78. antiquitas Cardinallium officia, quomodo episcopis præstant. f. 79.

Carpocratianorum barbara opinio. f. 56.

Catholici nequeunt cum hereticis conciliari. f. 151. 152.

Catholicū, est nomen vere Ecclesiæ proprium. f. 48. 49.

Chorepiscopi quinam sint. fol. 80.

Clerici unde dicti, qui sunt fol. 66. *iure possunt à laicos posseßiones, & bona accipere.* f. 91. 92. *possunt retinere bona quæ ante Clericatum habebant.* f. 92. an-

valeant simul habere Ecclesiastica bona. fol. 93. *Liberi sunt à tribunalis seculari in causis Ecclesiasticis de iure divino.* f. 93. quando teneantur legibus ciuilibus inter temporalibus, & quando non. f. 93. 94. eorum bona sunt libera à tributis Principum secularium fol. 94. *Clericorum exemptio quomodo sit iuri naturali.* f. 95. 96. *Clerici & Laici duas constituunt Ciuitates formaliter* fol. 97.

XIeotovī quid significet. f. 71.

Calibatus Sacerdotū est de irre humano Apostolico recte introductus. fol. 80. & seqq.

Concilij nomen quid significet. Concilij origo diuina est. f. 1.

Concilium Generale, Nationale, Provincial, Diocesanum quid, quo Generalia, & quo tempore celebrata. fol. 2. & 3. *Reprobata, que & quot.* fol. 3. *partim confirmata, partim reprobata.* Concilium fol. 6. generale non edidit canones. fol. 4. *Conciliarum finalis causa sextuplex.* f. 5. *Generalia non sunt absolute necessaria.* ibid. & f. 6. *aliqua tamen aliquorum Episcoporum sunt necessaria.* f. 6. *Generale non est legitimū, nisi iudicetur iussu Papa, aut confirmetur ab ipso.* fol. 7. *Si Concilium esset necessarium, nec veller, aut posset Papa indicere, quid faciendum.* f. 9. *Soli Episcopi, & ex Principe aut Consuetudine Cardinales & Abbates, ac Generales*

INDEX.

ordinum habent in Conciliis generalibus & Provincialibus decisum suffragium. f. 10. suntque veri indices. f. 12. soli Apostoli in primo Concilio Hieros. indices fuerunt ibid. in Conciliis quomodo audiendi priuati fol. 11. ut sit Generale quot requiruntur Episcopi ibid. representat Ecclesiam uniuersam. fol. 16. Concilio Niceno preualuisse Paphnutiū, falsum est. fol. 12. solius Papae est Concilio præsidere Generali per se vel per vicarios. f. 12. 13. Concilium Aquileiense non fuit generale f. 14. Concilia approbata à Papa sunt indubitatæ fidei. f. 15. & seqq. quomodo iuxta Augustinum Concilia priora emendantur à posterioribus. f. 17. 18.

Concilia & Pontifices Iudeorum quandiu non potuerunt errare. f. 18. Concilium Nicenum in nullo errauit. f. 18. Concilia particularia non probata à Papa, non faciunt fidem certam. fol. 21. Generalia errare possunt nisi sequantur Papa instructionem. fol. 22.

Concubina dupliciter dicitur, de quo loquatur Tolet. Concil. 1. cum admittit concubinarium ad Communionem. f. 19.

Conditiones quas requirunt Lutherani in Concilio celebrando f. 14.

Coniugium an sit præceptum. fol. 84.

Coniugati, ex mutuo consensu

possunt continentiam vovere. fol. 131. 132.

Consilia Euangelica quomodo præceptis præponuntur. Quid sit Consilium. fol. 102. probatur. ibid. & f. 103. ac seqq.

Continentia votum continetur in illis: Quomodo fiet istud quoniam virum, &c. f. 117. Et in his. Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt, &c. f. 118. atque in ipsis: Damnationē habent quia primam fidē, &c. fol. 119. probatur idem votum ex Conciliis. fol. 120. ex Pontificum & Imperatorum responsis, item ex PP. f. 121. rationibus ibid. ut Conuentus Episcoporum sit legitimus quid sufficiat. f. 21.

Conuersio non solum dicitur à peccato sed etiam ab inferiori statu. f. 19.

χρήσις, quid significet. 125.

Crimen non sumitur semper pro peccato. f. 87.

Christianis licet publica exercere iudicia f. 146. bella gerere f. 147. 148. 149. etiam cōtra Turcas. f. 150.

Christus non repudiauit Synagogam. f. 77. non ex debito soluit tributum. f. 94. mendicus fuit. f. 138.

Crucem qui oppugnauerint. f. 233. Crux Christi vera est adoranda. f. 234. 235. Crucis imago adoranda f. 235. & 236. Signum Crucis in fronte vel in aere venerabile esse. f. 236. 237. 238.

INDEX.

Cyrillus Alexandrinus prefe-
dit nomine Celestini in Concilio
Ephesino. f. 13.

Duo hominum genera in mo-
nasterijs erant antiquitus f. 129.

E.

D.

Debitum subiectionis ciui-
lis minor est debito ferni-
tutis, pecunia, & debiti conin-
galis. fol. 96.

Decime sunt de iure diuino
quoad substantiam rei, de iure
Ecclesiastico quoad determina-
tionem. fol. 89. & 90. Eas solne-
re tenentur pauperes etiam dini-
tibus Sacerdotibus. fol. 90. 91.
quando excusantur a peccato qui
eas non soluunt. fol. 90. quare de-
cima pars sit ab Ecclesia deter-
minata. fol. 91.

Deserere omnia propter Chri-
stum bisarium consideratur. fol.
104.

Deus egit cum populo Israël
sicut Christus monet agendum
in correptione fraternali. fol. 33.

Diligere Deum ex rotu corde
quid sit. fol. 108.

Difficile intrare in cœlum quo-
modo. fol. 109.

Dionysio adscripta opera eius
esse confirmatur. fol. 100.

Dominica dies antiqua est.
fol. 259. de Dominicis Septua-
gesimæ Sexages. &c. fol. 263.

Donum continentiae quomodo
omnes habere possunt. fol. 105.
324.

Ecclæsia unde dicatur. fol.
29. quid sit. fol. 30. ab ea
excluduntur non baptizati, &
proinde etiam Catechumeni fol.
30. heretici, & apostatae fol. 31.
Schismatici. fol. 32. 33. Excom-
municati. fol. 33. 34. Ecclesia no-
solum electos, sed etiam reprobos
continet. fol. 34. 35. Non perse-
ctos. fol. 36. Magnos peccatores.
ibid. & fol. 37. infideles occulti
quare dicatur sancta fol. 38. 39.
40. 41. Ecclesiæ forma, est fidei
Confessio. fol. 40. vera, Ecclesiæ
visibilis est. fol. 42. desicere ne-
quit. fol. 43. non potest errare.
fol. 43. 44. Ecclesiæ notæ f. 47. &
seqq. quam eruditiam, siue pro-
babitionem habeant. fol. 48. Ec-
clesia antiquior omnibus hereti-
corum sectis. fol. 49. 50. duratio
Ecclesiæ. fol. 51. Amplitudo. ibid.
unitas. fol. 55. 56. Ecclesiæ San-
ctitas doctrina quid. fol. 56. Ef-
ficacia doctrinæ. fol. 57. Sancti-
tas doctrinæ. fol. 57. 58. Gloria
miraculorum. fol. 58. 59. lumen
propheticum. fol. 50.

Eleccio Pape per Cardinales
est omnium optima et si mutari
posset per Papam fol. 73. & seqq.
Eleccio Pape pertinet ad Epi-
scopos vicinos et Clerum Roma-
num si nulli essent Cardinales.

INDEX.

constitutio nulla de electione. fol.

73.

Episcopi creatio tria continet.
fol. 67. Episcoporum est vocare
Ecclesie ministros. f. 68. Episcopo-
rum electio pertinet de iure di-
uino ad Papam, non ad Clerum.

Episcopus maior est Presbyte-
ro, de iure diuino, potestate ordi-
nis, & iurisdictionis. fol. 76. qua-
lis Episcopi authoritas in cœtu
presbyterorum. ibid. Nomina
Episcopi & Presbyteri com-
muni erant omnibus Sacerdoti-
bus tempore Apostolorum. f. 77.

Episcopus & Presbyter, quan-
tum ad sacrificium unum ordi-
nem faciunt. 74.

Eremitica vita, sancta & an-
tiqua est. fol. 133. 134.

Errores de Purgatorio. fol. 157.
Errores circa templo. fol. 242.

Evidenter verum, & eviden-
ter credibile quomodo differunt.
fol. 48.

Eutychius Mena successor pre-
fuit in Constantinopolitano. 2.
fol. 13.

Excommunicati manifesti hæ-
retici, solum ab Ecclesia exclu-
duntur. fol. 41.

Exitus infelix oppugnantium
Ecclesiam. fol. 61. 62.

F

Esti dies obseruandi, & qui
fol. 156. & seqq.

Festa Domini (excepto Pas-

chate) fol. 263. 264.

Festa Sanctorum. 264.

Felicitas collata divinitus pro-
pugnatoribus Ecclesiæ f. 62. 63.

Fili⁹ quid parentibus debeat.
fol. 131.

Franciscus Assisiensis predi-
xit futura fol. 60.

Francisfordiense Concilium
quale fuerit, & quomodo septem-
mam damnauerit Synod. f. 20.

Fili⁹ nomen tripliciter accipi-
tur. fol. 38 fili⁹ quando liceat in-
gredi religionem parentibus ini-
uitis. fol. 130. 131.

Funus esse bonam & anti-
quam ceremoniam. f. 185. 186.

G.

G Nostrorum turpis doctrinæ
na fol. 56.

Gratus post ordinationem Ma-
trimonium contrahere non licet.
fol. 81.

H.

Hæretiarum impietas
vitæ. fol. 58.

Hæretorum Neotericorum
Ecclesia nequit esse antiqua quia
fundavit Christus. fol. 50. veter-
um Hæretorum hæreses à PP.
damnatas colligarunt. fol. 53. 54.
Hæretorum variorum mon-
struose opiniones. fol. 56. 57. hære-
tici nullos habent veros Pastores.
fol. 68. possunt puniri morte, ab

Ll iiiij

INDEX.

Ecclesia damnati. f. 153. 154. 155.

Hieronymus dubitanter arbitratus est Episcopum non esse de iure diuino maiorem Presbytero, quoad Iurisdictionem fol. 77. Hieron. Cardinalis non erat fol. 79.

Historia de 6. millibus capitibus infantium inuentorum in piscina Sancti Gregorij refellitur. fol. 85. 86.

Homines mali possunt ad regnum Christi, & diaboli pertinere. fol. 39.

Hosius presedit nomine Sylvestri in Concilio Niceno. 1. f. 13.

I.

I Maginis, Idoli, &/ Simulachri significatio. fol. 215. 216.

Imagines qui oppugnauerunt f. 216. 217. licet imagines facere. f. 217. 218. *Imagines Dei non sunt prohibita*e fol. 218. 219. 220. *re-cte imagines collocantur in templis* fol. 220. 221. 222. Extra historiam sunt utiles. fol. 222. 223. *coli possunt* fol. 224. & seqq. quo cultu honoranda fol. 228. & seqq.

Ioannis Baptiste qualis fuerit habitatio, vestitus, & vinctus fol. 134.

Imperatores nusquam indexerunt Concilia fol. 8. quare antiquitus non cogebantur Concilia sine eorum assensu. ibid. & f. 9.

Innocentius. 3. primus statuit ordines religiosos a Pontifice co-

firmandos. 99.

Iuniores vovere possunt. f. 130.

Indeorum stulta opinio. f. 56.

Ius ordinandi Pastores, vel ministros Ecclesie non pertinet ad populum sed ad Episcopos. f. 67.

Iustificari nullum coram Deo quid sit. f. 109.

*Iustinianus repentina morte sublatu*s* cum edictu*m* pro sua heresi proponere vellet*. fol. 62.

L.

L Aici unde dicti. fol. 66.

Legibus utilius est regi, quam arbitrio. fol. 145.

Leo. I. per legatos presedit in Concilio Chalcedonensi. fol. 13.

Leuit. et renera possidebant urbes, & suburbana. fol. 91.

*Lex civilis obligat ad peccatum aequè ac divinu*m**. fol. 145. 146.

Libertas conscientiae permitti non debet. fol. 151.

Libri qui Carolini dicuntur contra imagines reselluntur. f. 20.

Libri hereticorum abolendi. fol. 152. 153.

Locus Pauli. 1. Corinth. 3. pro Purgatorio difficult explicatur. fol. 161. 162. 163.

*Lutherus fatetur in Papatu esse nucleus Christianitatu*s**. fol. 61.

Lutheri ridicula & falsa prophetia. 60.

Lutherus quot annos requirat, ut aliquis admittatur ad monastica vota. 130.

INDEX.

Lutheranorum diuisio, & discordia fol. 55.

M.

Maria virgo quid cogitat
uerit proferens haec verba.
Quomodo fiet istud, *E/c.*
fol. 117.

Magdeburgensem mendacia
de cultu Reliquiarum. fol. 211.

Manicheorum redicula opinio.
fol. 57.

Matrimonium non consum-
matum soluitur per votum so-
lemne. fol. 132 133. ratum & con-
summatum quomodo differant.
fol. 133. consummatum est omni-
no insolubile inter baptizatos.
fol. 133. In Matrimonio duplex
est vinculum. 132.

Membrum, vel onus Christi
dupliciter dicitur. fol. 35.

Mendaciam plurima heretico-
rum, vel calumniae. f. 100. 101.

Mendicitas que mala. fol. 139.
ad mendicitatem se exponere
quomodo licitam. fol. 140.

Ad merendum, & satisfacien-
dam an idem requiratur. f. 171.

Militia quomodo damnata in
Concilio Niceno. 1. fol. 18. & 19.

Ministrorum Ecclesie elecio
non sit immediate à Deo. f. 68.

Miraculorum patratio falso
attributa Vespasiano. fol. 60.

Monastice vita & professor quo
nominibus appellatur. fol. 98.

Monastica vita non erat anti-

quitus preparatio ad munia
Ecclesiastica obeunda. f. 101.

Monachi cenobite ante An-
tonium fuerunt. fol. 99. licet Mo-
nachis manibus laborare. f. 136.
non tenentur ad id magis quam
seculares fol. 137. licet eis vivere
ex bonis patrimonialibus. ibid.
item ex rebus sponte datis. f. 138.
E/c/ ex mendicitate. fol. 138. *E/c/*
139.

Monachi antiqui idem profi-
tebantur quod huius temporis
religiosi. 100.

Monogamia Sacerdotum ratio
partim moralis est, partim mysti-
ca. fol. 77.

Montanistarum crudele dog-
ma. fol. 56.

Moses solus ordinavit Aaro-
nem. fol. 67.

Mulier qua subiectione sub-
iecta viro posse peccatum. f. 143.

N.

NAthalis propensio du-
plex. fol. 126.

Nolle Deum amare quantum
possimus quando peccatum. fol.
110.

Nomina professorum vita mo-
nastice. 98.

Nubere non licet ob tentatio-
nes carnis voto continentiae ob-
serictis. fol. 123.

Nuptiae secundæ quomodo pro-
hibentur in Concilio Neocaesa-
riensi. fol. 18. Nuptiae à Mani-

INDEX.

chesse damnata. fol. 83.

O.

Obedientia Religiosa recte
vouetur Deo. fol. 116.

*Omnibus dictum est: Si vis
perfectus esse vade* & vendi
omnia, &c. fol. 104. & 105.

*Opera quæ Dionysij Areopa-
gitæ dicuntur eius sunt.* fol. 100.

*Ordo Ecclesiasticus duobus
modis ab authoribus accipitur.*
fol. 74.

Ordines Ecclesiastici quot sint.
fol. 74. *eorum antiquitas &
officium.* fol. 75.

P.

Papa est caput totius Eccle-
sia atque Concilij. f. 24. est
absolūtē supra Concilium. fol. 25.
& seqq. Non potest ulli com-
mittere iudicium supra se coacti-
num fol. 26. Papas ledat Ec-
clesiam, quid faciendum. fol. 27.
Dubius Papa habetur pro non
Papa. fol. 28.

Paulus caruit uxore. fol. 83.
unquam post Apostolatiō, coluit
Sabbatum fol. 258.

*Pauperes spiritu, sunt pauperes
actu, & affectu.* fol. 114. 115.

*Paupertas voluntaria recte Deo
vouetur* fol. 114. 115.

Pascha quid. fol. 260. errores
de Paschate. ibid. & 261.

Pentecostes quid. fol. 261. an-

recte celebretur. fol. 50. die post
Resurrectionem. fol. 262.

Perfectio Christiana, quid. fol.
88.

Perfectionis duplex genus. fol.
104.

Perfectio naturalis duplex. fol.
107.

*Peregrinationes ad loca sancta
sunt pie.* fol. 254. 255.

Peti aliquid tripliciter potest.
fol. 139.

Pœna Purgatorij qualis. fol.
180. 181.

*Populus ius non habet suffra-
gium ferendi in elecione Ponti-
ficum, & ministrorum Ecclesiae, si
quid hac in parte aliquando egit
id ex conuentio Pontificum fuit.*
fol. 69. & seqq. si eligat, quo
incommoda sequantur. fol. 70.

*Possibile est Deo camelum
manentem camelum intrare per
foramen acus.* fol. 108.

*Potestas Ecclesiastica non est
formaliter, aut suppletivè in Ec-
clesia, vel Concilio remoto Papa.*
fol. 25.

*Potestas Politica bona & li-
cita probatur.* fol. 141. & seqq.
est immediate imperata à Deo, si
universaliter consideretur. f. 143.
viguisse in statu innocentie. ibid.
potest in impijs esse. fol. 144. eius
officia. ibid. debet Religionem
defendere fol. 150. 151.

*Prelatus monasterij quomodo
liber ab obedientia.* fol. 116.

Presbyteratus & Episcopatus,

INDEX.

quantum ad sacrificium unus est
ordo. fol. 74.

Princeps summus non tenetur
sequi maiorem partem definitio-
nem. fol. 12.

Principi Christiano licet con-
dere leges. fol. 145.

Punire morte perturbatores
pacis publicae. fol. 147.

Purgatorium quotupliciter ac-
cipiatur. fol. 157. Purgatorium
quo expiantur anime post mor-
tem probatur. fol. 158. Et seqq.
quid in Purgatorio remittatur.
fol. 171.

Purgatorij Confessio ad fidem
pertinet. fol. 172.

Purgatorium quibus conse-
niat. fol. 173. 174. in quo sit lo-
co. fol. 177. quandiu durat. fol.
180.

R.

Religionis natura, sine defi-
nitio. fol. 98. Religionum
varij ordines. ibid. Confirmatio
Religionum quando caperit. Ori-
go. fol. 99.

Reliquias Sanctorum qui op-
pugnauerint. fol. 210. 211. dignæ
sunt honore. fol. 212. Et seqq.

Renunciandum omnibus pro-
pter Christum quando. fol. 92.

S.

Sacerdotes Christianos non
decuit carnalis successione pro-
pagari. fol. 69.

Sancti recte canonizantur ab
Ecclesia. fol. 196. Canonizare ad
Papam spectat. f. 197. hac in re
nequit errare. ibid. & f. 198.

Sancti non canonizati priuatis
cole possunt. f. 198. Sanctos colen-
dos qui negauerint ibid. esse co-
lendos probatur. f. 199. & seqq.
quid liceat petere a Sanctis. f. 202.
203. Sancti orant pro nobis. f.
203. 204. utiliter innocantur a
nobis. fol. 204. & seqq. quomo-
do intelligent preces nostras.
fol. 209.

Satisfactio nostra quomodo se
habeat cum Satisfactione Chri-
sti ut nobis applicatur. fol. 170.
171.

Scriptura maior est authoritas,
quam Conciliorum. f. 23.

Si quis te percusserit in unam
maxillam, &c. quomodo intel-
ligendum. fol. 104.

Sortibus vti non licet cum res
transigi potest consilio humano
fol. 68. 69.

Spirituale duplicitate dicitur.
fol. 44.

Successio Episcoporum in Ro-
mana Ecclesia ab Apostolis usque
nunc perseverauit. fol. 52.

Suffragia pro defunctis que-
fol. 181. 182. 183. quibus profint.
fol. 184. 185.

T.

Templa esse erigenda. fol.
242. forma templi. fol. 243.

INDEX.

finis ibid. **E** 244 ac seqq. dedicatio Templorum. fol. 248. ornatus. fol. 250. & seqq. quando non licet dare templo. fol. 251.

Theodosij miraculosa victoria. fol. 63.

Tonsura Monachorum antiqua cur sit introducta. fol. 135. 136.

V

V Aldenses nūquam impretrare potuerunt sue religionis confirmationem à Papa. fol. 99.

Vasa aurea, & argentea **E** lignea in Ecclesia. 2. Timoth. 2. quae sint fol. 31. 32.

Vnitas Ecclesiae multiplex. fol. 31. 32.

Voluntarium quando magis gratum Deo. fol. 121.

Votum quid fol. 110. est cultus fol. 111. 112. vota sunt Iudeis & Christianis communia. fol. 112. 113. promissio in Baptismo non est votum. fol. 114. votum sanctis fieri potest. 255.

Virgo Maria ante an post nuptias voverit Castitatem diuum est. fol. 117.

X.

X Auerius miracula patravit. fol. 59.

FINIS.

REVERENDVS PATER
FRATER HIERONYMVS DVRANT,
totius ordinis Minimorum Generalis Corrector
Dilecto nobis in Christo Patri Fratri Ioanni Ba-
ptistæ Desbois, sacerdoti Theologo præfati instituti
professo salutem.

LABORES tuos & studia non pos-
sumus non gratos habere, quibus
Rempub. Christianam, & maximè
studiosos iuuare contendis: atque
imprimis in concinnanda epitome controuer-
siarum Illustrissimi ac reuerendissimi Domini
Cardinalis Bellarmini, quam prælo commen-
dere desideras, & idcirco licentiā à nobis sup-
pliciter exigis præfatam Epitomen, sicut &
alia opera tua tum Latina, tū Gallica in lucem
edendi, ad communem, ut præfertur, Christianæ
Reipub. utilitatem: Nos itaque de his suffi-
cienter edocti ab illis qui huiusmodi opera
perlegerunt, hanc idcirco facultatem tibi con-
cedimus, adhibitistamen prius doctorum iu-
dicio atque censura, quatenus in nobis omnia
ordinate fiant. In quorum fidem præsentem
schedulam nostro Chirographo subscriptam,
sigilli nostri impressione communiuimus.
Dat. in Conuentu nostro Auenionensi 3. No-
nas Iunias 1599.

F. H. DVRANT GENERALIS.





FRATER PETRVS HEBERT
TOTIVS ORDINIS MINIMORVM
Corrector Generalis dilecto nobis
in Christo Patri I. BAPTISTÆ
DES-BOIS eiusdem Ordinis
Professo.

DE singulari tua doctrina & eruditione
iamdudum certissimi, authoritate concre-
dit nobis officij tibi prefato Patri Ioannis
DES-BOIS licentiam atque faculta-
tem impartimur, ut Reuerendi Domini
BELLARMINI opus à te in compen-
dium redactum, nec non alios libros quos
nostro tempore te composuisse contigerit,
typis mandare valeas: dummodo iuxta sacros Canones Concilij
Tridentini, ab Ecclesiasticis Doctoribus ad id destinatis prius
approbentur. In quorum fidem praesentes manuali nostro syn-
grapho, necnon Minoris nostri officij sigillo muniuimus, datum
Barcinone hac luce. 29. Maij 1602.

F. PETRVS HEBERTYS.
Generalis.



APPROBATIO DOCTORVM.

Nos subsignati Doctores Theologi Facultatis
Parisiensis certum facimus EPITOMEM OPE-
RVM R. & Illustrissimi Cardinalis ROBERTI BEL-
LARMINI, de controvrsiis fidei Christianæ labore
F. P. IOANNIS BAPTISTAE DES BOIS, Or-
dinis Minimorum, ita ad mentem authoris, esse redac-
tam, vt ad illustrandam fidei Catholicæ doctrinam
eamque à sectariorum omnium corruptelis vindican-
dam plurimum adferat adjumenti. Quamobrem & lu-
ce & laude dignam iudicamus, in cuius rei fidem Chi-
rographum nostrum hisce præsentibus duximus appo-
nendum. Datum apud Sorbonam secunda Iulij. 1602.

A. DUVVAL.

M. MAVCLERC.

SUMMA PRIVILEGI.

HENRICI IIII. Galliarum & Nauarræ Regis
Edicto cauum & sanctum est, ne quis cuius-
cumque gradus, ordinis, status, conditionis, ac
dignitatis, siue sit Bibliopela, Typographus,
siue alius quilibet, vel Regnicola, vel externus negotia
gerens quacumque regni & ditionis eius patent fines,
*Epitomem disputationum & operum Roberti Bellarmini S.R.E.
Cardinalis tit. S. Marie in via, de Controversia fidei Christianæ
aduersus huius temporis hereticos. Labore F.I. Baptiste Des. bois
Ordinis Minimorum.* præter viduam Guilelmi Chaudiere,
R. Fouet, & Nicolaum Buon, Bibliopolas in alma Pa-
risiorum Urbe commorantes intra duodecim annos, ea-
dem vel alia maiori, aut minori forma vel quoquis modo
excudat, vel excudenda curet, vendat ipse, aut cuiquam
diuendenda mandet, aut denique ab aliis excusa intra
eiusdem HENRICI Ditionum fines diuendenda im-
portet, seu quoquis alio modo, & prætextu manifeste aut
occulte distrahat siue sit externus, aut regnicola. Qui se-
cūs faxit, præter librorum amissionem, quingentorum
coronatorum mulcta pœnas pendito, quorum dimidia
Regio fisco, residua vero pars remanebit ipsis viduæ
Chaudiere, Roberto Fouet & Nicolao Buon, aut ab illis
mandatum habentibus: ut latius patet in ipso diploma-
te dato Parisiis. 26. die Iunij 1602.

Subsignat.

HENRICVS.

Ad mandatum Sacre maiestatis Regie.

POTIER.






Ma hōn

100





Sign^o Top.

Est 51

ab 6

Juny 19

36

